TECHE
UDINE

# MANOSCRITTI

# FONDO JOPPI

## Manoscritto n. J_MSS_0676

*I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.*

Collocazione:

**Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi**
*https://www.techeudine.it/fondo-joppi*
*https://www.sbhu.it/*

Sertuzzi pr. Valentin

Relect. dial. .. 1752

676

PRÆLECTIONES

# DIALECTICES

R. D. D.

VALENTINI PERUZZI

PHILOSOPHIÆ PROFESR.

In Seminario Utinensi Archiepisc. Auditoribus,

Scribebat

DOMINICUS PASCOLI

UTINENSIS,

In eodem Seminario Convictor.

UTINI ANNO DOMINI

MDCCLII.

# PRÆLECTIONES
# DIALECTICES
R.D.D.
## VALENTINI PERUZZI
PHILOSOPHIÆ PROFESSRis.
Et in Seminario Utinensi Lectoris Actualis.
Scribebat.
## DOMINICUS PASCOLI
## UTINENSIS.
In eodem Seminario Convictor.

UTINI ANNO DOMINI
MDCCLII.

# PROEMIUM

Hactenus Grammaticæ, et Rhetoricæ beneficio loqui, et eloqui didicistis Auditores Humanissimi, discetis imposterum cogitare, et recogitare ope Philosophiæ, quæ tanto dictis artibus eminet, quanto mens et anima, quippe quæ intellectum inter dona naturalia supremum, ac animam præcipuam hominis partem honorare, ac perficere conatur. Philosophia enim iuxta Veteres est rerum Divinarum, ac humanarum, causarumque, quibus res continentur Scientia: (addunt aliqui) ex principiis naturalibus derivata: iuxta Recentes est scientia veri, et boni ex recta ratione derivata, et ad veram hominis felicitatem comparata.

Ex Philosophia itaque omnis nostra cognitio naturalis de Deo, de Anima, de Religione deque omni alio bono tum spirituali, tum corporeo. Quapropter inventum Deorum eam merito appellavit Plato, sicut Aristoteles artem artium, et scientiam scientiarum, quæ utpote istarum Mater, ac Regina omne tulit punctum, et miscuit utile dulci. Hinc Philosophia cum agat de omnibus intra limites naturæ contentis, dividitur in plurimas partes, quas Scholæ amplectuntur Dialectica, Metaphysica, Physica, et Ethica.

Dialectica recte cogitandi indicant, ac discurrendi canones tradit, ideoque vocatur Philosophia rationis Logica etc. Metaphysica ens generatim inspectum, et in summa capita divisum, principia naturalia causantis animum rationalem, Angelos, et Deum ipsum tamquam præcipuum obiectum contemplatur; unde iure dicitur Sapientia prima, et Divina Philosophia licet eam Clandestini quidam eius operis contemptum habeant, quia ignorant. Physica corpus naturale, eiusque proprietates expendit etiam Mecanicæ principiis adiuta; vocaturque scientia, seu Philosophia natu-

Ethica deniq; versatur circa bonum, et malum, virtutem, et vitium. Tradendo regulas morum; unde merito nuncupatur morum Physica.

Hinc patere iam incipit Excellentia, Dignitas et Necessitas Physicæ quæ est vera Sapientia. Sed initium Sapientiæ est Timor Domini. Psalmo n° 110. quia in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis pessimas, quæ enim societas lucis ad tenebras? Itaq; qui cupit Sapientiam sibi comparare, quasi a facie colubri fugiat peccata Eccl: n° 21. Opem Divinam imploret animam nobilem, ac generosam, quæ veluti Aquila in arduis ponat nidum suum Job n° 39. viriliter educat supra corpus quod eam aggravat Sapientiæ n° 9. ita etiam terrena inhabitatio non impediet sublimes animæ volatus, æternas cogitationes, ac seriam meditationem 2dam scientiæ matrem.

Ne quis tamen vestrum metuat Physicæ arduitatem in ipso ingressu disciplinæ, simile tria a vobis efflagito, Auditores; unum est, ut quilibet vestrum maximi momenti negotium strenua diligentia digne credatis ac Physicam. Alterum vero, ut nemo aliquid de tradendis in hac Facultate se scire putet aut fingat, ut singula, et omnia serio meditetur negligat nihil veluti tritum aut supervacaneum. Tertium denique ut nullus vestrum timeat Philosophiæ arduitatem aut obscuritatem; nunquam enim opus aliquod est obscurum, in quo ex premissa dilucida terminorum ac principiorum explicatione probantur doctrinæ, eorumq; nexu colliguntur alia principia, et novæ veritates inferuntur, ut exequi conamur in hoc Biennio Philosophico Supremo Numine Favente; sed est obscurum, quando post neglectam terminorum definitionem, sicuti principiorum, ac positionum inde illatarum connexione, ita traduntur doctrinæ, ut auctoris sensus intelligi non possit; ait enim Cl. W:us in sua Logica in linguam italam traducta.

Io dico, che un Autore, il quale non lega chiaramente ..... i suoi principj,
» e le posizioni che ne inferisce, e che ripone questo legamento nella sola concatenatura delle parole
» io dico, che un tal autore compone senza giudicio. Di qui siegue, che un'opera, l'autor della quale
» haverà trascurato di definire i termini necessarj, e nella quale non si scorgerà la legatura de' prin=
» cipj, e delle posizioni indi dedotte: di qua dico siegue, che non è possibile ben intendere il senso e
» per conseguenza un libro tale è oscuro; se il contrario di ciò ha luogo, il libro allora è chiaro.
» Gl'ignoranti d'ordinario intendono tutt'altro da quel che intender si deve: per ciò che da noi
» si chiama qui oscuro, e chiaro. Hanno in conto d'oscuro tutto ciò che ricerca più meditazione
» di quelli, ch'hanno essi impiegata nelle cose, che hanno apprese, e di chiaro tutto ciò, che non

» dimandi maggior riflesso ma perche non dicono piutosto? ciò par a me chiaro perche ne hò
» contezza, quello mi sembra oscuro, e difficile, perche non m'è famigliare, ma straniero, da questo
» pregiudicio nasce, che molti facciono d'oscurità :.. tutte le verità che si dimostrano
» a fondo. Hackeny Facultas W^{us} Cap. 10.

Hec si consequatur importuna formidine Physicæ Candidatos de more conspiciente uos libero arbitrum, et obscuram uidelicet nimis esse Physicam, et singulis auditoribus etiam mediocris ingenii promitto Physicam methodo ordinariam, et tradi posse ut Juvat; tenebras enim dissipat recta methodus, et conexa rerum series ordinem naturæ immitata, adibita præsertim seria meditatione, quæ omnia uincit.

Macti igitur animis fortissima iuuentus, et inclito animi uigore, strenua constantia agredere Scientiam scientiarum cuius ex clementissime demandato munere mihi octauum hoc biennium exordior eo animo, spe, ac uoluntate, ut unicus laborum, uigiliarumque mearum finis, et gloria sit Auditorum progressus, qui opere, labore assiduaque disputandi exercitatione comparatur. Sed expertus uereor ne in pluribus uestrum typescat desiderium, et amor sapientiæ, cum primum labores onus in ea adipiscenda sentiant uel aures præbeant iis Tlakevonibus, quibus nisi malitiæ respondeni sit, cum ne ultra crepidam sutor. Ne itaque docendo perdam oleum et operam, neue aliquid de me conqueri possitis Auditores Dilectissimi, uos moneo, hortor, precor, exoro magis animis agredi, constanti diligentia incumbere in studium Physicæ, cum ordior a Dialectica inuocato Supremo Numine Virginis Immaculatæ.

Qua duce uela damus portu habitura secundos.

## Philosophia Platonis

## Liber Primus.

Physica nobiscum non nascitur, sed studio et labore comparatur quamuis itaque rationales simus, adeoque recti ratiocinii capaces, iudicando tamen, et discernendo sæpe fallimur id animaduertentes Docti Viri proprios et allienos errores notare cœperunt, indeque formare mentis humanæ magisterium, quod alii uocant Dialecticam, alii Logicam, Logicas Institutiones aut; alii Physicæ elementa, et alii Physicam rationis Hæc itaque Physica est ars recti cogitandi, cuius enim magisterio dirigitur humanus intellectus ad recte apprehendendum iudicandum, et discurrendum, iuuaturque ad uitandos et emendandos errores, unde merito appellatur Janua, et Organum Scientiarum. Hinc Dialectici finis est dicere exactum modum recti cogitandi, atque inueniendæ ueritatis atque errore, datis itaque

necessariam hanc disciplinam eam bipartitam exhibeo. In prima enim parte tradam notiones necessario premittendas ad veritatis criterium; et in 2da canones dialecticos.

# Pars Prima.

## Apparatus Ad Veritatis Criterium Seu ad Canones Dialecticos.

Mentis operatio in genere est sermo ille internus quo mens intra se quasi loquitur. Triplex autem est mentis operatio, pro ut ad rem nostram facit, nempe simplex apprehensio, iudicium, et discursus. Prima dicta etiam simplex perceptio, seu idea formalis, est cogitatio qua mens precise concepit, sibique representat rem aliquam de ea nihil enunciando, v.g. ideas solis, de quo precise cognito nihil affirmatur, nihilque negatur.

Secunda est cogitatio mentis de re prius apprehensa aliquid enuncians v.g. sol est lucidus, mens enim habita premissa apprehensione tum solis, tum lucis, premissaque comparatione lucis cum sole, cognitaque eorum convenientia inter se affirmat lucem de sole.

Tertia est unio plurium iudiciorum, quorum unum ex alio aut pluribus infertur, v.g. sol est lucidus; ergo pulcher: cognoscens enim intellectus convenientiam lucis cum sole, et melius, sicut pulchritudinis cum luce, et vicissim videt conexionem prima cum 2da veritate, adeoque recte infert 2dum ex primo iudicio. Addunt aliqui Moderni 4tam mentis operationem, nempe methodum, que est ordinata series diversarum mentis operationum ad explorandam et detegendam veritatem. Iam vero istas nostras mentales operationes quibusdam signis manifestamus iis, quos alloquimur, unde sit.

### Caput Primum.

### De Necessariis ad Apprehensionem.

#### Paragraphus Primus.

#### De Signo Eiusque Divisione.

1 Signum in genere est id, quod est ordinatum ad manifestandum intellectui aliquid a se distinctum. Hoc signum aliud est naturale, aliud ad placitum. Primum (loquor de signo corporeo) indole sua manifestat preter se ipsum sensui, et menti aliquid a se distinctum, ut lacrime, suspiria etc. 2dum vero ex humana institutione significat aliquid a se distinctum sicuti ramus ante fores appensus significat vinum vendibile. Signum enim vel efficit quod significat, vel non. 2 Si primum, dicitur signum practicum, sacramenta, que gratiam efficiunt. Si 2dum appellatur

signum speculativum; inter signa ad placitum esse voces nostras articulatas, seu verba, quibus cogitationes nostras manifestamus suppono certum.

2 Hoc autem ut magis elucescat, moneo primo credibile esse Deum protoparentibus nostris ab initio quarundam vocum notitiam infudisse, ut se mutuo alloquerentur, quibus adiutis ipsi, et posteri aliae voces inseruerint, ex quarum varia combinatione linguarum diversitas nata est. Unde priores illae voces ex Divino, et posteriores significant ex humano beneplacito. Moneo 2do vocum significationem attendendam esse ne dum ex mali sonitu vocum, sed etiam ab adiunctis signis, et circumstantiis humana consuetudine introductis.

3. Iam vero inter signa vocalia nomen, et verbum sunt praecipua. Nomen a Dialecticis definitur vox significativa ad placitum sine tempore, quia praeter principale significatum non importat ullam primariam temporis differentiam. Verbum autem definitur vox significativa ad placitum consignificans tempus, et est semper eorum, quae de aliquo dicuntur nota, ubi advertito aliud esse significare, aliud connotare, et aliud consignificare tempus primum, et 2dum conveniunt nomini, nam hora dies etc. significant tempus, et cena prandium connotant, sed non consignificant, quia consignificare tempus est importare exercitium subiecti pro determinata temporis differentia, v.g. Petrus studet ubi importatur exercitium studii, quod de praesenti exercet Petrus, et hoc solius verbi proprium est, et ideo dicitur consignificare tempus.

Additur in definitione nota eorum quae etc. idest signum identitatis aut convenientiae, vel distinctionis, vel disconvenientiae extremorum inter se. In definitionibus tum nominis, tum verbi vocalis, sed non mentalis. In genere itaque nomen melius definitur notio per casus partibilis non consignificans tempus, per modos, et tempora partibilis.

4. Expositum verbum dividitur in substantivum, et adiectivum ratione actus a verbo importati: quo subiectum nomine significatum concipitur se exercere, v.g. Miles pugnat; hic actus tamen metaphysicus, et alius physicus, ille identificatur cum obiecto, v.g. Leo est animal, ubi actus essendi animal est idem cum leone, iste vero realiter distinguitur a subiecto, licet huic adiciatur, v.g. Logicus scribit, ubi actus scribendi realiter distinctus a Logico. Eidem adiicitur verbum sum es est, quia importat actum metaphysicum, et dicitur substantivum, reliqua vero quia important actum physicum, dicuntur adiectiva.

Bifariam tamen sumitur est verbum substantivum, in vi verbi ipsius, et in vi copulae, priorem sumptum in vi verbi praecise significat actualem existentiam creatam, seu etiam ipsum vocatur adiectivum quia creata absoluta existentia realiter distinguitur ab essentia creatae, sumptum vero in vi copulae, praecise significat identitatem subiecti cum praedicato: en exempla Petrus est animal rationale quarum propositionum prima enunciat solam actualem existentiam de Petro, adeoque reddit sensum Petrus est existens

2do vero solam identitatem Petri cum animali rationali. Opposito signo vocali accedit terminus logicus, unde sit.

## Paragraphus Secundus.

## De Natura Termini Logici.

5 Terminus logicus definitur id, in quod resolvitur propositio tamquam subiectum et praedicatum, idest quod constituit propositionem tamquam subiectum et praedicatum, ita tamen ut si actu constituit illam dicatur terminus actualis, seu in actu 2do, si vero actu non constituit vocatur terminus in actu primo, seu in potentia. Idem significant sequentes definitiones. Terminus est extremorum propositionis, pars propositionis ut quod; in omni itaque propositione tria occurrunt, subiectum nempe praedicatum, et copula. Subiectum est id, de quo aliquid enunciatur. Praedicatum est id, quod enunciatur de subiecto. (idest verbum sum quod est) est nexus subiecti cum praedicato, v.g. Petrus est homo.

Hinc terminus Petrus est subiectum quia est id, de quo affirmatur attributum homo. Terminus homo est praedicatum quia est id quod affirmatur de subiecto Petrus, copula autem est, est verbum quia connectit subiectum Petrus cum attributo homo. Quare copula formaliter sumpta, idest ut nexus, numquam est terminus, sed materialiter accepta, nempe ut vox monosyllaba, potest esse terminus, v.g. est est monosyllabon, in qua propositione primum est, est subiectum quia de illo affirmatur attributum monosyllabon, at 2dum est copula, quia nectit subiectum cum attributo. Cum itaque nihil sit, quod esse non possit subiectum vel attributum propositionis, nihil est, quod non sit terminus in actu primo, seu in potentia.

6. Advertendum tamen terminum dividi in formalem et obiectivum. Obiectivus est ipsa res a cognitione repraesentata vel a voce significata. Formalis vero est ipsa cognitio aut vox significans rem. 2do itaque de subiecto enunciatur attributum tum sermo est de rebus per terminos significatis et non de vocibus aut cognitionibus. 2do enim dicitur Petrus est homo non dicitur quod cognitio, aut vox Petrus sit cognitio aut vox homo; sed quod Petrus in se, aut distinctus a voce, et cognitione Petrus sit homo rationalis, ut distinctus a voce, et cognitione homo, ut patet de se.

Hinc tamen non nego voces, et cognitiones esse terminos ut quo, idest medium quo de subiecto enunciamus attributum, sed nego esse terminos ut quod nempe esse id quod subiicitur, et praedicatur, nisi tamen sumantur ut termini ultimati aut non ultimati. Terminus ultimatus est ipsa vox aut cognitio sumpta pro re significata ut homo est rationalis. Non ultimatus vero est vox aut cognitio materialiter sumpta idest pro re ipsa et non pro re significata, v.g. homo est vox dissyllaba. Iam vero a natura termini logici pergo ad divisionem eiusdem.

## Paragraphus Tertius.

## De Divisione Termini Logici.

7. Expositus terminus formalis dividitur in mentalem, vocalem, et scriptum.

Mentalis est ipsa cognitio, sicut vocalis et scriptus sunt ipsa vox et scriptura significans obiectum. Vocalis subdividitur in significativum et non significativum. Primus est, qui ex divino, et humano beneplacito assumptus est ad significandum aliquid a se distinctum, v.g. vox panis. 2dus, qui ex eodem beneplacito non est assumptus ad aliquid a se distinctum significandum, ut longa vox Blictri. Iterum multifariam subdividitur terminus logicus, primo in ordine ad rem significatam, 2do in ordine ad modum significandi, 3tio in ordine ad respectum terminorum inter se in ordine ad rem significatam

8. Dividitur primo sive sit vocalis, sive mentalis, sive scriptus in communem, collectivum, distributivum, indefinitum, particularem, et singularem. Communis est qui plura significans de pluribus praedicari potest, v.g. terminus homo. Communis subdividitur in univocum, aequivocum, analogum. Univocus est qui sub communi pluribus nomine eandem rem in omnibus significat, v.g. terminus homo significans animal rationale in singulis hominibus. Aequivocus est qui sub communi pluribus nomine diversam in omnibus rem significat, v.g. Gallus respectu hominis galli, et pulli gallinacei. Analogus qui sub communi pluribus nomine partim eandem partim diversam in omnibus rem significat, v.g. sanum respectu pulsus, medicinae, et animalis. Pulsus enim est indicium, medicina est causa, et animal est subiectum sanitatis. Inter terminos communes minus communis appellatur inferior, magis communis superior, communissimus rebus omnibus etiam possibilibus vocatur transcendens, v.g. ens.

9. Collectivus est qui plura in recto significans de illis solum simul sumptis praedicari potest, v.g. exercitus. Distributivus qui plura in recto significans de singulis seorsim sumptis praedicari potest v.g. omnis homo. Indefinitus, qui plura in recto significans indifferens est ad universalem, particularem, et singularem significationem ad quam determinatur a terminis syncategorematicis omnis, aliquis, hic etc. v.g. homo. Particularis, qui unum ex pluribus indeterminate significat, v.g. aliquis miles. Singularis, qui determinate significat unum pluribus incommunicabile v.g. Petrus.

Dividitur 2do in positivum, qui significat rem habentem esse realem, v.g. sol, in negativum, qui significat carentiam formae in subiecto incapaci eiusdem, v.g. caecitas respectu lapidis: in privativum, qui significat carentiam formae in subiecto capaci illius, v.g. ignorantia respectu hominis, in ordine ad modum significandi.

10. Dividitur primo in categorematicum, et syncategorematicum. Primus perfecte, ac determinate significans aliquid se solo potest esse terminus v.g. aurum. 2dus autem per se imperfecte, ac indeterminate significans eget alio termino ad perfecte significandum adeoque se solo nequit esse terminus; tales sunt signa omnis nullus aliquis hic etc. quae restringunt vel extendunt significationem termini

categorematica. His autem certa plures accedunt adverbia, et nomina adiectiva imperfecte ac indeterminate significantia absque unione cum nomine substantivo.

Dividitur 2do in concretum, qui significat rem compositam ex subiecto, et forma, v.g: album, et in abstractum, qui formam praecise significat, v.g: albor. Subiectum est quod subiicitur formae, et ab ea denominatur. Forma vero est quae recipitur in subiecto, et ipsud denominat, sic paries v.g: est subiectum, et albor denominans parietem album sunt forma.

11\. Dividitur 3tio in absolutum, qui se solo perfecte significat absque respectu ad aliud, v.g: lapis, et in relativum, seu connotativum, qui praecipue et directe significat unum in ordine tamen ad aliud v.g: Creator vel significat rem adiacentem alteri, ut nomina adiectiva Sanctus, Pulcher etc.

Dividitur 4to in terminum primae, et in terminum 2dae intentionis. Prior significat independenter ab omni intellectus operatione, v.g: Planta. Posterior significat rem solum dependenter ab apprehensione praecisiva eidem dante aliquam denominationem, v.g: genus loquendo de animali, et species de homine; nam absque praecisione intellectus nec animal est genus, nec homo species.

12\. Dividitur ultimo in finitum, qui aliquid determinate significat, v.g: rosa, et in infinitum, qui causa particulae non extrahitur a proprio significato ad aliud indeterminate significandum, v.g: non aurum qui terminus determinat, quod ipsa res non sit, et vagatur ad alia omnia sola excepta re negata. Iam vero particula non sumi potest negantur, et infinitanter. Sumpta negantur destruit copulam, et propositionem reddit negativam, quia afficit copulam, v.g: animal rationalis non est mortalis. Sumpta infinitanter illaesa copula propositionem affirmativam relinquit quia afficit solum subiectum aut solum praedicatum, v.g: Petrus est non Angelus, quae exponitur sic: Petrus est aliquid distinctum ab Angelo; sicut affirmativa est haec alia non aurum floret cuius sensus est aliquid distinctum ab auro floret denique in ordine ad respectum terminorum inter se.

13\. Unica est termini divisio in pertinentem, et impertinentem. Termini impertinentes sunt, qui neque se inferunt, neque excludunt, ut bonus doctus etc. est bonus; ergo est doctus, et vicissim. Pertinentes e contra se inferunt, vel excludunt per legitimam consequentiam: qui se inferunt vocantur pertinentes sequela qui autem se excludunt dicantur pertinentes repugnantia.

Item pertinentes sequela alii sunt convertibiles et alii non convertibiles. Primi mutuo se inferunt sequela, ut homo et animal rationale. Posteriores sunt termini posteriores, et inferiores qui se mutuo non inferunt, ut leo, animal, viventes etc. Inferiores quia bene inferunt superio-

res vocantur illativi, seu inferentes. Superiores vero, quia non inferunt inferiores dicuntur illati. Pertinentes etiam repugnantia alij sunt disparati, et alij oppositi. Disparati significant res contrarias, sed nullo certo oppositionis genere ut hõo et equus. Oppositi autem significant res certo oppositionis genere inter se contrarias.

14. Quia tamen quadruplex est oppositio relativa scilicet, contraria, et privativa et contradictoria, etiam termini alij sunt relative oppositi, quorum unus ordinatur ad alium, ut Pater ad filium, et hic ad illum. Alij contrarie oppositi qui significant res se mutuo excludentes ab eodem loco, subiecto, etc: ut ignis et aqua. Alij privative oppositi, quorum unus significat formam, et alius carentiam formae, ut lux et tenebrae in aere v.g: Alij denique contradictorie oppositi quorum unus negat, quod alter affirmat, v.g: dies non dies.

Ex moneo hanc terminorum divisionem esse solam accidentalem ob diversos respectus, quia multi termini in eundem convenire possunt sic hõo est terminus finitus, absolutus, communis etc: Expositis tamen et divisis terminis habet suas proprietates scitu necessarias ad evertenda sophismata, quarum princeps est suppositio, et secundariae praecipue sunt appellatio, status, ampliatio, restrictio etc: unde sit.

## Paragraphus Quartus.
## De Suppositionis Natura, et Divisione

15. Suppositio est substitutio unius rei loco alterius. Unde supponi terminum idem est, ac illum substitui loco rerum, et idearum. Hinc suppositio definitur usus vocis ad aliquid enunciandum. Si fit usus vocis pro se ipsa, habetur suppositio materialis, v.g: hõo est vox dissyllaba: si autem fit usus vocis pro re significata, ut hõo est aal rationale habetur suppositio formalis, quae vera est suppositio. Vos adverto de vocibus formaliter suppositis vere enunciari, quidquid vere enunciatur de rebus, unde siculi indicata Crucifixi Immagine vere dicitur hic est generis humani Redemptor. Ita de voce hõo formaliter supposita vere affirmatur hõo est aal rationale.

Exposita suppositio formalis alia est propria, quae est usus termini pro re proprie, et vere significata, v.g: hõo videt. Alia est impropria, quae est usus termini pro re impropriè solum, et metaphorice significata, v.g: Caelum lugit. Hinc syllogismi mutata terminorum suppositione non concludunt v.g: Omne videns labia movet, sed pratum videt, ergo labra movet. Deus est nomen 2dae declinationis, sed Trinitas est Deus; ergo Trinitas est nomen 2dae declinationis. Neuter enim concludit, quia in utroque mutatur suppositio, nam ly videns in maiori primi syllogismi

supponitur proprie, et in minori ly videt impropriè: ita in maiori 2da ly Deus supponitur materialiter, et in minori formaliter.

16. Suppositio formalis propria subdividitur in directam seu primo intentionalem, quae est usus termini primae intentionis, v.g. homo est animal, et in reflexam, vel 2do intentionalem, quae est usus termini 2dae intentionis, v.g. homo est species. Directa iterum dividitur in singularem et communem. Prima est usus termini singularis, v.g. Petrus est homo, vel termini communis affecti signo singulari, v.g. hic homo est doctus. 2da est usus termini communis nullo signo affecti, v.g. homo est mortalis.

Denuo communis dividitur in distributivam, collectivam, indefinitam, et disiunctivam. Distributiva est usus termini communis pro singulis suis inferioribus seorsim acceptis, v.g. Omnis Persona Divina est Deus, ubi attributum Deus singillatim affirmatur de Patre, Filio, et Spiritu Sancto: et in casu distributivè supponitur subiectum Omnis Persona Divina, quia totum praedicatum Deus affirmatur de singulis inferioribus subiecti seorsim sumptis; nam ea propositio universalis distributiva aequivalet his tribus. Pater est Deus, Filius est Deus, et Spiritus Sanctus est Deus.

17. Quandoque tamen supponitur distributivè praedicatum, et quandoque tam subiectum tum praedicatum: tum distributivè supponitur praedicatum, quando singula inferiora praedicati uno actu enunciantur de toto subiecto, v.g. Deus est omnis Persona Divina, quae propositio aequivalet istis: Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus. Tum vero distributivè supponitur utrumque, quando singula inferiora praedicati enunciantur de singulis inferioribus subiecti, v.g. Omnis Persona Divina est omne Divinum attributum, quae propositio resolvi debet illas duas classes propositionum, in quarum una totum praedicatum enunciatur de singulis inferioribus subiecti sic: Pater est omne divinum attributum, Filius est omne divinum attributum, Spiritus Sanctus est omne divinum attributum; in alia vero singula inferiora praedicati enunciantur de toto subiecto sic: Omnis persona Divina est Omnipotentia, omnis Persona Divina est Aeternitas, omnis Persona Divina est infinitas etc.

18. Hinc propositio distributivè supposita resolvitur in copulativam, quae ex infra dicendis ad sui veritatem exigit vera esse omnia membra eam componentia, unde propositio distributivè supposita, sicuti copulativa est falsa, simul una earum in quas resolvitur sit falsa. Hinc ruit sophisma: omnis homo est omnis homo: sed Petrus est homo: ergo Petrus est omnis homo: nam vel maior supponitur collectivè, vel distributivè. Si primum: maior reddens sensum complexum ex omnibus hominibus est complexum ex omnibus hominibus est vera, uti est etiam minor; sed mala est consequentia ob mutatam

suppositionem medij termini hõ quae in maiori supponitur collectivè, et in minori indefinitè. Si- militer: maior est falsa, ut patebit resolventi illam in duas propositiones classis n.º antecedentis exposi- tas: certe enim falsum est tum Petrum esse omnem hominem, tum omnem hominem esse Petrum etc. quod enunciat ea propositio distributivè supposita.

19. **P**raedicata suppositio distributiva dividitur in completam, dictam pro singulis generum, in incompletam vocatam pro generibus singulorum, et in accomodam. Prima est usus ter- mini communis pro omnibus speciebus, et singulis individuis sub eo contentis u.g: omne aãl est substantia ubi praedicatum substantia enunciatur de omnibus speciebus, et singulis individuis sub subiecto aãl in- clusis. Incompleta est usus termini communis pro singulis duntaxat speciebus, aut generibus ab eo in- clusis u.g: omne aãl fuit in Arca Noe, ubi subiectum omne aãl supponitur pro singulis specie- bus animalium perfectorum, et non pro singulis individuis, secus etiam Antichristus fuisset in Arca Noe. Accomoda est usus termini communis pro omnibus suis inferioribus cum aliqua excep- tione u.g: Cælum tegit omnia videlicet praeter se ipsum.

20. **C**ollectiva autem est usus termini communis pro omnibus suis inferioribus duntaxat simul sumptis, u.g: Omnes Apostoli sunt duodecim, ubi attributum duodecim affirmatur solum de omnibus Apostolis simul sumptis. Haec suppositio collectiva tunc afficit praedicatum, quando omnes partes praedicati simul sumptae enunciantur de subiecto u.g: hõ est corpus, aã rationalis est unio, seu complexum ex his omnibus, tunc vero afficit subiectum, quando praedicatum enunciatur de omnibus subiecti partibus simul sumptis, u.g: corpus, aã, et unio sunt hõ, tunc afficit utrumque quando unico actu complexum ex omnibus inferioribus praedicati enunciatur de complexo ex omnibus inferioribus subiecti, u.g: omnes partes simul sumptae sunt omnes partes simul sumptae, quae propositio verissima est ad discrimen istius omnes partes distributivè sumptae sunt omnes partes distributivè sumptae quae ex supra dictis est falsa.

21. **I**ndefinita est usus termini communis indefiniti, u.g: hõ est aãl. Disiunctiva est usus termini communis affecti signo particulari, u.g. aliquis hõ est doctus. Haec suppositio disiun- ctiva alia est determinata et alia indeterminata. Determinata est usus termini communis pro aliquo inferiorum in se determinato, licet modus repraesentandi sit indeterminatus, u.g: alter oculus videt. Indeterminata est usus termini communis pro aliquo inferiorum tum in se, tum in modo repre- sentandi indeterminato, u.g: alter oculus est necessarius ad videndum, ubi attributum necessa- rius de neutro determinate oculo verificatur, nisi ex suppositione, quod alter desinit.

Ad agnoscendas terminorum suppositiones distributivam, collectivam, et disjunctivam, notanda sunt signa, quae terminis communibus adjuncta varia terminorum et propositionum suppositionem signant. Distributiva sunt omnis, nullus etc. dummodo non significet idem ac totum, sicuti Joannes octavus. Omnis Populus (idest totus) venit ad eum. Signa distributiva quoad numerum sunt uterque, neuter, quoad tempus semper, nunquam, quotidie etc. quoad locum ubilibet, nullibi etc. Signa suppositionis disjunctivae determinatae sunt aliquis, aliquando, alicubi etc. indeterminatae vero necessarium etc. Nunc autem ad alias terminorum proprietates.

## Paragraphus Quintus.

## De Aliis termini logici Proprietatibus.

22. Inter alias terminorum proprietates prima est appellatio, quae est applicatio significationis unius termini ad significationem alterius termini, cujus significationi unitur, alter vocatur appellans, et terminus, cui unitur, dicitur appellatus. Haec appellatio alia est materialis, et alia formalis. Exemplum primae est Musicus est Philosophus; et 2dae Musicus recte canit. ubi notandum terminum Musicus appellatum importare de materiali subjectum musicae, et de formali peritiam artis, unde in prima terminus appellans Philosophus unitur Musico termino appellato ad eum significationem materialem. Et ideo prima suppositio reddit sensum subjectum musicae est etiam Physicus. In 2da vero terminus recte canit unitur Musico 2dum significationem formalem, ideoque reddit sensum Musicus arte musica instructus recte canit.

23. Quod si in propositione subjecto et praedicato principali addantur termini, possunt etiam ipsi materialiter et formaliter appellare, v.g. Aristoteles fuit magnus Philosophus, nam si magnus refertur ad molem corpoream Aristotelis, materialiter appellat, et sensus propositionis est: Aristoteles magna mole corporea fuit Philosophus, si autem hic magnus refertur ad Physicam formaliter appellat, et sensus propositionis est: Aristoteles excelluit in Physica. Si autem dubia sit appellatio utendum distinctione ad auferendum aequivocum, praesertim si attendendo ad sensum propositionis, et ad circumstantias ignosci nequeat, quia appellatio praecipue pendet ab intentione loquentis.

Sedulo itaque notanda appellatio, ne hac mutata subrepant paralogismi; v.g. Haec avis est mater, haec avis est tua: ergo haec avis est mater tua; in majori enim hic mater appellat super genitas aves, in minori hic tua appellat super dominium, et in conclusione mater tua appellat super tuam generationem.

24. Secunda est status, qui est usus termini pro suo significato 2dum solam

differentiam temporis a verbo importatam, v.g. Logicus disputat, ubi Logicus sumitur cum statu, ipse pro solo tempore praesenti importato a verbo disputat. Cum autem triplex sit tempus ipsum praesens praeteritum, et futurum, triplex etiam est status.

Tertia est ampliatio statui opposita, quae est usus termini pro sua significatione secundum omnem temporis differentiam etiam a verbo non importatam; seu est extensio vocis a minori ad maiorem significationem. Unde quando terminus supponitur pro differentia temporis a verbo importata, sumitur cum statu, et in vi verbi: quando autem sumitur pro maiori tempore (ut accidit in propositionibus necessariis, v.g. homo est animal), vel pro alius temporis differentia ob repugnantiam subiecti cum attributo, v.g. caecus videt, caecus servus est qui erat caecus nunc videt, sumi dicitur ampliative, seu in vi copulae. Ubi moneo hanc ampliationem inadaequate sumptam confundi cum distractione, quae est usus termini pro sua significatione secundum diversum tempus ab eo quod verbum importat, ut in Evangelio. Surdi audiunt, caeci vident, claudi ambulant, muti loquuntur.

25. Quarta est restrictio ampliationi opposita, quae est coarctatio termini a maiori ad minorem significationem, v.g. homo sanctus, quia terminus homo significans omnes homines coarctatur a termino restringente sanctus ad paucos significandos. Ad habendam autem restrictionem opus est terminum inferiorem, qui dicitur restringens, immediate afficere superiorem, qui dicitur restrictus, secus non habetur restrictio, ut patet ex hac propositione omnis homo est sanctus falsa defectu restrictionis.

Quinta est diminutio, quae est coarctatio termini ad significandum secundum quid, v.g. Aethiops est albus secundum dentes, ubi terminus diminutus est Aethiops, et terminus diminuens est secundum dentes. In eo autem differunt restrictio, et diminutio, quod illa contrahit terminum communem ad pauciora significanda, haec partem totius. Tandem alienatio est translatio termini a propria ad impropriam significationem, v.g. Caesar pictus (idest eius imago) venditur in foro. Cum autem in hoc apparatu semper utamur definitione et divisione, ideo necessaria est utriusque notitia. Sic itaque,

## Paragraphus Sextus.
## De Definitione.

26. Definitio in genere est explicatio rei alicuius. Haec definitio alia est nominis, alia rei. Definitio nominis est explicatio significationis nominis, ubi adverto quod in scientiis nisi necessitas exigat oppositum, standum est vocibus ab omnibus aut fere omnibus scientiae professoribus usurpatis, nec recedendum a communi earum significatione ne perpetua subrepant aequivoca, quarum nil peius esse potest in scientia.

Definitio rei est explicatio essentiæ rei, aut oratio explicans essentiam rei. Idest ordinata vocum aggregatio explicans præcipuas rei perfectiones, seu attributa quibus præcisè habitis habetur, idest intelligitur res, et quibus præcisè ablatis aufertur, idest non intelligitur res. Hinc nec definitio accidentalis quæ rem explicat per effecta causas extrinsecas et accidentia, nec definitio descriptiva quæ explicat rem per proprietates sunt vera definitio rei quæ manifestare debet primarias essentiales rei perfectiones.

27. Sed quia bifariam considerari potest una, eademque essentia, triplex est vera definitio dicta quidditativa, nempe Physica Metaphysica, et Logica. Definitio physica explicat essentiam rei per partes essentiales realiter inter se distinctas, v.g. homo est corpus organicum, animâ rationali, conjunctum animo. Metaphysica explicat quidditatem rei per primaria ejus attributa quæ sunt prima adæquata radix aliarum perfectionum identificatarum quæ ratione nostra profluunt, ac optimè inferuntur ex essentia v.g. homo est animal rationale; animal enim rationale est prima adæquata radix aliarum perfectionum homini convenientium, et etiam primò distinguit hominem ab omni non ipso. Logica rigore terminorum explicat essentiam rei per genus, et differentiam, v.g. canis est animal latrabile.

Differunt autem triplices hujus definitiones dat Recentior quia nempe Physica rem quoad omnes ejus partes expendit, et inde explicat essentiales. Metaphysica rem scrutatur ad indagandam radicem proprietatum. Logica denique ex munere suo præscindit solum quod definitio constet genere et differentia, licet sæpius accidat logicam definitionem confundi cum Metaphysica quia in illa attendi solet differentia ultima quæ est radix proprietatum rei definitæ, sed in casu definitio est logico-metaphysica.

28. Præterea definitio alia est objectiva, et alia formalis. (notanda hæc divisio ob regulas definitionis.) Objectiva sunt perfectiones reales ipsius rei definitæ sicuti definitum objectivum est ipsa res definita, sic homo ut est in se a parte rerum est definitum objectivum et attributa animal rationale sunt definitio objectiva. Formalis e contra est ipsa nostra cognitio seu sermo, quibus rei essentiam explicamus, sicuti definitum formale est cognitio, qua rem definitam explicamus et percipimus aut vox, qua eandem significamus. Hinc supra explicuimus definitionem formalem quia objectivæ perfectiones rei definitæ non sunt oratio explicans etc. sicut est definitio formalis.

29. Ad notitiam trium definitionis logicæ adverto primò genus esse praedicatum commune pluribus specie diversis, quod triplex est, nempe supremum, medium, et infimum. Supremum est quod continet sub se omne aliud genus, v.g. ens aut substantiam. Medium, seu subalternum est quod continetur sub supremo, et sub se continet inferiora, tale est corpus, quod supra se habet substantiam, et infra animam. Infimu-

dictum etiam proximum et ultimum est quod continetur in supremo, et medio, ac infra se habet solas species infimas. Differentia e contra est attributum primo constituens, ac distinguens rem ab omni non ipsa, u:g: a speciebus, quae est differentia ipsius. Hinc differentia communis est qua res differunt inter se medio accidente, ut differunt homo doctus et ignarus media doctrina, et propria est, qua res differunt media proprietate identificata, ut homo differt a leone media risibilitate. Sed istae non sunt verae differentiae.

30. **S**ola itaque exposita differentia propriissima est vera differentia, quia vere est pars formalis constitutiva, et distinctiva rei ab omni alia. Haec differentia alia est subalterna quae continetur in aliis, et sub se continet inferiores differentias, u:g: sensitivum, quae continetur sub differentia corporeum, et sub se continet differentiam rationale. Alia est infima, quae continetur sub aliis differentiis, et infra se habet sola individua u:g: dictum rationale.

**H**aec differentia infima denuo alia est simplex, quae unico constat praedicato, et alia composita seu mixta ex duplici attributo, quod sub diverso respectu iam est genus, iam differentia. Talis autem differentia est animal rationale in homine, qui per animal convenit cum brutis, et per rationale cum Angelis. Differt autem ab istis per animal et a brutis per rationale.

31. **H**inc definitione definitionis terminus oratio est genus, quia per hanc vocem definitio convenit cum aliis sciendi modis, et terminus complexus explicans essentiam rei est differentia, qua definitio distinguitur ab aliis sciendi modis. Hinc etiam patet, cur differentia denominatur specificativum intrinsecum, ultimum constitutivum specificum primo radix, et origo proprietatum rei. Totum autem, seu complexum ex genere, et differentia vocatur species, ut totum animal rationale.

**D**ixi paulo ante convenit cum aliis sciendi modis, ad quod intelligendum adverto, quod modus sciendi est oratio ignoti manifestativa, quae triplex est, scilicet definitio, divisio, et argumentatio. Definitione enim explicatur essentia rei, divisione manifestantur partes eiusdem, argumentatione tandem inferuntur alia, quae eidem conveniunt, aut repugnant. Quare hi sunt praecipui sciendi modi.

32. **O**biter autem hic adnoto Mathematicos, eorumque methodi assectas singulis propositionibus deductis ex definitione, distincta nomina tribuere, qualia sunt Axioma, Postulatum, Theorema, Problema, Lemma, Corollarium, Scholion. Axioma itaque est propositio per se manifesta, vel mediocriter intelligenti terminos (u:g: Totum est maius parte) immediate deducta ex definitione totius, quod totum est complexum ex omnibus partibus simul sumptis. Postulatum est quod facile fieri posse constat, aut assumitur ut factum, quia patet effici posse; postulatis autem in aliis scientiis substituuntur propositiones postulatis non valde dissimiles.

33. Theorema est propositio demonstrabilis sistens in sola contemplatione rei enunciatae. Problema est propositio demonstrabilis aliquid faciendum proponens. Lemma est propositio demonstrabilis obiter praemissa et supposita ad demonstrandum aliquod principale theorema. Corollarium est propositio seu veritas necessario deducta ex alia veritate detecta. Denique scholion est fusior quaedam animadversio qua uberius explicatur aliquid ad rem pertinens. Hinc definitiones, Axiomata, et Postulata, quoniam veritas facile patet non egent demonstratione, et ideo sunt principia demonstrationis; e contra Theoremata, Problemata et corollaria, quoniam veritas est obscurior utpote ex comparatione plurium definitionum et axiomatum collecta egent demonstratione.

## Paragraphus Septimus.
## De Logica Divisione.

34. Divisio logica est distributio totius in suas partes, vel cum scholis oratio totum in suas partes distribuens, ubi vox oratio est genus, quo divisio cum aliis sciendi modis convenit, ut quod distinguitur a divisione physica; voces autem totum est maius parte distribuens sunt differentia qua divisio logica discriminatur ab aliis sciendi modis. Totum quod mente dividitur, solet appellari divisum, et partes in quas dividitur membra dividentia. Haec divisio logica alia est nominis, et alia rei. Divisio nominis est explicatio diversarum significationum eiusdem vocis ad auferenda aequivoca; et divisio rei est vera mentalis distributio totius in suas partes.

35. Haec divisio subdividitur in essentialem et integralem. Essentialis est distributio totius in partes essentiales, quae si sunt realiter distinctae, divisio vocatur essentialis physica, si autem realiter identificatae dicitur essentialis metaphysica. Sic homo dividitur essentialiter physice in corpus et animam rationalem partes realiter distinctas, et essentialiter metaphysice in animal et rationale partes realiter identificatas.

Integralis vero est distributio totius in partes illud integrantes, quae si sunt realiter distinctae divisio est physica, si identificatae est metaphysica, sic prima dividitur homo in carnem, sanguinem, nervos etc. 2da vero in admirativum liberum etc. His accedit etiam divisio logica quae est distributio totius logici in suas partes potentiales. sic genus, quod est totum logicum, dividitur in suas species, dictas partes potentiales, seu logicas generis, v. g. animal aliud est homo, aliud leo etc. quae species continentur sub animali tamquam genere. Item species dividuntur in sua inferiora, ut homo alius est Cesar, alius Alexander etc. Sunt etiam aliae divisiones, ut divisio accidentalis per accidentia, v. g. album aliud est dulce, et aliud amarum etc. ut divisio accidentis per subiecta v. g. aliud est saccarum aliud mel etc. et divisio subiecti per accidentia v. g. homo alius est doctus, alius sanctus etc.

36 Hinc primo physicum est, quod habet partes inter se realiter distinctas. Totum metaphysicum quod habet partes realiter identificatas quae tamen in se ipsis sunt penitus idem et sola operatione intellectus distinctae. Totum logicum quod dividitur in sua inferiora, nec omnia actu requirit in quae dividi potest ac simul habere potest actu sub se infinita et de illis vere praedicare.

Hinc 2do definitio confundi non debet cum divisione quae licet utraque explicet rerum essentias, utraque tamen diversimode eas exponit; definitio enim explicat componendo partes et divisio easdem dividendo, unde licet non differant penes obiectum quod est falsum, solas enim essentiales respicit definitio, divisio vero etiam integrales, et accidentales, differunt adhuc penes modum explicandi. Verum vero cum hactenus dicta pertineant ad ideam formalem, seu apprehensionem, primam operationem mentis humanae quae est simplex intuitus, seu cognitio obiecti, ideo adendum aliquid circa veritatem idearum.

## Paragraphus Octavus
## De Divisione Ideae Formalis,
## Seu Apprehensionis

37 Idea itaque formalis, seu apprehensio obiecti multiplex est ratione sui, ratione originis, ratione modi repraesentandi obiectum et ratione obiecti. Idea ratione sui alia est clara, quae clare exhibet intellectui principes obiecti perfectiones, aut saltem obiectum, alia obscura, quae obiectum suum clare non repraesentat, alia vera, quae repraesentat obiectum vel eius perfectiones ut sunt in se ipsis. Alia falsa, quae exhibet obiectum aliter ac est in se. Alia distincta quae repraesentat obiectum suum aliquid distinctum ab alio; alia confusa, quae id ipsum non efficit. Alia fortis, et constans dicta etiam attentio; alia debilis, quae non sustinet attentionem intellectus, alia partialis quae unam vel aliam exhibet obiecti perfectionem; alia totalis quae totum obiectum repraesentat quoad substantiam saltem; alia soluta quae non excitat ideam alterius v.g. idea floris, alia relativa quae excitat ideam rei alterius v.g.: idea Patris, quae statim excitat ideam filii et

38 Ratione originis dividitur in eam quae oritur ab impressione inorganis sensuum facta a rebus externis et ista percipimus qualitates sensibiles corporum externorum: in eam, quae oritur ab impressionibus antea in cerebro factis a rebus externis, et hac recordamur eorum quae antea sensimus, et novimus, diciturque reminiscentia; in eam quae oritur ab intimo sensu quo nobis constant interne animi nostri cogitationes, volitiones, propria existentia etc, vocaturque conscientia.

39 Ratione modi repraesentandi obiectum dividitur in singularem quae repraesentat unicam determinatam rem individuam, v.g.: Petrum: in particularem, quae repraesentat rem aliquam indeterminatam, v.g.: aliquem hominem: in collectivam, quae repraesentat plura simul, et

distributive, ut ideas omnis virtus; in indefinitam, quae repraesentat naturam in se multiplicem, sed non eius multiplicitatem, a quo praescindit, ut idea praecisiva hominis.

Haec autem alia est generica, ut idea animalis, quae repraesentat naturam animalis ad modum unius licet pluribus speciebus et individuis communem; alia differentialis, quae exhibet differentiam alicuius naturae ad modum unius licet communis sit pluribus individuis v.g. idea rationalis; alia est specifica, quae repraesentat integram naturam specificam ad modum unius licet a parte rerum multiplicatam, ut idea hominis; alia est propria, quae exhibet naturae proprietatem a parte rerum multiplicatam ad modum unius v.g. risibilitatem; demum alia est accidentalis, quae exhibet accidens realiter multiplex ad modum unius v.g. idea albedinis. Tandem ratione obiecti alia est finita, quae repraesentat rem finitam v.g. Angelum; alia infinita, quae exhibet rem infinitam v.g. Deum. Nunc a dictis de apprehensione pergo ad iudicium.

## Caput Secundum
## De Necessariis Ad Iudicium
### Paragraphus Primus
### De Oratione, Conexione, Identitate et Veritate Logica

40 Oratio logica in genere definitur vox significans ut dictio vel ut enunciatio. Significat ut dictio, quando significat absque affirmatione et negatione v.g. Deus Bonus: ut affirmatio vero aut ut negatio, vel uno verbo ut enunciatio, quando enunciat aliquid de aliquo v.g. Deus est Optimus. Haec oratio alia est perfecta, quae ita sententiam perfectam declarat, ut quietat animum auditoris v.g. Deus est Iustus Iudex; et alia imperfecta, quae facit sensum ita imperfectum, ut suspensum relinquat animum auditoris, v.g. si Deum timueris; si Adam non peccasset, Deus Remunerator etc. Nomen, quod praecedit verbum in oratione perfecta, dicitur subiectum, quia quasi subiicitur tamquam fundamentum cui apponatur et versatur significatio nominis verbo postpositi. Nomen autem verbo postpositum vocatur praedicatum seu attributum, quia enunciatur, seu tribuitur ac unitur subiecto ope verbi, quod est nexus subiecti cum praedicato.

41 Conexio est vinculum unius cum alio seu inseparabilitas unius ab alio, sic dies est inseparabilis a sole, creatura a creatore etc. ita ut quandocumque est dies, sit sol etc. adeoque dies conectitur cum sole, sic cum creatore creatura. In conexione tria occurrunt, nempe fundamentum, terminus et ratio fundandi. Fundamentum est res, quae conectitur cum alia, ut creatura cum creatore, dies cum sole. Terminus est res cum qua conectitur fundamentum, ut sol cum quo conectitur dies, et creator cum quo conectitur creatura. Ratio fundandi est ratio, cur fundamentum conectitur cum termino, et sic egestas et dependentia creaturae cum creatore est ratio fundandi conexionem creaturae cum creatore; sicuti diffusio lucis, seu actio solis luminantis aerem necessaria

ad habendum diem est ratio fundandi, seu forma connexionis diei cum sole.

2. Ex posita connexio alia est mutua, et alia non mutua. Mutua est inseparabilitas tam fundamenti a termino, quam termini a fundamento, sic dies est mutuo inseparabilis a sole, quia nec dies haberi potest absque sole, nec sol absque die. Non mutua est inseparabilitas fundamenti a termino, sed non termini a fundamento, natura est non mutuo connexa cum creatore, quia licet nequeat haberi creatura absque creatore, potest tamen iste haberi absque creatura. Ubi moneo in argumentatione antecedens, seu praemissas esse fundamentum connexionis, consequens esse terminum eiusdem, et consequentiam esse ipsam connexionem. Item moneo antecedens quandoque mutuo connecti cum consequente, quandoque autem non mutuo; unde aliquando mutuo bona est consequentia ab antecedenti ad consequens, et a consequente ad antecedens, aliquando autem esse non mutuo bonam, idest bonam ab antecedente ad consequens, sed malam a consequente ad antecedens. Haec doctrina pro disputa est valde necessaria.

3. Identitas est indivisibilitas in esse, seu indivisibilis essentia plurium. sic inter hominem, et animal rationale datur identitas, et inter totum et partes collective sumptas, quia sunt penitus idem. unde vera sunt iudicia homo est animal rationale; partes simul sumptae sunt totum. Haec identitas alia est realis, et alia rationis ex dicendis in theorema. Explicatae identitati opponitur distinctio, quae est divisibilitas in esse, idest multiplex a parte rerum plurium essentia; sic inter fagium et calamum datur distinctio, quia fagius et calamus habent essentias realiter distinctas, unde falsa est propositio fagius est calamus: et vera contradictoria fagius non est calamus. et etiam haec distinctio ex citato loco alia est realis et alia rationis.

4. Denique veritas logica est conformitas actus mentalis cum obiecto cognito, sicuti falsitas logica eidem opposita est difformitas actus mentalis ab obiecto cognito unde si actus mentalis est conformis obiecto ut existit in rebus est verus, sicut iste homo est animal rationale; si vero non est conformis eidem, et ut est in se, est falsus, sicut iste homo est lapis. Est etiam alia veritas subiectiva, seu apparens dicta quae est conformitas actus mentalis cum re non ut est in se, sed ut iudicatur esse ob graves rationes. Prima est veritas certa, et 2da est veritas probabilis.

Hinc tam veritas quam falsitas formaliter consistit in indivisibili, quam formaliter una propositio nequit esse magis vera, aut magis falsa quam alia; licet una possit esse magis materialiter vera, quam alia, quia veritas materialiter sumpta praeter dictam indivisibilem conformitatem importat etiam quamdam exigentiam infallibilitatis, ob quam una res est verior alia sicuti veritates fidei sunt veritates veriores omni veritate naturali. Haec autem ne intelligas de veritate subiectiva, seu probabilitate, quae patitur magis et minus iuxta maiori aut minori rationum gravitate. His praemissis sit:

## Paragraphus Secundus
## De Iudicio, et Quibusdam eius Affectionibus.

45\. Iudicium, seu sententia mentalis, in scholis dictum propositio, est oratio enuncians aliquid de aliquo, idest affirmans vel negans attributum de subiecto, v.g. Deus est verax, Deus non est mutabilis, quorum primum est iudicium affirmativum, et 2dum negativum. In omni autem iudicio seu propositione quatuor occurrunt, materia scilicet, forma, qualitas et quantitas. Materia autem propositionis sunt termini, pro quorum diversa proportione seu respectu inter se, triplex est materia scilicet necessaria, contingens, et impossibilis. Necessaria, quando praedicatum necessario convenit subiecto, ut homo est rationalis; contingens, quando praedicatum potest inesse et abesse a subiecto, v.g. Petrus est sanctus; Impossibilis, quando attributum repugnat subiecto, v.g. [illegible] est Adamus. Hinc triplex est propositio, videlicet necessaria, contingens, et impossibilis.

Forma propositionis, dicta etiam essentia, est affirmatio vel negatio attributi de subiecto, quia affirmatio aut negatio disiunctive determinat terminos ad esse orationis formaliter enunciativae, seu sententiae mentalis. Hinc propositio alia est affirmativa, et alia negativa. Qualitates propositionis sunt supra exposita veritas, et falsitas, unde duplex est propositio, vera scilicet, et falsa.

46\. Quantitas propositionis est extensio aut restrictio principalis subiecti propositionis ad plura vel pauciora significanda facta ope syncategorematum. Quadruplex est quantitas universalis nempe, indefinita, particularis, et singularis, unde etiam quadruplex est propositio, videlicet universalis distributiva, quando subiectum commune afficitur signo distribuente subiectum, v.g. omnis homo est mortalis; Universalis indefinita, quando subiectum commune nullo signo quantitatis afficitur, et in casu si propositio est necessaria, v.g. homo est animal, aequivalet universali distributivae, omnis homo est animal; si autem est contingens, ut homo est doctus, aequivalet particulari aliquis homo est doctus. Particularis est, quando subiectum commune afficitur signo particulari, v.g. aliquis homo est sapiens; singularis denique, quando terminus est singularis, aut communis, aut [illegible] signo demonstrativo v.g. hic homo odit peccatum. Expositum iudicium praeterea [illegible] in simplex, et compositum, quae duo membra duplici Paragrapho exponam.

## Paragraphus Tertius.
## De Iudicio Simplici Eiusque Divisione

47\. Iudicium, seu propositio simplex, dicta etiam categorica, enunciat unum de alio, sive illud sit terminus simplex ut homo est animal, sive complexus ut homo est [illegible] rationale. Hoc iudicium, seu propositio dividitur in directam, et indirectam, in identicam et formalem, in propositionem de primo, et de 2do adiacente, in propositionem propositionis falsae, in propositionem destruentem se ipsam, in absolutam, et modalem

Propositio directa est cujus prædicatum æque vel latius patet subiecto, v.g. homo est animal rationale, homo est animal. Indirecta vero cujus subiectum latius patet, idest est subiecto universalius, v.g. animal est homo, homo est Petrus. Identica est in qua idem eodem modo sumptum de se ipso denunciatur, ut Deus est Deus. Formalis est in qua idem diversimode sumptum de se ipso prædicatur, v.g. Deus est ens a se. Propositio de 2do adiacente de subiecto solam existentiam enunciat, v.g. Petrus existit, illa autem de 3tio enunciat aliquid ultra, v.g. Petrus studet, quæ tacite affirmat existentiam et expresse studium de Petro; unde sensum reddit Petrus qui existit studet.

Propositio falsæ suppositionis dicta de subiecto non supponente vel enunciat de subiecto non existente attributum quod soli rei existenti convenire potest, v.g. Antichristus sonat, vel de subiecto impossibili affirmat prædicatum quod soli rei possibili convenire potest, v.g. Alter Deus est sapiens, et in utroque casu negative falsum suppositum, idest occulta propositio falsa pro contenta in duabus adductis propositionibus; in prima enim latet ista Antichristus existit, cui sonus soli rei existenti vere tribuitur, et in 2da latet hæc alia falsa Alter Deus est possibilis, et si placet negantur etiam illæ duæ propositiones ut falsæ.

Propositio destruens se ipsam ea est cujus attributum immediate destruit vel etiam mediate perfectiones essentiales, v.g. homo est lapis, homo non est visibilis. In prima enim attributum lapis immediate aufert ab homine animal rationale, et in 2da negata visibilitas mediate aufert idipsum, adeoque sine eorum veritate, de homine vere dicitur homo non est animal rationale. Cum autem hominis essentia sit animal rationale de illo vere affirmatur essentia homo est animal rationale, sicque de eodem subiecto verificantur contradictoria quod est impossibile. Sicut propositio destruens se ipsam etiam dicitur ex terminis impossibilis, cum includens contradictionem in adiecto.

Propositio absoluta dicta etiam de inesse absolute enunciat attributum de subiecto videlicet non explicando modum quo illi convenit v.g. virtus est amanda. Modalis e contra dicta etiam de modo nedum enunciat attributum de subiecto, sed etiam modum, quo convenit, aut non convenit subiecto. Quatuor autem sunt modi a Dialecticis examinati, videlicet necessario, impossibiliter, possibiliter, contingenter, qui modi proferri possunt tum nominaliter, tum adverbialiter, v.g. homo est necessario animal, hominem esse animal est necesse, sed sive denomine ut adverbialiter, prælati sunt pars attributi. Nominaliter vero sunt attributum, quod dicitur modus: et integra propositio vocatur subiectum, seu dictum.

Quid significent duo modi universales necessario et impossibiliter patet de se ... non ita constat significatio modorum particularium possibiliter contingenter. Possibile significat, ... tiam ad unum ex oppositis prescindendo a potentia ... Petrum esse animal est possibile cujus ...

est Petrus habet potentiam ut sit aal, ac praescindit a potentia ad oppositum. Contingens significat potentiam ad utrumque oppositorum, v.g. Logicum esse diligentem contingens est, quia sensum reddit Logicus habet potentiam ut sit, et non sit diligens.

Ubi notandum primo quantitatem propositionum modalium ex modo et re attendi, sed in oppositione et aequivalentia canon attenditur sola quantitas modi, unde reputatur universalis, quae habet modum universalem, licet dictum sit particulare, sicuti est particularis propositio de modo particulari, licet dictum sit particulare. Notandum 2do affirmationem et negationem modalis attendi non a dicto sed a copula modi, unde affirmativa est haec modalis Logicum non studere est possibile. Negativa vero haec alia Logicum studere non est necesse. Tertio in resolutione dictarum propositionum modalium conservandum esse idem tempus, quod erat in dicto, unde haec Logicum studuisse contingens est, ita resolvitur in absolutam Logicus studuit. Sicque cum proportione de aliis.

## Paragraphus Quartus.
## De Iudicio Composito, Eiusque Divisione

S1. Iudicium, seu propositio composita, dicta etiam complexa, multiplici propositione simplici constat, media aliqua propositionum unione, v.g. Pater praecipit, et Filius imperat. Haec propositio composita dividitur in copulativam, disiunctivam, condicionalem, causalem, reduplicativam, exclusivam, et exceptivam. Copulativa est, cuius simplices uniuntur per particulam et, ac enunciat omnia simul, v.g. Logicus studet, et proficit. Nemo potest servire Deo, et Mamonae.

Copula principalis propositionis copulativae est particula et, unde copulativa est affirmativa vel negativa, prout particula non afficit, aut non afficit illud et, quare ista Pater non corrigit, et Filius non studet, quia copulativa est affirmativa: ista vero Non Princeps imperat, et Subditus obedit est negativa, quia licet negatio materialiter immediate non cadat super copulam et, quia super negationem, et copulam mediat propositio simplex: cadit tamen formaliter immediate, quia copula et est, quod simpliciter directe negat particula non negantur cuiusque, ac toti propositioni praemissa. Sicque cum proportione dico de aliis iudiciis compositis.

S2 Disiunctiva est, cuius simplices uniuntur particula vel tamquam copula principali, ac enunciat unum vel aliud, v.g.: homo est in peccato, vel in gratia. Haec copula vel in disiunctiva aliquando facit sensum disiunctivum, et aliquando exclusivum. Facit disiunctivum, quando utraque simplex disiunctivae componens potest esse vera, v.g. Illa leuitic. 6. 29. Qui maledixerit Patri aut Matri morte moriatur. Facit sensum exclusivum quando unica simplicium potest esse vera ratione propositionum simplicium inter se v.g. Logicus

studet vel non studet, quae est necessario vera ratione contradictionis simplicium inter se licet alterutra simplex sit contingenter vera.

53 **C**onditionalis est cuius simplices vinciuntur particula si, ac enunciat unam duntaxat pro casu alterius. In conditionali tria occurrunt, idest conditio obiectiva, conditionatum obiectivum, et proportio conditionis cum conditionato. Conditio obiectiva est id pro cuius casu enunciatur conditionatum. Conditionatum obiectivum est res enunciata pro casu conditionis. Proportio autem conditionis cum conditionato est connexio, aut oppositio conditionis cum conditionato, vel indifferentia, et simul conducentia (liceat ita loqui) aut nec conducentia, nec non conducentia conditionis ad conditionatum.

**H**inc quadruplex est conditionalis ratione dictae proportionis, conditionalis illativa, seu necessaria, impossibilis, conducens, et disparata. Necessaria est cuius conditio connectitur cum conditione, v.g.: si sol est (en conditionem obiectivam) dies est (en conditionatum obiectivum) proportio autem solis cum die est connexio conditionis cum conditionato. Impossibilis, cuius conditio opponitur, seu pugnat cum conditionato, v.g.: si non est animal, rationale est homo. Conducens, cuius conditio licet indifferens conducit ad conditionatum, v.g. Si peccator serio audiret concionem, converteretur. Disparata cuius conditio nec confert, nec non confert ad conditionatum: v.g. Si Pontifex orare Romae, Imperator dormiret Viennae.

54 **S**uper conditionali tamen tria notare oportet, primum est, quod conditio nunquam enunciatur existens, vel extitura, sed duntaxat conditionatum pro casu conditionis, seu hypothesis supposita enunciatur fuisse, esse vel futurum esse, ita tamen, ut modus enunciandi conditionalis nec exigat actu poni conditionem, nec conditionatum; unde natum est axioma Conditionalis nihil ponit in esse. 2dum est, quod propositio hypothetica, seu conditionalis reddere potest sensum universalem, particularem et singularem, v.g.: haec: si sol est dies est, quae potest reddere hunc universalem: omnis casus, in quo sol est dies est: hunc particularem: aliquis casus, in quo etc. et hunc singularem hic casus in quo etc.

**T**ertium est, quod veritas propositionis conditionalis semper non connectitur cum veritate conditionalis inversae, quae pro hypothesi assumit contradictorium prioris conditionati, et pro conditionato contradictorium prioris hypothesis, ut facit haec: si libertas A non consentit, non existit inversa ipsius prioris conditionalis si libertas A existit consentit.

55 **C**ausalis est cuius simplices vinciuntur per particulam quia, et enunciat unum esse causam alterius, v.g. quia sol est dies est. Quia tamen alia est causa logica, alia physica, alia metaphysica, et alia moralis, quadruplex est causalis, nempe logica, physica, metaphysica, et moralis. Causalis logica enunciat unum esse motivum obligans concedere aliud, v.g. quia promissa sunt recte disposita, bona est, seu

seu concedi debet consequentia. Metaphysica enunciat unum esse radicem metaphysicam alterius, v.g.: Quia Deus est ens a se, est Omnipotens. Physica enunciat unum esse veram causam physicam alterius, v.g.: quia est voluntas, est amor. Denique moralis enunciat unum esse causam alterius in prudentem aestimationem, v.g.: quia Magister praecipit, discipulus studet.

56 **R**eduplicativa est, quae enunciat praedicatum de subiecto signate determinando rationem formalem, cur illud huic conveniat, per particulas reduplicativas qualenus, in quantum, quâ, prout etc. v.g. homo quâ animal sentit, homo quâ rationalis discurrit. In reduplicativa duo fiunt, primo enunciatur attributum de subiecto, secundo ratio formalis, cur illud conveniat, aut non conveniat subiecto: haec autem ratio est illa, super qua cadit reduplicatio, unde propositio reduplicativa exponitur per causalem homo sentit, quia est animal, homo discurrit, quia est rationalis.

57 **E**xclusiva est, quae constat particula exclusiva tantum, solum, duntaxat, aut simili afficiente subiectum, vel praedicatum. Si primum est exclusiva de subiecto, v.g.: Solus Deus est Aeternus, quia excludit alia subiecta a Deo distincta a participatione praedicati aeternus, unde exclusiva de subiecto primo affirmans attributum de subiecto, et illud idem negans de omni alio subiecto exponitur per copulativam, in cuius prima parte praedicatum affirmatur de subiecto, et in secunda illud idem negatur de omni alio sic: Deus est Aeternus, et nihil a Deo distinctum est aeternum. Si secundum: est exclusiva de praedicato, v.g.: Petrus est tantum Logicus, quia affirmat de suo subiecto praedicatum Logicus. Simulque negat de eodem omne aliud attributum. unde exponitur per copulativam, primo affirmantem praedicatum de subiecto, postea negantem de eodem omne aliud attributum sic: v.g.: Petrus est Logicus, et non possidet aliam scientiam.

58. **E**xceptiva est, quae constans particula exceptiva praeter, nisi etc. a termino communi excipit aliquid, quod in illo includebatur. Haec tamen particula exceptiva vel cadit supra subiectum, vel supra attributum. Si primum. est exceptiva de subiecto, v.g.: omnis homo praeter Christum potest peccare, quae primo negat praedicatum de termino excepto, secundo illud idem affirmat de aliis inclusis in termino communi, unde exponitur per copulativam: Christus non potest peccare, et omnis alius homo potest peccare. Si secundum: est exceptiva de praedicato, v.g.: Paulus callet omnem scientiam praeter Mathesim quae de subiecto negat terminum exceptum, secundo reliqua affirmat in praedicato universali inclusa de eodem subiecto, unde exponitur per copulativam Paulus non callet Mathesim, et callet omnes alias scientias.

Hinc hae ultimae propositiones reduplicativa scilicet exclusiva, et exceptiva egent explicatione ob inductam obscuritatem ab earum particulis, et vocantur exponibiles, sicuti causalis, et copulativa, quibus explicantur, dicuntur exponentes.

Expositis natura, et divisione tum propositionis simplicis, tum compositae, nunc expendemus ordinem, et respectum propositionum quarum una est respicere aliam ut logicé oppositam, ac ut conexam, ut convertentem, ut equivalentem. Distinctis igitur paragraphis de his agamus oportet.

## Paragraphus Quintus.

## De Logica Iudiciorum Seu Propositionum Oppositione.

59 Logica propositionum oppositio est repugnantia duarum propositionum in affirmatione et negatione, unde logicé opponuntur duae propositiones habentes idem subiectum et praedicatum quando una earum est affirmativa, et alia negativa, secus vero si non habeant idem subiectum, et praedicatum, aut si una non sit affirmativa et alia negativa. Quare oppositio logica propositionum est pugna in qualitate, et non in quantitate, unde istae duae propositiones omnis homo est rationalis, aliquis homo est rationalis non pugnant inter se, sed particularis subordinatur universali et universalis subordinans conectitur cum particulari subordinata. Item non est bona definitio logicae oppositionis repugnantia duarum propositionum habentium idem subiectum et praedicatum eodem modo eadem qualitate, vel quantitatem, vel utramque simul, sicut continens ex solidis.

60. Quapropter triplex est oppositio logica, nempe contradictoria, contraria, et subcontraria. Subordinatio enim, seu subalternatio non est oppositio propositionum. Oppositio contradictoria est repugnantia duarum propositionum in affirmatione, et negatione eiusdem de eodem eadem idem quoad se, aut sufficientiam ut una reddat aliam falsam. Per prima verba definitionis significatur quod una contradictoria debet esse affirmativa, et alia negativa. Per verba eiusdem de eodem eadem idem significatur quod debent conservari in utraque contradictoria terminorum identitas et integritas quoad vocem, significationem, locum, tempus, suppositionem etc.

Unde sequentia propositionum binaria non sunt contradictoria. Tulius est Orator. Cicero non est Orator: Canis latrat, Canis non latrat. Petrus amat, Petrus non amat efficaciter. Non primum, quia mutatur subiectum non eadem quia subiectum equivocum canis in prima propositione significat animal latrabile et in secunda stellam non tertium, quia mutatur tempus, sicut mutatur locus in hoc binario. Pontifex est in Templo Sancti Petri, Pontifex non est in Templo S. Petri si prima sumatur pro Templo quod est Romae, et secunda pro eo quod est Urbini.

Sola itaque mutari potest suppositio distributiva in particularem, quia haec non est talis, ac tanta, ut terminus fiat virtualiter multiplex ut accidit facta mutatione alterius suppositionis unde contradictoriae sunt istae. omnis homo est animal, aliquis homo non est animal, secus autem istae. omnis homo est doctus, Petrus non est doctus, vel aliqui homines non sunt docti, quia contra ultima verba posita in definitione con-

tradictionis utraque pars negat quod requiritur ad falsitatem affirmativae, ad hanc enim falsificandam sufficit negatio alicuius in particulari.

61. **O**ppositio contraria est repugnantia duarum propositionum habentium idem subiectum et praedicatum in affirmatione, et negatione pars quod requiritur ut una reddat aliam falsam, v.g.: omnis virtus est amanda, nulla virtus est amanda, omne peccatum est odio dignum, aliqua peccata non sunt odio digna. Petrus est doctus, Petrus non potest esse doctus. Subcontraria vero est repugnantia duarum propositionum particularium habentium idem subiectum, et praedicatum in affirmatione, et negatione, qualis est inter subalternas contrariarum subalternantium, idest inter particulares contrariarum universalium, v.g.: aliqua virtus est amanda, aliqua virtus non est amanda.

62. **H**inc propositiones singulares licet in quantitate non pugnant, v.g.: istae: Petrus est logicus, Petrus non est logicus: si autem dicas Petrus non potest esse logicus sunt contrariae. si dicas Petrus est logicus, Petrus potest esse logicus sunt subalternae: si denique dicas Petrus potest esse logicus, Petrus non potest esse logicus sunt subcontrariae, quia logice opposita, et contenta in contradictoriis Petrus est logicus, Petrus non potest esse logicus.

**Q**uo autem modo opponuntur propositiones simplices et absolutae opponuntur etiam compositae, et modales. Super compositis tamen adverto primo, copulativam aequivalere universali, et disiunctivam particulari: unde copulativae affirmativae contradictoria est disiunctiva, et negativa. adverto 2do eodem oppositionis genere opponi propositiones hypotheticas, quo opponuntur aliae, quia ex dictis etiam conditionales suam habent quantitatem.

**I**tem ad disponendas in schemate modales adverto tres sequentes modos scilicet adesse, necesse, impossibile, possibile, quorum primus reddit propositionem universalem affirmativam, 2dus universalem negativam, 3tius particularem affirmativam, et possibile non particularem negativam. Hinc in oppositione modalium semper affirmandus modus in una, et negandus in alia. Hoc autem his barbaris versibus significatur.

**O**mnis necesse valet valet impossibile nullus
**P**ossibile quidam quidam non possibile non.

**C**um tamen Moderni doceant novam contradicendi formam secuti Antiquos, quorum est illud axioma: non est melius contradicere quam totam propositioni negationem praefigere, cumque concedant expositam contradictionem esse materialem, idest materialiter bonam, sed non formaliter, ideo subdo sequentem appendicem

# Appendix
## De Nouo Formali Contradicendi Modo.

63. Ad capiendam itaq nouam contradicendi formam separatam a tot inuoluciis aduerto aliam esse contradictionem formalem, et aliam materialem. Prima est illa forma applicata duabus propositionibus in omni prorsus materia eas reddit contradictorias ut logicae artis fert. Materialis vero est illa forma applicata duabus propositionibus in aliqua materia duntaxat eas reddit contradictorias, et non in alia; sed communis contradicendi forma (quae tota consistit in duabus signis omnis, aliquis non) applicata duabus propositionibus in materia singulari, et impossibili conceptis v.g. istis. Omnis Deus est Omnipotens aliquis Deus non est Omnipotens. Omnis chimera cantat, aliqua chimera non cantat, eas reddit contradictorias, tum quia contra regulam contradictionis infra afferendam, ambo propositionum binaria sunt simul falsa; tum quia sunt ambo de subiecto falsae suppositionis, ergo communis contradicendi forma omnis et aliquis non applicata duabus propositionibus eas non reddit contradictorias in omni materia, sed duntaxat applicata subiecto universali in materia necessaria et contingente; ergo contradictio resultans ex ea forma est solum materialiter bona.

64. Quare ut habeatur certa contradicendi regula, seu forma in omni prorsus materia, et propositione docet laudabilis Modernus, integrae propositioni affirmativae praefigendam esse particulam non negantem usurpatam, quia haec utpote malignantis naturae destruit, ac negat quidquid inuenit post se; ergo siue falsitas insit toti propositioni, siue subiecto vel attributo, aut alteri termino eam destruit particula negatiua non hoc sensu tamen, ut non faciat sensum copulatiuum sed disiunctiuum, ad cuius veritatem ex infra dicendis sufficit huius membri veritas. Negatiuae autem propositioni docet praefigendam esse aliam negationem, quia duae negationes affirmant videlicet negantes usurpatae.

Hinc omne propositioni etiam falsae suppositionis v.g. istis: Omnis Deus est Omnipotens omnis chimera cantat contradicitur sic: non omnis Deus est Omnipotens non omnis chimera cantat, quae duae contradictoriae reddunt hunc verum sensum disiunctiuum. vel non dantur multi Dii, vel non sunt Omnipotentes: vel non est possibilis chimera vel non cantat.

65. Huius autem doctrinae fundamentum est, quia illae propositiones sunt formaliter contradictoriae, quarum una praecise negat quidquid supponit, et affirmat alia; ergo propositiones, in quibus supponitur idem obiectum, quin in una negetur, non sunt formaliter contradictoriae, sed in communi contradicendi modo supponitur in utraque propositione idem obiectum, quin in una negetur, idest eadem multiplicitas, aut impossibilitas obiecti ut patet ex n.° 63, secus autem in noua condicendi forma

ergo propositiones communi artificio factae contradictoriae sunt materialiter solum contradictoriae, et novae formae constructae sunt formaliter contradictoriae. Probatur primum antecedens.

Quae propositiones simul falsae non sunt formaliter contradictoriae, sed ex n.° 63 duae propositiones communi forma contradictoriae sunt simul falsae, quia in utraque supponitur idem obiectum et in neutra negatur; ergo ut sint formaliter contradictoriae, una debet praecise negare, quod supponit, et affirmat alia, ergo illae propositiones sunt formaliter contradictoriae, quarum una praecise negat, quod supponit, et affirmat alia, sed hoc solum fit in nova contradicendi forma; ergo in hac solum sunt formaliter contradictoriae. Hic autem ponendum schema a nova forma constructum.

66. Ad evitandos tam multos novitios fieri solitos ex contradictione adverto primo aliud esse verificari propositiones contradictorias, et aliud praedicata contradictoria: primum significat fundamentum ad simultaneam utriusque propositionis contradictoriae veritatem, quod est penitus impossibile. Secundum vero significat reale fundamentum ad sustinenda cum veritate praedicata contradictoria. Ubi adverto secundo praedicata contradictoria alia esse stricte et alia laxe seu apparenter talia. Stricte, seu vere talia sunt ea, quorum unum de eodem subiecto eodem eadem affirmat, quod aliud negat, v. g. rationale non rationale de eodem homine. et haec repugnat simul verificari, quia faciunt eandem rem eodem idem simpliciter esse, et non esse simul quod implicat.

Praedicata autem laxe contradictoria sunt quae apparent, sed revera non sunt contradictoria vel quia sunt de diverso subiecto vel eodem diversa connotata locum tempus suppositionem etc: vel quia sunt denominationes disparatae vel solum physice oppositae et haec possunt simul verificari quia non faciunt rem esse, et non esse simul, unde non sunt fundamentum simultaneae veritatis utriusque contradictoriae propositionis.

67. Iam vero ad haec melius capienda adverto tertio, alias esse formas disparatas et

aliis oppositis: Disparatæ sunt, quarum una præstat diversam, sed non oppositam denominationem denominationi alterius formæ. Tales formæ sunt Sanctitas, et Doctrina in eodem homine, quem absque oppositione denominant Sanctum, et Doctum. Oppositæ sunt, quarum una præstat denominationem oppositam denominationi alterius formæ v.g. assensus, et dissensus eidem obiecto præstiti ab intellectu, quem denominant assentientem, et dissentientem.

Istæ autem vel sunt physicè vel metaphysicè oppositæ. Primæ sunt quæ naturaliter nequeunt, sed solum supernaturaliter componi possunt in eodem subiecto, ut etiam accidit earum denominationibus, quales sunt iuxta Peripateticos frigus, et calor in summo. Metaphysicè vero oppositæ sunt, quæ nec miraculosè componi possunt in eodem subiecto sicut nec earum denominationes ob maximam oppositionem inter se; tales autem sunt assensus, et dissensus eidem rei eidem praestiti ab eodem intellectu. His notatis

68. Sicuti formæ disparatæ naturaliter componuntur in eodem subiecto v.g. apprehensio et iudicium in eodem intellectu; Sanctitas et Doctrina in eodem homine, ita denominationes earum. Item sicuti formæ physicè oppositæ supernaturaliter solum componi possunt in eodem subiecto; ita earum denominationes. Denique sicuti formæ metaphysicè oppositæ nec a Deo miraculosè operante componi possunt in eodem subiecto, ita denominationes earum.

Hinc prædicata a formis disparatis aut physicè solum oppositis derivata, quorum unum sit affirmativum, et aliud negativum sunt apparenter, seu laxè contradictoria v.g. Sanctum a Sanctitate, et non Sanctum a Doctrina in eodem homine possunt simul verificari. Prædicata è contra, seu denominationes a formis metaphysicè oppositis sunt formaliter aut æquivalenter verè contradictoria, unde nec divinitus possunt simul verificari in eodem subiecto. Denique oppositiones privativa, negativa, et relativa sunt inter terminos positivum, et privativum, positivum et negativum ac inter terminos relativos. Hic autem ponuntur schemata communiter elaborata.

Simplices
De subiecto comuni

Causales




Modales
Petrum Currere Est Necesse.
CONTRARIÆ
Petrum Currere Non Est Necesse.
Contradictoriæ
Contradictoriæ
Subalternæ
Subalternæ
Petrum Currere Est Necesse
Petrum Currere Non Est Necesse
SUBCONTRARIÆ
Conditionales de Subiecto comuni.
Si Omnes Studuerint Discent Omnes
CONTRARIÆ
Si Omnes Studuerint Nullus Discet
Contradictoriæ
Contradictoriæ
Subalternæ
Subalternæ
Si Omnes Studuerint Aliquis Discet
Si Omnes Studuerint Aliquis Non Discet
SUBCONTRARIÆ
Conditionales
Si Petrus Studuerit Discet
CONTRARIÆ
Si Petrus Non Studuerit Non Poterit Discere
Contradictoriæ
Contradictoriæ
Subalternæ
Subalternæ
Si Petrus Studuerit Poterit Discere
Non Si Petrus Studuerit Discet.
SUBCONTRARIÆ
Reduplicatiue
Omnis Hoõ Qua Rãalis Est Risibilis
CONTRARIÆ
Nullus Hoõ Qua Rãalis Est Risibilis
Contradictoriæ
Contradictoriæ
Subalternæ
Subalternæ
Non Omnis Hoõ Qua Rãalis Non Est Risibilis
Non Omnis Hoõ Qua Rãalis Est Risibilis.
SUBCONTRARIÆ
Exclusiue
Tantum Omnis Hoõ Est Rationalis
CONTRARIÆ
Tantum Omnis Hoõ Non Est Rationalis
Contradictoriæ
Contradictoriæ
Subalternæ
Subalternæ
Non Tantum Non Omnis Hoõ Non Est Rãalis
Non Tantum Omnis Hoõ Est Rãalis
SUBCONTRARIÆ
Exceptiue
Omnis Hoõ Præter Petrum Currit
CONTRARIÆ
Nullus Hoõ Præter Petrum Currit
Contradictoriæ
Contradictoriæ
Subalternæ
Subalternæ
Non Omnis Hoõ Præter Petrum Non Currit
Non Omnis Hoõ Præter Petrum Currit
SUBCONTRARIÆ

## Paragraphus Sextus

## De Conversione, et Æquivalentia Propositionum

69. Conversio est unius ad aliud iudicium per extremorum transpositionem consequentia necessaria. Propositio, quæ convertitur vocatur conversa, et propositio in quam convertitur, quæ infertur ex conversa, dicitur convertens. Hæc autem conversio fit per mutationem subiecti in attributum, et attributi in subiectum v.g. hõo est aãl vaãle, ergo aãl vaãle est hõo. Triplex tamen est dicta conversio, nempe simplex, per accidens, et per contrapositionem. Simplex est unius ad aliud iudicium per extremorum transpositionem consequentia necessaria servatis iisdem qualitate, et quantitate, v.g. nullum aãl vaãlis est incorporeum, ergo nullum corpus est aãl vaãlis. Aliquis hõo est sanctus, ergo aliquod sanctum est hõo. Ubi nomine qualitatis significantur affirmatio, et negatio propositionis. Simpliciter autem converti debent propositiones universalis negativa, et particularis affirmativa.

70. Conversio per accidens est unius ad aliud iudicium per extremorum transpositionem consequentia necessaria mutata sola conversæ quantitate, atque ita convertuntur universales affirmativæ, et negativæ, v.g. omnis hõo est mortalis, ergo aliquod mortale est hõo. nullus leo est equus, ergo aliquis equus non est leo. Negativa universalis convertitur simpliciter, et per accidens, quia pridem eius negatur de subiecto secundum totam suam extensionem; secus vero universalis affirmativa quia eius attributum non affirmatur de subiecto secundum totam suam extensionem, v.g. omnis hõo est aãl, quæ non reddit sensum falsum omnis hõo est omne aãl sed hunc verum omnis hõo est aliquod aãl. Ubi tamen advertito quod si subiectum, et attributum universalis affirmativæ sint termini convertibiles, v.g. omnis hõo est aãl vaãle etiam hæc converti fit simpliciter sic, ergo omne aãl vaãle est hõo.

Conversio per contrapositionem est unius ad aliud iudicium per extremorum transpositionem, et infinitationem consequentia necessaria servata conversæ quantitate, atque ita convertuntur universalis affirmativa, et particularis negativa, v.g. omnis hõo est aãl. ergo omne non aãl est non hõo: aliquod aãl non est hõo; ergo aliquid non hõo non est non aãl. Verum hæc conversionis species multitudine negationum potius obtenebrat quam explicet res. Tres dictas conversiones hoc barbaro distichon inclusas a Dialecticis

Simpliciter FECI convertitur EVA per acci
ASTO per contra sic fit conversio tota.

Ubi ad intelligendum sensum horum carminum notare oportet, quod solæ maiusculæ vocales A E I O significant Nam vocalis A significat propositionem universalem affirmativam. E universalem negativam: I particularem affirmativam: O particularem negativam, ut docet sequens aliud barbarum distichon.

Asserit A, negat E, sunt universaliter ambae,
Asserit I, negat O, sunt particulariter ambae.

71. Contra canonem tamen dictae conversiones sunt materiales, idest solum concludentes ratione materiae; non autem formales, idest non sunt legitimae consequentiae in omni materia vi artificii, quo fiunt ut docet Recentior, quia si essent consequentiae formales et necessariae, essent legitimae in omni materia, sicuti conclusio syllogismi perfecti, sed non sunt legitimae in omni materia, ergo non sunt consequentiae formales; maior est certa, et consequentia legitima, probatur minor. Fiat conversio de subiecto universali et attributo singulari, v.g. nulla creatura est Deus; nec neque simpliciter, neque per accidens convertitur dicendo ergo nullus Deus est creatura: ergo aliquis Deus non est creatura, quia utraque convertens supponens falsum est falsa; ergo dictae conversiones vi eiusdem artificii non sunt legitimae in omni materia; ergo non sunt formales.

72. Erunt itaque conversiones formales iuxta laudationem Modernorum, quando signa inventa multiplicitatem immediate non afficiunt praedicatum sed verum praedicatum hoc artificio: Nulla creatura est Deus; ergo nihil quod est Deus est creatura. Omnis persona divina est Deus; ergo aliquid quod est Deus est persona divina. Et ecce regulam generalem recte convertendi propositiones in omni materia, adeoque legitimam formam conversionis recto supradicto materiali artificio, quod in scholis praescriptisse videtur non titulo veritatis, sed antiquitatis.

73. Conversionem sequitur aequivalentia, melius aequivalentia propositionum, quae definitur duarum propositionum diversis vocibus expressarum aequivalentia in significando. Ut enim duae monetae eiusdem valoris dicuntur aequivalentes, ita aequivalentes appellantur duae propositiones eiusdem significationis. Hinc legitima est consequentia ab una ad aliam aequivalentem. Hinc autem propositionum aequivalentia ope particulae non addita, vel detracta, quae quia malignantis naturae destruit ac mutat quidquid afficit, ac invenit post se propositionem universalem mutat in particularem, ac in universalem affirmativam in negativam, et istam in affirmativam, dummodo tamen particula non negantur accipiatur, in quo autem situ ponenda sit negatio ad habendam propositionum aequivalentiam docet hoc nede carmen.

Prae contradic. post contra: prae postque subalter.

Prae contradic. significat quod una contradictoriarum aequivalet alteri, si illi praeponatur particula non, v.g. nullus homo legit haec propositio aequivalet contradictoriae aliquis homo legit, statim ac illi praefixa est negatio sic nonnullus homo legit. Idem cum proportione de modalibus. Post contra significat quod una contraria aequivalet alteri, v.g. nullus homo est doctus statim ac eius subiecto immediate postponitur negatio sic: nullus homo non est doctus quae aequivalet affirmativae omnis homo est doctus. Idem de subcontrariis.

Deniq; propositiones subalternae significat quod una ex subalternis aequivalet alteri statim ac subiecto antepositur, et immediate postponitur negatio v.g. haec: omnis Logicus studet aequivalet huic alteri Aliquis Logicus studet. Si dicatur non omnis Logicus non studet, hinc non omnis significat idem ac aliquis non; omnis non significat idem ac nullus non nullus significat aliquis nullus non significat omnis etc. Sed iam satis etiam de aequivalentia.

## Paragraphus Septimus
## De Conexione Propositionum

74. Iam conexio in genere ex n.° 41. est vinculum unius cum alia, unde conexio unius propositionis verae aut falsae cum alia est vinculum illius cum veritate aut falsitate alterius sicuti oppositio propositionum est repugnantia unius propositionis verae aut falsae cum veritate aut falsitate alterius. Iam conexio, atque oppositio triplex est, moralis nempe physica, et metaphysica. Conexio metaphysica unius propositionis cum alia est vinculum illius cum ista etiam divinitus insuperabile, sic ista propositio existit creatura est metaphysice conexa cum hac alia existit Deus. E contra oppositio metaphysica unius propositionis cum alia est repugnantia illius cum veritate aut falsitate istius miraculose invincibilis, ita ut nec Deus possit componere simul earum veritatem, aut falsitatem, et sic pugnant inter se propositiones contradictoriae, quae nec divinitus possunt esse simul verae, aut simul falsae.

75 Conexio physica unius cum alia propositione est vinculum unius cum veritate, aut falsitate istius ab omnipotentia supernaturaliter operante duntaxat violabile. Sic propositio existunt duo corpora naturaliter physice conectitur cum veritate istius non sunt in eodem loco. E contra physica oppositio unius cum alia propositione est repugnantia illius cum veritate aut falsitate istius solum a Deo miraculose operante violabilis, sic veritas propositionis existunt duo corpora physice opponitur veritati istius sunt in eodem loco, adeoq; physice conectitur cum eius falsitate, et cum veritate contradictoriae non sunt in eodem loco.

76. Conexio moralis unius propositionis cum alia est vinculum illius cum veritate, aut falsitate istius naturaliter, et supernaturaliter violabile, sed numquam, aut fere numquam aut saltem valde raro violatum; sic propositio Mater habet filios, moraliter conectitur cum propositione amat illos. E contra oppositio moralis unius cum alia propositione est repugnantia illius cum veritate aut falsitate istius naturaliter, et supernaturaliter violabili, sed numquam, aut fere numquam, aut valde raro superatur: sic propositio Mater habet filios moraliter opponitur

veritati istius odit illos; adeoque moraliter conectitur cum eius falsitate, et cum veritate contradictoriae non odit illos. Dixi tamen in conexione, et oppositione moralibus nunquam, aut fere nunquam, aut valde raro, ut indicarem triplicem esse conexionem et oppositionem moralem videlicet maximam, mediam, et minimam.

77. Hinc primo a veritate propositionis conexae cum veritate alterius infallibiliter est consequentia v.g.: existit creatura, ergo existit Deus: sed non vicissim existit Deus, ergo existit creatura, quia non est mutua conexio inter creatam, et divinam existentiam. Hinc secundo a veritate propositionis metaphysice oppositae cum veritate alterius infallibiliter est consequentia ad falsitatem istius v.g.: vera est propositio Deus existit, ergo falsa contradictoria Deus non existit sicut vicissim falsa est haec Deus non existit, ergo vera contradictoria Deus existit, quia inter propositiones Deus existit, Deus non existit est mutua oppositio metaphysica. Idipsum cum proportione dico de bonitate consequentiae physicae, aut moraliter conexa vel opposita cum alia propositione.

78. Ubi ex occasione adnoto, et enumero varias propositiones cum aliis conexas, et alias cum aliis oppositas. Inter conexas est primo propositio universalis distributiva tam affirmativa, quam negativa cum qualibet singulari, aut particulari sub ea contenta. Est secundo propositio affirmativa de tertio adiacente in materia contingenti cum propositione de secundo adiacente in ea inclusa. Tertio conversa cum sua convertente, et aequivalens cum sua aequivalente. Quarto modalis necessaria cum absoluta, quae est eius dictum, idem dico de modali impossibili. Quinto contradictoria, et contraria verae conectuntur cum falsitate alterius contradictoriae, et contrariae.

79. Sexto copulativa vera conectitur cum veritate cuiuslibet simplicis eam componentis, sicut disiunctiva vera cum veritate unius ex simplicibus. Septimo categorica vera conectitur cum veritate universalis distributivae, cui aequivalet haec conditionalis infallibiliter vera (v.g.: hic actus divinae scientiae mediae: si in A existit libertas A, consentit) conectitur tum cum disiunctiva vagante inter defectum conditionis et existentiam conditionati (v.g. cum ista: in A vel non existit libertas A vel consentit) tum cum absoluta negativa negante coexistentiam conditionis, et carentiae conditionati (v.g.: cum ista non coexistunt libertas A, et carentia consensus in instanti A etc.)

80. Inter oppositas autem est primo universalis distributiva affirmativa vera opposita falsitati cuiuslibet singularis inclusae. Secundo contraria, et contradictoria verae sunt oppositae veritati suae contrariae, et contradictoriae, licet contraria falsa non oponatur falsitati suae contrariae ex n° 19 partis sequentis. Tertio conversa, et aequivalens verae sunt oppositae falsitati convertentis

et equivalenti; 4to copulativa vera est opposita falsitati cuiuslibet simplicis cum componentis, sed disjunctiva vera est opposita solam falsitati utriusque simplicis, et non unius duntaxat. 5to causalis vera est opposita falsitati omnium, quae requirit ad suam veritatem, ut patet ex n° 69 partis sequentis. Denique conditionalis infallibiliter vera est opposita falsitati tum disjunctivae negantis inter defectum conditionis, et existentiam conditionati tum absolutae negantis coexistentiam conditionis, et carentiae conditionati etc. ...

Hinc sequitur apprime vera opposita falsitati alterius semper bonum esse consilium ad veritatem istius, sicuti apprime vera aut falsa conexa cum veritate, aut falsitate alterius semper legitimum esse consilium ad veritatem, aut falsitatem istius (quod sedulo notandum pro argumentatione) Merito itaque M. Augustinus Libro 2 contra Donatistam Cresconium Grammaticum Insolentem Capite 17 monet Disputatorem Qui caveat ne se loquente consequantur falsa, quae non vult, velleris falsa caveat, quae praecedunt. Haec de iudicio; mox ad Ratiocinium.

## Caput Tertium

## De Necessariis ad Raciocinium

### Paragraphus Primus

### De Natura et Divisione Raciocinii

81. Tertia mentis operatio est discursus, seu raciocinium, quod in genere definitur oratio, in qua ex uno, aut pluribus iudiciis aliud infertur. Hinc ad raciocinium tria sunt necessaria: primum est id ex quo infertur aliud, quod dicitur antecedens si sit unica propositio, et premissae vocantur si sint plures propositiones; 2dum est id quod infertur ex alio, et appellatur consequens; 3tium est particula illativa unius ex alio, ut pote ergo, igitur etc. quae dicitur consequentia, seu nota rationis, quae nil aliud est, quam unius cum alia veritate conexio, cui vi unum ex alio deducimus.

Hinc saepe accidit, antecedens non conecti cum consequente vero, ut in hoc enthimemate: Logicus scribit, ergo sol lucet, et in casu absque praeiudicio veritatis consequentis negari debet consequentia, quia non negatur veritas consequentis, id est quod sol luceat, sed negatur sola conexio scripturae Logici cum luce solis, cum Logicus etiam nocte scribat, aut scribere possit.

82. Quod si antecedens sit falsum, sed cum falso consequente conexum, tum qui concedit antecedens concedere debet tum consequens, tum consequentiam, quia concedendo antecedens concedit veritatem istius conexam cum veritate consequentis. Hinc Dialectici distinguunt consequens, et non consequentiam. Haec enim vel est bona, quia est conexio antecedentis cum consequente, vel est mala, quia non est dicta conexio. Si primum: concedi debet ut bona. Si 2dum: negari

debet aut mala. Consequens autem sepe terminis equivocis compositis facit varios sensus, in quorum uno est conexio antecedentis cum consequente, sed non in alio: et ideo distinguitur consequens, et conceditur consequentia in eo sensu, in quo est conexio antecedentis cum consequente, et negatur in alio, in quo non est dicta conexio.

83 Expositum raciocinium multiplex est pro varietate dispositionis propositionum, quibus componitur, unde raciocinium aliud est perfectum dictum syllogismus, et aliud imperfectum, quod varias continet argumentationis species, ut sunt entimema, aut dilema, exemplum, soritem, inductionem, seu ascensum, aut descensum. Entimema est oratio ex duobus iudiciis composita, quorum 2dum infertur ex primo, v.g. Deus est ens summe perfectum; ergo Omnipotens.

Dilema est oratio composita ex disiunctiva propositione sensum exclusivum reddente, cuius utrumque membrum impugnat adversarium, quia ex utroque, vel alterutro concesso aliquid infertur contra ipsum. Huiusmodi argumentum est illud Christi Joannis n.° 18 dum alapha percussus patientissime respondit: Aut bene locutus sum aut male: si male testimonium perhibe de malo (idest proba) si autem bene, cur me cedis? Item aut sol lucet vel non? si primum ergo est dies. si 2dum est nox.

Ut tamen sit efficax ingeniosa haec argumentatio tria sunt necessaria. Primum est, quod assumpta extrema saltem iuxta Adversarium non habeant medium, secus ille ipsis evadet. 2dum quod legitima sit consequentia illata contra Adversarium secus ille concesso dilemate consequentiam impune negabit. 3tium quod ex omni extremo aliquid inferatur contra Adversarium, secus ipse confugiat ad extremum ex quo nihil infertur contra ipsum.

84. Exemplum est oratio, in qua ex uno aut pluribus singularibus ex paritate aut identitate rationis argumentamur ad aliud singulare v.g. Caesar non obstante Cicero studet; ergo potest studere etiam Paulus. Sorites est oratio in qua ex multis argumentamur a primo ad ultimum. Sic Puer Atheniensis probat sibi totam Rempublicam obsecundare. Mihi Mater; Matri Pater, Patri Senatus, Senatui tota Republica obsecundat; ergo mihi tota Republica obsecundat.

Inductio est oratio a singularibus sufficienter enumeratis ad conclusionem universalem (sicque est ascensus) vel a conclusione universali ad aliquid singulare, aut particulare, vel ad sua singularia (sicque est descensus) v.g. Petrus studet, Paulus studet et sic de reliquis, ergo omnis homo studet; ergo Petrus studet etc. Ne tamen sit vitiosa inductio prout ascensus debet enunciari

saltem aequivalenter illis terminis et sic de reliquis omnia singularia, quia ad falsitatem propositionis universalis sufficit falsitas unius singularis in illa inclusae. Hinc omissa sufficienti numeratione neganda est consequentia.

85 Tam ascensus, quam descensus (excogitatus ad manifestandam suppositionem, et ideo dictus alias resolutio suppositionis) dividitur in distributivum, collectivum, disjunctivum determinatum, et disjunctivum indeterminatum. Ascensus distributivus est argumentum a singularibus sufficienter enumeratis ad conclusionem universalem v.g.: Nec Petrus est leo, nec Paulus est leo, et sic de reliquis; ergo nullus homo est leo. Descensus e contra distributivus est argumentum a conclusione universali ad sua singularia, v.g.: Nullus homo est leo; ergo nec Petrus, nec Paulus est leo, et sic de reliquis est leo. Iam ascensus, quam descensus affirmativus fit per particulam et, sicut negativus per particulam nec rectentem propositionem. Utimur ascensu distributivo ad probandam aut manifestandam veritatem propositionis universalis, sicut descensu ad ostendendam falsitatem eiusdem.

86. Ascensus collectivus affirmativus est argumentum a singularibus sufficienter enumeratis, simulque unitis particula et, et particula nec si est negativus ad propositionem universalem collectivam, v.g.: et Petrus, et Joannes, et Andreas, et reliqui Apostoli sunt duodecim; ergo omnes Apostoli sunt duodecim. Descensus e contra copulativus est argumentum a propositione universali collectiva ad omnia singularia simul unita alternativa ex dictis particulis, v.g.: Omnes Apostoli sunt duodecim; ergo et Petrus, et Joannes et Andreas, et reliqui sunt duodecim. Ubi repeto in hac et superiori specie argumentationis semper enumeranda esse omnia singularia ad verificandum illud omnis et omnes solo excepto descensu distributivo, quia concedendo universalem distributivam, v.g: hanc omnis homo est mortalis conceditur quodlibet singularis inclusa, adeoque ab illa, ad hanc ergo Petrus est mortalis optima est consequentia. Ascensus autem disjunctivus tam determinatus, quam indeterminatus fit per particulam vel hoc pacto iste vel ille oculus videt; ergo alter oculus videt, contraria autem ratione fit descensus disjunctivus.

87 Ad solvendam dialecticam controversiam num ab ascensu distributivo ad collectivum semper valeat argumentum, seu an sit in forma legitimum, nota consequentiam aliam esse materialem, et aliam formalem. Formalis est connexio necessaria praemissarum, vel antecedentis cum consequente vi dispositionis terminorum, et propositionum. Patebit ex syllogismo perfecto. Materialis autem est connexio antecedentis cum consequente vi solius materiae, qualiter obiectum antecedentis connectitur cum obiecto consequentis. Hoc notato.

Respondeo negative, quia argumentum ex forma legitimum semper, et in omni materia concludit, ut patebit ex syllogismo perfecto qui semper, et in omni materia est eadem forma legitima, ratione dispositionis terminorum, et propositionum, sed argumentum ab asserto distributivo ad collectivum semper, et in omni materia non concludit ut patet ex his malis consequentiis Singuli dies aeternitatis habent alium diem post se; ergo omnes collective, seu tota aeternitas; singulae Oceani guttae sunt exiguae molis; ergo etiam omnes collective etc. ergo argumentum ab asserto distributivo ad collectivum ratione formae non concludit sed solum ratione materiae.

## Paragraphus Secundus

## De Essentia, Et Divisione Perfecti Ratiocinii.

88. Perfectum ratiocinium est syllogismus, qui definitur oratio ex tribus iudiciis composita, qua unum tertium ex utraque praemissa deducitur, vel describitur cum scholis oratio in qua quibusdam positis aliud quid a positis necesse est contingere, eo quod haec sint. Hinc in omni syllogismo necessarie sunt tres propositiones, quarum ultima vocatur conclusio, et duae praecedentes dicuntur praemissae, quarum prima appellatur maior a maiori extremo, et 2da minor ab extremo minori. Quare sicuti in omni syllogismo sunt tres solae propositiones, ita sunt tres soli termini scilicet medius terminus, maius, et minus extremum.

Medius terminus est ratio ad aliquid probandum assumpta quae semel ponitur in maiori, semel in minori et nunquam in conclusione. Maius extremum est terminus, cuius identitas, aut convenientia cum medio termino, vel distinctio, aut disconvenientia ab eodem enunciatur in prima propositione. Minus extremum est terminus, cuius identitas, aut convenientia cum medio termino, vel distinctio aut disconvenientia ab eodem enunciatur in 2da propositione. Haec autem duo extrema debent simul poni in tertia propositione.

Patent haec omnia in sequenti syllogismo Ens perfectissimum est Omnipotens, sed Deus est ens perfectissimum, ergo Deus est Omnipotens. Prima propositio dicitur maior, 2da minor et ambae simul vocantur praemissae, quia praemittuntur ad inferendam 3tiam, quae dicitur conclusio, quia necessario sequitur ex duabus praemissis. Medius terminus est ens perfectissimum, nam est ratio inventa, et semel posita in maiori, ac semel in minori ad ostendendam in conclusione identitatem extremorum Deus, et Omnipotens quorum identitas in conclusione sequitur necessario ex affirmata eorum identitate cum medio termino in praemissis. Haec de natura, et materia syllogismi.

89. Essentiam syllogismi sequitur eius divisio in simplicem, et compositum. Simplex alius est universalis, et alius expositorius. Universalis constat medio termino universali distributo, v.g. omne

peccatum est vitandum, sed mendacium est peccatum: ergo mendacium est vitandum. Expositorius constat medio termino singulari, v. g. hic homo odit vitium, sed Petrus est hic homo: ergo Petrus odit vitium. Compositus alius est copulativus, qui constat saltem una ex premissis copulativa; alius disjunctivus, qui constat saltem una premissarum disjunctiva; alius conditionalis qui constat saltem una ex premissis conditionali; alius denique causalis, qui saltem constat una premissarum causali.

90. Syllogismus insuper alius est demonstrativus, alius probabilis, alius fallax. Demonstrativus vocatus demonstratio est oratio ex terminis iudiciis evidentibus composita, quorum tertium ex vi utriusque premissae evidenter deducitur, v. g. Ens summe perfectum existit, sed Deus est ens summe perfectum, ergo Deus existit.

Probabilis, vocatus etiam topicus, est oratio ex terminis iudiciis probabilibus, vel saltem uno ex premissis probabili composita, quorum tertium ex vi utriusque premissae probabiliter deducitur, v. g. ubi sunt organa et motus similes organis et motibus sensitivis humanis, ibi est anima sensitiva, sed in brutis sunt organa, et motus similes organis, et motibus sensitivis humanis; ergo in brutis est anima sensitiva. Fallax dictus etiam sophisticus est oratio ex terminis iudiciis composita, quorum tertium ex fallacia terminorum aut premissarum artificio male deducitur: v. g. Omnes Episcopi sunt Sacerdotes, sed isti canes sunt Episcopi; ergo isti canes sunt Sacerdotes.

91. Exposita demonstratio alia est negativa, et alia positiva, quae etiam duplex est, nempe positiva rigorosa, et positiva minus rigorosa. Prima dicta etiam a priori habetur quando medius terminus demonstrationis est causa, et origo rei demonstratae in conclusione. Positiva minus rigorosa habetur quando medius terminus est signum effectus, aut proprietas rei demonstratae in conclusione. Prima vocatur etiam demonstratio per causam, et propter quid, secunda vero dicitur demonstratio ab effectu, quia a posteriori. Addunt aliqui demonstrationem positivam simultaneam, quando nempe medius terminus nec est causa, nec effectus rei demonstratae, sed effectus, aut proprietas evidenter infert aliam proprietatem, vel alium effectum; econtra demonstratio negativa dicta ab absurdo ad impossibile est imbecillior, quia indirecta, et subobscura habetur quando concluditur res aliqua, quae si aliter esset, necessario deficeret veritas certa.

## Paragraphus Tertius
## De Forma Perfecti Ratiocinii.

92. Forma syllogismi est apta terminorum, et propositionum dispositio ad inferendam conclusionem. Haec Forma quatenus est terminorum dispositio dicitur Figura, sicuti vocatur modus, quatenus dispositio propositionum iuxta quantitatem et qualitatem. Figura itaque definitur recta dispositio medii termini cum extremis quoad subiectionem, et praedicationem. Modus autem est recta trium propositionum iuxta quantitatem, et qualitatem ordinatio. Hinc attentis modo, et Figura cognoscitur an syllogismus formaliter concludat, quia invicte concludit,

quando in ea habetur exacta terminorum, et propositionum ordinatio, seu dispositio secus autem si secus.

**D**efinita autem Figura comuniter dicitur esse triplex: primo enim medius terminus potest esse subiectum maioris et predicatum minoris Hinc prima Figura. 2do potest esse predicatum utriusque premissæ: Hinc 2da Figura. 3tio esse potest utriusque premissæ subiectum Hinc 3tia Figura iuxta illud vede carmen.

**S**ub præ prima, Bis præ 2da, tertia bis sub.

**H**is tamen accedit 4ta Figura Galenica dicta, in qua medius terminus est attributum maioris, et subiectum minoris, et hæc Figura bona est eadem ratione, qua bone sunt 2da, et 3tia Aristotelis

93 **M**odi autem ex universalium, et particularium propositionum dispositione comuniter novendecim numerantur his barbaris versibus inclusi.

**B**ArbArA CelArent DArII FerIO. (In quatuor modos primæ Figuræ) BArAlIpton.
**C**elAntEs DAbItIs FApEsmO FrIsEsOmorum (in quinque indirectos eiusdem Figuræ.
**C**esArE CAmEstrEs FEstInO BArOcO (in quatuor 2dæ Figuræ modos) DArAptI.
**F**elAptOn DIsAmIs DAtIsI BOcArdO FerIsOn (in sex tertiæ.
**G**alenici vero addunt quinque sequentes in sua Figura BAmAlIp CAlEmEs DImAtIs FEsApO FrEsIsOn, quorum vix mentio fit in scholis.

**V**t moneo ad captum huius durissimi sermonis in singulis precitatis vocabulis tres esse vocales, quarum prima significat quanta, et qualis debeat esse maior syllogismi; 2da quanta et qualis debeat esse minor; 3tia quanta et qualis debeat esse conclusio. Ultima autem vocalis O in BArAlIptOn et aliae O, ac 3tia I in Frisesomorum non faciunt ad rem dialecticam sed ad metrum. Quod autem vocalis A significet propositionem universalem affirmativam, vocalis E universalem negativam, vocalis I particularem affirmativam, et vocalis O particularem negativam (quæ vocales ex arte positæ sunt in his vocabulis) patet ex nº 70. His autem intellectis facile fiunt paralogismi in omni Figura, et modo.

94 **V**t autem et facilius exequatur en in exemplum tres syllogismos primum in BArbArA modo primæ Figuræ. Omnis homo est mortalis, sed omnis Rex est homo, ergo omnis Rex est mortalis; est in prima Figura, quia medius terminus homo est subiectum maioris, et attributum minoris; est in BArbArA, quia omnes propositiones sunt universales affirmativæ iuxta tres vocales A in eo modo positæ. Secundum in CEsArE modo 2dæ Figuræ. Nullum honestum est peccatum; sed omne Iustum est peccatum, ergo nullum Iustum est honestum. Est in 2da Figura, quia medius terminus peccatum est utriusque premissæ attributum: est in CEsArE modo 2dæ Figuræ, quia maior, et conclusio sunt universales negativæ, et minor universalis affirmativa iuxta tres vocales modi CEsArE.

Tertium est in DARAPTI modo tertiae Figurae: Omnis spiritus est immortalis, sed omnis spiritus est substantia, ergo aliqua substantia est immortalis. Est in tertia Figura, quia medius terminus spiritus est subiectum utriusque premissae. Est in DARAPTI ob premissas universales affirmativas, et conclusionem particularem affirmativam iuxta vocales eiusdem. Hinc unusquisque sibi efformet syllogismos in omnibus Figuris, et modis signatis tamen supradictis communiter in libris primis Figuris enumerari novemdecim modos, quia isti evidenter possunt multiplicari, ut patet.

95. Adverto, modum directum esse illum, in cuius conclusione minus extremum est subiectum, et magis extremum est attributum. Indirectum vero esse illum, in cuius conclusione maius extremum est subiectum et minus est predicatum. Hinc primi quatuor modi primae Figurae sunt directi naturales et clari, sicuti modi 2dae et 3tiae Figurae sunt omnes directi, esto non nihil obscuri. Reliqui vero quinque modi primae Figurae sunt omnes indirecti non adeo naturales, et clari. Hoc notato, ostendo multiplicari posse predictos modos.

Optima est consequentia a conversa ad convertentem ut patet ex dictis de conversione, et ex modo BARALIPTON, CELANTES, et DABITIS quorum consequentiae sunt propositiones convertentes conclusionem modorum BARBARA, CELARENT, et DARII, ergo premissae vi Formae inferentes conclusionem conversam legitime inferent eius convertentem, ergo premissae modorum 2dae et 3tiae Figurae vi Formae inferentes conclusionem directam seu conversam legitime inferent eius indirectam seu convertentem; sed premissae, et conclusiones indirectae sunt novi modi, ergo possunt multiplicari modi.

Item premissae inferentes vi Formae propositionem universalem includentem legitime inferent particularem, aut singularem inclusam: Patet hoc ex prolegomenis dictum de omni, dictum de nullo; ergo premissae modi BARBARA vi Formae inferentes propositionem universalem affirmativam includentem legitime inferent conclusionem directam particularem et inclusam et premissae modi CELARENT vi Formae inferentes conclusionem directam universalem negativam includentem legitime inferent conclusionem directam particularem aut singularem negativam inclusam; sed dictae premissae, et conclusiones particulares directae sunt novi modi directi, ergo possunt multiplicari modi directi, et indirecti. His autem subdo preciosa quaedam verba contra Dialecticae Osores desumpta ex nova Logica G. W. in italam linguam traducta.

96. Alcun si maraviglierà forse che io faccio tanto conto de silogismi ordinarj
» sopra tutto in un secolo, in cui quasi ogn'un gli dispreggia, e se ne ride. Ma rispondo che io non sono
» nè troppo grande ammiratore dell'antichità, nè straniero affatto nella cognitione delle moderne
» scoperte; sono stato come gl'altri nutrito in questa specie di fastidio, e di avversione agli ordinarj

silogismi, e mercé delle buone istruzioni de miei Maestri non n'hó più d'una volta fatta materia delle mie risa. Ma dopo più mature riflessioni riconobbi, che eran le cose molto diverse da quel mi parevano, e già fin d'allora non mi guardai di difendere con molti gravi Personaggi per un puro amore della verità ciò, che moltissimi ingegni superficiali beffeggiano, e trattano di puerilità, e milensaggini.

Non dirò già qui che con la scorta di grandissimi uomini io veggo in queste parole Barbara celarent che sono di giuoco a nostri pretesi belli spiriti ch'io ci veggo dissi una prova della scienza la più perfetta, ciò sarebbe oltre la sfera dell'intelligenza di coloro contro i quali io scrivo, e non potrebbe ancora capirsi da quelli per i quali scrivo. Contenterommi di provare prima che nelle dimostrazioni geometriche realmente s'han nel pensiero de silogismi fatti in tutte le forme: secondo che anche nelle matematiche nulla se non per mezzo di tai silogismi si scuopre. Terzo che se vuolsi dimostrare qualche verità fuori delle matematiche non si può farlo parimente, che col mezzo di questi silogismi in regolata forma. Quarto finalmente, che coll'aggiuto di questi silogismi schivansi i più sottili errori, che troppo spesso passano nelle mattematiche, e nelle sienze.

Ita de syllogismo formali loquitur, et promissa demonstrando prosequitur Vir huius seculi summus Philosophus Cl. W. et ecce apparatum ad canones dialecticos.

## Pars Secunda.

## Canones Dialectici.

Canones, seu regulæ dialecticæ, sunt criterium veritatis, seu illæ lapis lydius quo verum a falso discernimus, et quo ad recte cogitandum dirigimur. Cum itaque falsum occurrere possit in omni genere cogitationis nempe apprehensionis, iudicii, et discursus, ideo necesse est canonum magisterio dirigere mentem nostram in omni genere cogitationis, servato primæ partis ordine, nempe tradendo primo regulas circa apprehensionem, secundo circa iudicium, tertio circa discursum.

## Caput Primum

## Canones Ad Recte Apprehendendum.

### Paragraphus Primus

### Canon Prodromus Ac Generalis Circa Omnem Cogitationem.

1. Nulli humanæ cogitationi fidendum, nisi postquam depositis antecaptis opinionibus

certa veritatis evidentia, aut certa solida ratio severo examine detecta, et discussa nos movet aut obligat eidem fidere, quia donec anticeptae vigent opiniones (quales sunt praeventio, praecipitantia, partium studium, amor, odium, impacientia, pigritia, praesumptio, novitas etc.) nulla humanae mentis cogitatio immunis saltem a proximo errandi periculo, et uno ore fallentur omnes, sed nulli cogitationi fidendum donec non est immunis saltem a proximo errandi periculo, secus absque ulla prudentiae regula desiderati amore veritatis de errore labemur in errorem, quia ex falso sequitur falsum iuxta dicenda, ergo nulli cogitationi humanae fidendum, nisi postquam depositis anticeptis opinionibus certa veritatis evidentia aut certa solida ratio severo examine discussa nos movet vel obligat eidem fidere.

Hinc inducta prudentis dubitatione utemur in inquisitione veritatis, non autem dubitatione Sceptic[orum] fingentis falsa, quae sunt evidenter vera, aut dubitatione Academicorum qui temere de omnibus dubitant, et perpetuo dubitent, et veritatis lucem si fieri possent extinguent, et expellerent, atque in Pyrrhonismi fine.

## Paragraphus Secundus
## Praecipuus Canon Rectae Apprehensionis.

2\. Ad recte apprehendendum aliquid maxime utendum est exacta definitione, et divisione rei, quia eo utendum ad habendam rectam apprehensionem rei, quod explicat integram ejus essentiam, eamque distribuit in suas partes, quodque suppeditat medium explorandi proprietates quae discursus, sed exacta definitio rei explicat integram ejus essentiam, eamque divisio in suas partes distribuit, et hinc ambae simul suppeditant medium explorandi proprietates rei definitae ac divisae, quae discursus, ergo maxime utendum exacta definitione, et divisione ad habendam rectam apprehensionem rei.

Hinc primo ex definitione habentur ideae adaequatae rei, ex divisione apprehensiones partiales tam genericae, tam differentiales, et ex discursu apprehensiones proprietatum rei. Hinc secundo caute procedendum circa apprehensiones sensuum ministerio acquisitas, usque nunc experientia sensuum purgata sit ab omni dubio, et errore. Verum quid prodest hic canon absque regulis definitionis et divisionis.

## Paragraphus Tertius
## Canones Exactae Definitionis.

3\. Primus. Definitio et definitum convertuntur et inferuntur mutuo, v. g. homo est animal rationale, animal rationale est homo: est homo, ergo est animal rationale, est animal rationale, ergo est homo. Ratio est quia definitum et definitio objectiva sunt penitus idem, quod est falsum. Regula haec intelligi debet primo de solo definito, et definitione objectivis, non autem formalibus, quae ex dictis in apparatu non sunt idem.

Intelligi debet 2do de definitione obiectiva adequata, et non partiali, quia circa partes essentiæ non sunt totum definitum, ut sola anima realis non est totus homo compositus ex corpore, et anima.

Hinc quidquid vere prædicatur de definito obiectivo vere etiam prædicatur de definitione obiectiva, quia quidquid vere enunciatur de uno ex identificatis, vere enunciatur etiam de alio; sed definitum, et definitio obiectiva sunt identificata, quia sunt eadem essentia indivisibilis; ergo quidquid vere prædicatur de definito obiectivo, vere etiam prædicatur de definitione obiectiva.

4 Secundus. Definitio debet esse clarior definito, quia omnis explicatio debet esse clarior re explicata, secus non esset explicatio; sed definitio est explicatio essentiæ rei, et definitum est res explicata ut patet ex dictis, ergo definitio debet esse clarior definito. Tertius. Definitio debet convenire omni, et soli definito (hæc regula videtur specialiter afficere logicam definitionem) quia cum definitiones soleant esse de universalibus, et non de singularibus, si non convenit omni, non definitur natura universalis plura sub se continens inferiora; et si non convenit soli, non definitur essentia rei definitæ, quæ est penitus idem cum solo definito; ergo definitio debet convenire omni, et soli definito. Quartus. Definitio nec debet redundare superfluis, nec deesse in necessariis; quia nec debet continere partem extra essentialem, nec omittere quidditativam. Regulis autem bonæ definitionis succedunt aliæ exactæ divisionis.

## Paragraphus Quartus.
## Canones Exactæ Divisionis

5. Primus. Divisum latius patere debet qualibet parte distributive sumpta, seu totum plura continere debet, quam membra dividentia seorsim accepta, quia in rebus saltem finitis totum est maius parte; sed divisum est totum, et quælibet pars distributive sumpta est pars, ergo divisum debet esse maius qualibet parte distributive sumpta, ergo debet latius patere, quia esse maius, et latius patere in casu sunt synonima.

Secundus. Omnes partes includi debent in toto, quia secus totum divideretur in partes non suas. Tertius. Omnes partes dividentes simul sumptæ debent æquare divisum, quia partes collective sumptæ sunt ipsum totum divisum; sed hoc debet æquare se ipsum, ergo omnes partes etc. Quartus. Membrum seu pars dividens præcise qua dividens includi non debet in alio, quia si in alio includitur, ab eo non dividitur ut patet; ergo pars dividens etc. Quintus. Divisio quoad fieri potest instituenda debet ad membra pauciora, quia ex Cajetano et Seneca idem vitii habet nimia, quod nulla divisio, simile confuso est, quidquid usque in pulverem sectum est; ergo etc.

6. His regulis generalibus divisionis accedit pro sola divisione totius logici, et est totum divisum contineri debet in singulis membris dividentibus, ut homo in Caesare, Joanne etc. animal in homine, leone etc. Haec tamen lex non opponitur primo canoni divisionis docenti, quod totum debeat esse maius parte, quia totum logicum, v.g. homo intensive duntaxat, idest secundum totam essentiam animal rationale contineri debet in omni inferiore v.g. Petro, non autem extensive, idest secundum complexum omnium inferiorum debet esse in omni inferiore secus quilibet homo, et omnes simul esse deberent in Paulo v.g.: unde adhuc totum logicum extensive sumptum est maius omni parte seorsim accepta; ergo nulla oppositio inter dictos canones. Nunc unicam regulam circa terminos, qui ad unam prae alia suppositione determinantur ad invicem in oppositionibus ab unione eorum inter se, nunc inquam unicam subdo regulam.

7. Talia sunt subiecta, qualia permittuntur a praedicatis, et talia praedicata, qualia permittuntur a subiectis, idest eam suppositionem habent subiecta ad quam determinantur a praedicatis, et eam habent attributa ad quam determinantur a subiectis, ut patet ex sequenti propositionum ternario. Homo est nomen, haec effigies est homo, homo est animal rationale; in prima enim subiectum homo determinatur ad suppositionem materialem a praedicato nomen, in secunda attributum homo a sua propria formali significatione alienatur ad impropriam a subiecto haec effigies. in tertia denique subiectum homo determinatur ad suam propriam formalem significationem ab attributo animal rationale. In hac enim sola significat humanam naturam definitam per animal rationale. In secunda vero significat hominis imaginem, et in prima sumptus terminus homo pro se ipso, seu materialiter significat, quod est nomen; ergo talia sunt subiecta, qualia etc. Ubi adverto terminum indefinitum nullo signo affectum in materia necessaria distributive, et in materia contingenti aequivalere propositioni particulari. Cum melioris regulas recte apprehendendi obiecta, mox ad regulas recte iudicandi de iisdem.

# Caput Secundum.

## Canones Ad Recte Iudicandum.

Canones isti sunt regulae docentes, quando propositiones sunt verae, et quando falsae. Cum autem propositiones aliae sint simplices, et absolutae, aliae modales, et compositae, ideo pro singulis regulas exhibeo.

## Paragraphus Primus

### Canones Propositionum Simplicium Absolutarum, Et Modalium.

8. Canon primus fundamentalis aliorum. Propositio est semper vera, quando est conformis obiecto, et semper falsa, quando est difformis eidem. Haec patet ex definitionibus veritatis, et falsi-

tatis logice traditis n° 44 partis antecedentis) est semper probabilis, quando graves scilicet nititur Junto apto comouere Viros Doctos, et Prudentes ad tale iudicium: et semper improbabilis, quando nititur Junto tunc apto comovere solum ignorantes, imprudentes, aut homines anticipatis opinionibus preuentis ut postulo ex Prodromo et ultima parte Metaphysice.

9. Secundus pro simplicibus absolutis. Affirmatiua directa singularis et uniuersalis in materia necessaria semper est uera, et negatiua semper falsa; quia propositio semper conformis obiecto est semper uera, sicuti semper difformis eidem est semper falsa; sed tam affirmatiua directa singularis quam uniuersalis in materia necessaria est semper conformis obiecto, quia semper de isto affirmat essentiam, aut partem essentiæ, aut proprietatem necessariam, sicuti negatiua est semper difformis obiecto, quia de isto semper negat illorum ex dictis; ergo in materia necessaria affirmatiua directa tam singularis quam uniuersalis est semper uera, et negatiua est semper falsa.

Tertius pro ysdem. Omnis propositio affirmatiua in materia impossibili est semper falsa, et negatiua semper uera; omnis propositio de subiecto affirmans attributum repugnans eidem, est huic difformis, adeoque falsa; sicuti illud negans de subiecto est conformis eidem, adeoque uera, sed omnis propositio affirmatiua in materia impossibili de subiecto affirmat attributum repugnans eidem, et negatiua de eodem negat illud; ergo omnis propositio affirmatiua in materia impossibili est semper difformis obiecto, adeoque falsa, et negatiua semper conformis eidem, adeoque uera.

10. Quartus pro ysdem. Omnis propositio affirmatiua in materia contingenti est uera, si attributum conuenit subiecto, quia obiecto suo conformis; falsa autem si attributum subiecto non conuenerit, quia obiecto suo difformis. E contra omnis propositio negatiua in materia contingenti est uera, si attributum non conuenit subiecto ex data ratione; falsa uero si conuenit eidem. Hactenus de iudicijs simplicibus absolutis, quorum ueritas et falsitas pendet a conformitate, et difformitate actus stractiui cum obiecto iuxta illud: Ab eo, quod res est, uel non est, propositio uera, uel falsa dicitur. Non de iudicijs modalibus, quorum ueritas pendet etiam a natura modi.

11. Quintus pro modalibus. Modalis affirmatiua de modo necessario semper est uera, quando eius dictum est propositio necessaria, quia semper conformis obiecto, u.g.: hominem esse animal est necesse. Falsa uero, quando dictum est propositio contingens, aut impossibilis, quia semper difformis obiecto, u.g.: hominem esse Theologum, aut leonem est necesse. Sextus pro ysdem. Modalis affirmatiua de impossibili semper est uera quando eius dictum est propositio impossibilis, quia semper conformis obiecto, u.g.: hominem non esse rationalem, aut esse equum est impossibile. Falsa e contra

quod dictum est propositio contingens, aut necessaria, quia semper difformis obiecto; v.g. hominem esse sanctum, aut esse rudlem est impossibile.

Septimus pro iisdem. Modalis affirmativa de possibili, cuius dictum est propositio contingens, aut necessaria est semper vera ex eadem ratione; v.g. Christum esse Redemptorem aut Deum est possibile. Falsa e contra, cuius dictum est propositio impossibilis, v.g. Deum non esse unum est possibile. Ultimus. Modalis affirmativa de contingenti vera est cuius dictum est propositio contingens ex dicta rationis identitate v.g. hominem esse logicum contingens est. Falsa e contra, cuius dictum est propositio necessaria, aut impossibilis, v.g. Deum esse a se, vel non esse creaturam contingens est. Nunc ad leges compositarum.

## Paragraphus Secundus

## Canones Quatuor Propositionum Compositarum.

12. Primus pro copulativis, qui valet etiam pro simplicibus universalibus disiunctivè suppositis ex n° 18 partis antecedentis. Copulativa ad suam veritatem exigit ne dum veras esse simplices componentes propositiones copulativas, sed etiam veram esse earundem simultatem; e contra ad eiusdem falsitatem sufficit falsitas unius simplicis componentis copulativam.

Ratio primae partis est, quia omnis propositio enuncians plures propositiones simplices simul esse veras ad suam veritatem exigit, ne dum veras esse simplices, sed etiam veram esse earum simultatem; sed propositio copulativa (sicuti simplex universalis distributiva) enunciat plures simplices simul esse veras, ut patet ex modo enunciandi tum copulativae tum simplicis distributivae; ergo copulativa, sicuti universalis distributiva ad suam veritatem exigit ne dum veras esse omnes simplices, sed etiam veram esse earum simultatem, idest verum esse quod sunt simul verae.

Ratio 2dae partis est, quia omnis propositio includens est falsa ad falsitatem unius inclusae; (sequitur enim totum ad defectum partis); sed copulativa sicut universalis distributiva est propositio includens simplices suas componentes, et istae sunt propositiones inclusae; ergo omnis copulativa sicut universalis distributiva est falsa ad falsitatem unius simplicis inclusae; ergo ad falsitatem copulativae etc. sufficit etc.

13. Secundus pro disiunctivis. Disiunctiva exigit ad suam veritatem veram esse alterutram simplicem; e contra ad eius falsitatem requiritur falsitas utriusque partis.

Ratio primae partis est, quia propositio enuncians veritatem unius vel alterius propositionis simplicis ad suam veritatem exigit solum veram esse alterutram simplicem propositionem;

sed disiunctiva solum enunciat veritatem unius vel alterius simplicis propositionis ut haec D. Dionysii Areopagitae in Morte Christi: Aut Deus naturae patitur aut Mundi machina dissolvitur ut patet ex modo enunciandi illius, ergo disiunctiva ad sui veritatem exigit veram esse alterutram simplicem.

Ratio 2dae partis est quia propositio vera ad veritatem unius partis nequit esse falsa nisi ad falsitatem utriusque partis; sed disiunctiva est vera ad veritatem unius partis ex mox ante dictis; ergo nequit esse falsa nisi ad falsitatem utriusque partis; ergo ad eius falsitatem requiritur etc.

14 Tertius pro causalibus. Causalis ad suam veritatem exigit primo quod verum sit assumptum ut causa: 2do quod assumptum ut causa vere habeat speciem denunciatae causalitatis. 3tio quod enunciatum ut causatum, idest effectus sit vere causatum, seu effectus; e contra ad eius falsitatem sufficit falsitas unius ex dictis.

Ratio primae partis est, quia omnis propositio ad suam veritatem exigit vera esse membra simul enunciata, sed causalis simul enunciat primo assumptum ut causam, 2do assumptum ut causam habere speciem enunciatae causalitatis; 3tio enunciatum ut effectum esse vere talem; ergo causalis ad suam veritatem exigit primo quod verum sit assumptum ut causam. 2do quod assumptum ut causa habeat speciem enunciatae causalitatis; 3tio quod enunciatum ut effectus sit vere talis. Hinc causalis vera equivalet universali distributivae, quae resolvitur in copulativam, unde ergo rationem 2dae partis

Ad falsitatem tum universalis distributivae tum copulativae sufficit falsitas unius membri ex n.º 12; sed causalis equivalet universali distributivae; ergo ad falsitatem causalis sufficit falsitas unius ex membris enunciatis; ergo sive falsum sit assumptum ut causa, sive falsum sit quod enunciatum ut causa habeat enunciatam causalitatem, sive falsum sit quod enunciatum ut effectus sit vere talis, causalis est falsa.

15 Quartus pro condicionalibus. Condicionalis ad suam veritatem requirit solam condictionem condictionis obiectivae cum condictionato obiectivo, et non existentiam condictionis, aut condictionati; ad eius falsitatem e contra sufficit carentia dictae conexionis

Ratio primae partis est, quia omnis propositio ad suam veritatem requirit verum esse quod enunciat eo modo, quo enunciat. sed condicionalis enunciat modo duntaxat hypothetico, et supersivo solam conexionem condictionis obiectivae cum condicionato obiectivo, et nullo modo enunciat huius, vel illius existentiam iuxta illud: Condicionalis nihil ponit in esse, ergo condicionalis ad suam veritatem requirit solam condictionem condictionis, et non existentiam etc. ergo data falsitate tum condictionis, tum condictionati, dummodo adsit conexio illius cum isto, adhuc condicionalis est vera, ut est

ista: Si homo est canis, est latrabilis.

Ratio 2dae partis est, quia ad falsitatem propositionis sufficit carentia verificativi illius, sed verificativum condicionalis est conexio condicionis cum condicionato, ergo ad falsitatem propositionis sufficit carentia condicionis cum condicionato.

16. Ubi distinguo tres sensus condicionalis, sensum nempe illativum stricte condicionalem, et coniunctivum, ab Angelico dictum temporalem. Habet sensum illativum, quando particula si significat conexionem condicionis, seu hypothesis obiectivae cum condicionato obiectivo, unde ab illa ad istud in casu bona est consequentia, v.g.: si est homo, est animal, quae aequivalet huic enthimemati: est homo, ergo est animal. Habet sensum stricte condicionalem, quando particula si significat hypothesim obiectivam esse prerequisitum aut causam condicionati v.g.: Si peccator serio audiret concionem, converteretur, si haberet libertatem et Deum amaret. Habet sensum coniunctivum, quando particula si enunciat solam coexistentiam seu unionem condicionis et condicionati, v.g.: Si est Petrus, Paulus currit.

Hinc data regula circa condicionalium veritatem intelligi debet de condicionalibus illativis duntaxat, quia condicionalis in sensu stricte condicionali ad suam veritatem unice requirit, quod condicio sit prerequisitum vel causa condicionati, sicuti in sensu pure coniunctivo ad suam veritatem exigit solam coexistentiam condicionis et condicionati. Hypotheticis, descendo ad regulas propositionum oppositarum.

## Paragraphus Tertius.

## Canones Propositionum Oppositarum

17. Primus pro contradictoriis. Utraque contradictoria nec potest simul esse vera, nec potest simul esse falsa, unde a veritate unius recte infertur falsitas alterius et ab istius falsitate infertur veritas illius.

Ratio canonis est. Ex terminis evidens est principium contradictionis, nempe intellectum implicat idem simul esse et non esse; idest pariter impossibile est, de eodem eodem idem verificari vera contradictoria esse et non esse; sed si utraque contradictoria posset simul esse vera, aut falsa, de eodem eodem idem posset verificari vera contradictoria esse et non esse, ut patet meditanti duas contradictorias suppositas simul veras, aut simul falsas; ergo utraque contradictoria nec potest simul esse vera, nec simul esse falsa. Potest tamen utraque simul esse probabilis, quia probabilitas unius non opponitur probabilitati alterius; unde ab unius probabilitate male infertur improbabilitas alterius, sicuti ab istius improbabilitate male concluditur probabilitas illius.

18. Secundus pro iisdem. Ad veram contradictionem debet una propositionum

precisè negare, vel affirmare q̃ requiritur, et sufficit ad falsitatem alterius.

Ratio est, quia si una pars negat, aut affirmat, q̃m requiritur ad falsitatem alterius, utraq; contradictoria pt simul ẽẽ falsa, sed hoc non ex canone superiori; ergo ad veram contradictionem debet una propositionum etc. Ostendo maiorem ex gemina sequenti propositione: Omnis hõo est Sanctus, D. Petrus non est Sanctus quæ sunt ambæ falsæ, quia una pars negat, q̃m requiritur ad falsitatem alterius; licet enim non Sanctitas D. Petri sufficeret ad falsificandam universalem omnis hõo est Sanctus non requiritur tñ; quia ad eius falsitatem sufficit non Sanctitas Judæ, vel alterius hominis; ergo si una pars negat etc: utraq; pt simul esse falsa.

Tertius pro eodem. Ad veram contradictionem formalem integrè uni ex contradictoriis propositionis debet negatio, quia secus ex n.° 63 partis antecedentis ambæ contradictoriæ simul erunt falsæ si subiectum supponat falsum; ergo etc.

19. Quartus pro contrariis. Duæ contrariæ nequeunt simul ẽẽ veræ; sed possunt ẽẽ simul falsæ. Ratio primæ partis est, quia si duæ contrariæ v.g: omnis hõo est Sanctus, nullus hõo est Sanctus possent simul ẽẽ veræ de eodem Cain v.g: statim verificarentur contradictoria Sanctus, et non Sanctus simul, sed hoc repugnat ex primo canone contradictionis; ergo duæ contrariæ nequeunt simul ẽẽ veræ. Probatur maior: concludunt duo syllogismi in darii, et ferio. Omnis hõo est Sanctus; sed Cain est hõo; ergo Cain est Sanctus. (en contradictoriam affirmativam Cain est Sanctus.) nullus hõo est Sanctus; sed Cain est hõo; ergo Cain non est Sanctus. (en contradictoriam negativam Cain non est Sanctus); ergo si duæ contrariæ possent simul ẽẽ veræ de eodem possent verificari contradictoria simul.

Ratio 2æ partis est, quia de subiectis distinctis possunt verificari contradictoria; hinc duæ contrariæ possunt ẽẽ simul falsæ; ergo duæ contrariæ possunt etc. Probatur minor. Hæc singularis: Judas non est sanctus falsificat universalem affirmativam omnis hõo est sanctus et hæc alia D. Paulus est Sanctus falsificat negativam universalem; nullus hõo est Sanctus; ergo si de distinctis subiectis verificari possunt contradictoria, duæ contrariæ possunt ẽẽ simul falsæ. Hinc.

20. Quintus pro eisdem. Una ex contrariis debet negare, vel affirmare aliquid plus q̃m requiritur ad falsitatem alterius, quia si precisè affirmet, vel negat q̃ requiritur ad falsitatem alterius erunt contradictoriæ, quæ non possunt simul ẽẽ falsæ; ergo una ex contrariis etc: Hæc de contrariis circa formam: circa materiam tñ communiter docent logici duas contrarias in materia necessaria v.g: omnis hõo est aãl, nullus hõo est aãl non posse simul ẽẽ falsas, sed bona pace eorum hoc est falsum, quia licet duæ contrariæ directè in materia necessaria nequeunt simul ẽẽ falsæ, possunt tñ in

eadem materia esse falsae simul duae contrariae indirecte, v.g. omne animal est homo, nullum animal est homo; omnis homo est Petrus, nullus homo est Petrus etc.

21. Sextus pro subcontrariis. Subcontrariae nulla materia esse possunt simul falsae, verum in materia contingenti possunt esse simul verae; unde a falsitate unius bene infertur veritas alterius; sed ex veritate contingenti unius male infertur falsitas alterius.

Septimus tandem pro subalternis. Tantum abest quod sint oppositae propositiones subalternae, ut ex veritate subalternantis bene inferatur veritas subalternatae, licet ex veritate istius concludi nequeat veritas illius, quia inter illas est connexio non materialis.

Praecipuus autem usus oppositionis unus est in intelligenda propositionum extensione, et alter est ad hostem contradictionis convincendum. Primus (in quo conveniunt universalitas, et conversio propositionum) est valde utilis in dignoscendis erroribus ab Ecclesia Catholica damnatis, ut est damnata haec Jansenii propositio: In statu naturae lapsae interiori gratiae nunquam resistitur, cuius contraria semper resistitur etc. est falsa, dum contradictoria aliquando resistitur etc. est vera. Secundus est utilis, ut quoties necessarius ad continendos adversarios intra terminos controversiae propositos, quippe nec contradictoria dicam causa oppositionis coguntur redire ad terminos disputationis.

Verum caput istud concludo cum facilis ad detegendam omnis propositionis veritatem meliorem regulam reperiri non posse quam ut serio attendamus ad sensum, suppositionem, aliasque propositionum circumstantias, quia his cognitis facile iudicari poterit de veritate aut falsitate illarum; sed pergo ad regulas discursus humani.

## Caput Tertium

## Canones Ad Recte Discurrendum.

Ut in alia parte primo generaliter, secundo specialiter egimus de humano raciocinio, sic in ista primo dabimus canones generales eiusdem, et inde speciales, quod omnium prodesse humano raciocinio notitia aliquis regulis nos dirigentibus ad bene raciocinandum.

### Paragraphus Primus

### Canones Generales Humani Raciocinii.

22. Quemadmodum iudicium est unio terminorum, ita discursus est unio iudiciorum, quorum ultimum vi connexionis sequitur ex primo aut premissis. Hinc canon primus: bona est consequentia quando obiectum antecedentis connectitur cum obiecto consequentis. Ratio canonis est, quia consequentia est bona praecise connexio obiectivi antecedentis (nomine ante-

cedentis significat omne indicium premissum ad inferendum consequens cum obiectivo con-
nexum, ut patet ex n.° 21 partis antecedentis; sed quod obiectum antecedentis conectitur cum
obiecto consequentis est conexio obiectivi antecedentis cum obiectivo consequente, ergo bona
est consequentia, quod obiectum antecedentis conectitur cum obiecto consequentis; ergo a con-
traria, quod non est talis conexio mala est consequentia defectu conexionis.

23\. **S**ecundus. Bona est consequentia ab antecedente ad consequens;
sed non semper est bona a consequente ad antecedens. Ratio primae partis est, quod est co-
nexio antecedentis cum consequente consequentia est bona. sed semper est conexio an-
tecedentis cum consequente, secus antecedens esset materialiter antecedens; ergo ab antece-
dente ad consequens semper bona est consequentia: maior patet ex canone antecedenti, pro-
batur minor. Semper est conexio Iuncti conexionis cum suo termino, ut omnes concedunt.
sed antecedens est Iunctum conexionis, et consequens est terminus ut pariter concedi debet.
ergo semper est conexio antecedentis cum consequente, ergo semper bona est consequentia ab etc.

**R**atio 2dae partis. Terminus conexionis non est semper mutuo co-
nexus cum Iuncto, ut patet ex divina existentia termino conexionis existentiae creatae, quae
est Iunctum et pretensa positio certum ex metaphysica; sed consequens est terminus, et ante-
cedens est Iunctum conexionis, ergo consequens non est semper mutuo conexum cum ante-
cedente; ergo non est semper bona consequentia a consequente ad antecedens. Hinc bonae
sunt consequentiae; Existit creatura; ergo existit Deus. est homo; ergo est animal: sed non vi-
cissim a consequente ad antecedens: Existit Deus; ergo existit creatura. est animal; ergo est
homo. Quare semper bona est consequentia affirmativa a termino inferiori ad
superiorem; sed ab isto ad illum.

24\. **T**ertius. Regulariter bona est consequentia a contradictorio
consequentis ad contradictorium antecedentis; sed non vicissim a contradictorio anteceden-
tis ad contradictorium consequentis. Ratio primae partis est ablato termino conexionis re-
gulariter auferetur Iunctum ut positio ex Metaphysica; sed consequens est terminus, et
antecedens est Iunctum conexionis; ergo regulariter ablato consequente auferetur ante-
cedens; sed contradictorium idest negatio consequentis est logica ablatio consequentis,
sicuti contradictorium antecedentis est logica ablatio istius; ergo regulariter bona est con-
sequentia a contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis.

Hinc 1mo quia bonæ sunt consequentiæ ab antecedenti ad consequens existit creatura, ergo existit Deus. est hoō: ergo est aāl: sunt etiam bonæ sequentes a contra-dictorio consequentis ad contradictorium antecedentis: Non existit Deus; ergo non existit Crea-tura; non est aal; ergo non est hoō. Hinc 2do bona est consequentia a negatione ter-mini superioris ad negationem inferioris.

25. Ratio 2dæ partis. Ablato Fundo conexionis per se non aufertur ter-minus, quia licet fundum conectatur cum termino, terminus tamen mutuo semper non co-nectitur cum fundo; sed antecedens est fundum conexionis, et consequens est terminus; ergo ablato antecedente per se non aufertur consequens; sed contradictorium antecedentis est logica ablatio antecedentis, et contradictorium consequentis est ablatio ipsius; ergo a contra-dictorio antecedentis per se non est bona consequentia ad contradictorium consequentis.

Hinc 1mo licet bonæ sint istæ consequentiæ ab antecedenti ad consequens Existit Creatura, ergo existit Deus. Est hoō: ergo est aāl: non itā sunt bonæ sequentes a contra-dictorio antecedentis ad contradictorium consequentis: non existit creatura, ergo non existit Deus. non est hoō; ergo non est aāl. Hinc 2do mala est consequentia a negatione termini inferioris ad ne-gationem superioris. Vox tamen advertendo, quod si termini sint convertibiles v.g. hoō est aāl rōāle tunc bona est consequentia ab antecedenti ad consequens, et a consequente ad antecedens, sicuti a contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis, et a contradictorio ipsius ad con-tradictorium illius ratione mutuæ conexionis inter terminos convertibiles.

26. Quartus. Ex vero legitime seu metaphysice non sequitur falsum; sed ex falso sequitur falsum, et verum. Ratio 1mæ partis. Deficiente termino metaphysicæ conexionis neces-sario deficit fundum. ergo deficiente veritate consequentis (quod supponitur falsum) necessario deficit veritas antecedentis, ergo consequens falsum necessario infertur ex antecedente falso. ergo ex vero metaphysice non sequitur falsum; sed verum duntaxat. Ratio 2dæ partis. Ex hoc antece-denti falso lapis est aāl metaphysice sequitur utrumque hoc consequens: ergo lapis est vivens: ergo lapis est corpus ob necessariam conexionem aālis cum vivente, et cum corpore, sed 1mū conse-quens est falsum, et 2dum est verum; ergo ex falso sequitur falsum, et verum.

27. Quintus. Ex necessario solum sequitur necessarium. sed hoc sequi-tur ex contingenti et impossibili. Ratio 1mæ partis. Ex vero legitime non sequitur falsum, sed ve-rum duntaxat; sed necessarium est semper verum, impossibile semper falsum, et contingens est

solitem aliquod falsum ergo ex necessario nec sequitur impossibile, nec contingens sed solum necessarium. Ratio 2dæ partis: Juxta canonem præcedentem ex falso sequitur verum; sed contingens est aliquod impossibile, et semper falsum, et necessarium semper verum, ergo ex contingenti, et impossibili sequitur, et sequi potest necessarium, ut ostendunt hæc duo exempla: Omnis lapis est animal; sed omnis homo est lapis; ergo omnis homo est animal. Omnis homo movetur; sed aliquod currens est homo; ergo aliquod currens movetur. In primo enim ex præmissis impossibilibus sequitur bisforme conclusio necessaria sicut in 2do ex præmissis contingentibus.

28. Sextus. Ex contingenti sequi potest contingens, et necessarium, sed non impossibile. Vbi moneo, per ly ex contingenti significari et intelligi debere antecedens in syllogismo conflatum ex utraque præmissa tamquam unica propositione copulativa; ergo cum ad contingentiam copulativæ requiratur quod simplices copulativæ sint per se possibiles, et inter se compossibiles, requiruntur etiam ad contingentiam antecedentis in syllogismo, quod præmissæ sint inter se possibiles, et compossibiles; aliquod enim accidit, ut præmissæ seorsim sint contingentes, et simul sumptæ impossibiles, ut patet hanc dis: siendum[?] logicus studet vel non studet, quæ simul sunt impossibiles, et seorsim contingentes. Nunc sit ratio canonis. Antecedens contingens est aliquod verum, sed ex vero sequi potest contingens, et necessarium, sed non impossibile, ut patet ex supra dictis; ergo ex contingenti sequi potest contingens, et necessarium sed non impossibile.

29. Vltimus. A comparativo ad positivum in eodem subiecto bona est consequentia (v.g: Opinio A est magis, aut minus probabilis, magis aut minus tuta, ergo opinio A est probabilis, tuta: Homo est sanctior; ergo sanctus etc.) sed a comparativo, vel positivo ad positivum in diversis oppositis subiectis consequentia per se, et simpliciter non est bona (v.g: opinio A est probabilior, tutior, probabilis, tuta; ergo contradictoria opinio B est probabilis tuta) Ratio primæ partis est, quia augmentum, et decrementum formæ in eodem subiecto expressum termino comparativo supponit formam in subiecto prius positive existentem, ergo augmentum, et decrementum formæ in eodem subiecto, termino comparativo significatum connectitur cum positiva existentia formæ; ergo a comparativo ad positivum etc. consequentia est bona.

30. Ratio 2dæ partis est: Augmentum, et decrementum formæ in diversis oppositis subiectis nomine comparativo significatum, semper per se, et simpliciter non supponit formam in illis prius positive existentem: Fieri enim potest, quod una pars sit probabilis, probabilior tuta, tutior etc., quin talis sint opposita contradictoria, quia possunt illi favere absque repugnantia.

certo graves, solidasque rationes, quin similes faveant opposito contradictorie; ergo solida, vel maior illius probabilitas non conectitur cum probabilitate, et necessitate oppositi contradictorie; ergo a comparativo, vel positivo ad positivum in diversis oppositis subiectis per se simpliciter consequentia non est bona.

Dixi per se simpliciter, ut praescinderem ab aliis vocibus, et circumstantiis, quae adiunctae antecedenti propositioni persuadere possent oppositi extremi probabilitatem, quo casu in casu bona esset consequentia ob additas voces, aut circumstantias, v.g.: opinio A est probabilior, sed tamen est grave momentum etiam pro contradictoria B; ergo contradictoria B est probabilis. Nec obest terminus probabilior, quia comparativa usurpari possunt, et de facto usurpantur a latinis aureae aetatis scriptoribus relate ad diversa subiecta cum exclusione positivi.

Hic autem advorto multiplicari posse canones generales argumentationis si attente meditentur dicta de terminis pertinentibus sequela, et repugnantia, de terminis oppositis iam relative, iam contrarie, iam privative, iam contradictorie. De conversione, aequivalentia, conexione oppositione propositionum, dicta de regulis definitionis, divisionis, contradictionis etc: a quibus brevitatis causa supersedeo examinaturus principia et canones perfecti raciocinii. Unde sit

# Paragraphus Secundus
## Principia Perfecti Raciocinii
## De Medio Comuni

31. Non agimus hic de mediis intrinsecis, idest partibus syllogismum componentibus, quales sunt termini et propositiones, sed de principiis extrinsecis, nempe veritatibus, seu axiomatis, quorum evidenti veritati innixa est tota vis syllogismi.

Huiusmodi autem extrinseca principia perfecti raciocinii de medio termino comuni sunt quinque, duo logica, nempe dictum de omni, dictum de nullo, et tria metaphysica, idest quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se; quae repugnant uni tertio, repugnant inter se; implicat idem simul esse, et non esse. Principia proxima syllogismi affirmativi sunt dictum de omni, quae sunt eadem uni tertio; sicuti negativi sunt dictum de nullo, quae repugnant uni tertio etc. Principium autem remotum, et ultimum utriusque est principium contradictionis implicat idem simul esse, et non esse ut pro nunc positio ex critica ponderatione axiomatum allata prima parte disputationis primae Prodromi.

32. Iam vero primum dictum de omni reddit sensum positivo veri

affirmatur de subiecto universali distributivé supposito, veré etiam affirmatur de quovis con-tento sub illo; 2dum autem, quæ sunt eadem uni 3tio sunt eadem inter se, reddit sensum extrema, quæ cum eodem medio termino identificantur in præmissis, identificantur etiam inter se in conclusione. En itaq syllogismum utrig proximé nexum: Omne aal est substantia, sed omnis hoo est aal, ergo omnis hoo est substantia; qui legitimé concludit spectato pmo, quia quidquid veré affirmatur de subiecto universali distributivé supposito, veré etiam affirmatur de quovis con-tento sub illo, sed attributum substantia veré affirmatur de subiecto universali distributivé supposito omne aal, ergo attributum substantia veré etiam affirmatur de quovis homine con-tento sub aali.

Item legitimé concludit attento 2do, quia extrema, quæ cum eodem medio termino identificantur in præmissis, identificantur etiam inter se in conclusione; sed ex-trema substantia et hoo identificantur in præmissis dicti syllogismi cum eodem medio termino aal, ergo identificantur inter se in conclusione.

33. Secundum vero dictum de nullo sensum reddit quidquid veré nega-tur de subiecto universali distributo, veré negatur etiam de quovis incluso sub illo. 4tum vero quæ repugnant uni 3tio, repugnant inter se, sensum reddit: extrema, quorum unum distinguitur a distributo medio termino cum quo aliud identificatur in præmissis, distinguuntur inter se in conclusione. En itaq syllogismum utrig proximé nexum: Nullum peccatum est honestum; sed omne mendacium est peccatum, ergo nullum mendacium honestum, qui con-cludit attento pmo, quia quidquid veré negatur de subiecto universali distributo, veré etiam negatur de quovis incluso sub illo, sed extremum honestum veré negatur de subiecto universali distributo nullum peccatum; ergo veré etiam negatur de omni mendacio incluso sub peccato.

Item concludit attento 2do, quia extrema, quorum unum distingui-tur a distributo medio termino, cum quo aliud identificatur in præmissis, inter se distinguuntur in conclusione, sed maius extremum honestum distinguitur in maiori a distributo medio termino peccatum, cum quo in minori identificatur aliud extremum mendacium; ergo maius extre-mum honestum et minus extremum mendacium inter se distinguuntur in conclusione.

Dixi principium contradictionis esse principium remotum et ultimum syllogismi perfecti, quia veritas quatuor istorum axiomatum, adeoq tota vis syllogistica nititur

tandem in veritate principii contradictionis, et postulo pro nunc

## Paragraphus Tertius

## Canones Comunes Figuris Omnibus Perfecti Raciocinii De Medio Comuni.

34. Huiusmodi canones sunt sex memoriae gratia his versibus inclusi

Terminus esto triplex, medium conclusio vitet

Hunc e premissis altera distribuat

Latius et nulla sumat conclusio voce

Quam premissa aliquo, sumpserit ante loco

Si premissa simul fuit utraq particularis

Aut utramq negans nulla sequela venit

Particulare premit, sequitur conclusio talis

Ponitur ante negans, clausula talis erit.

Primus itaq canon est terminus esto triplex, idest soli tres termini e debent in perfecto sylogismo, quia in hoc sunt tres sole propositiones, quarum ultima, si est affirmativa, affirmat identitatem extremorum inter se post affirmatam eorum identitatem cum medio termino in premissis; si vero est negativa, enunciat extremorum distinctionem inter se, postquam una premissarum enunciant unum extremum distingui a medio termino, cum quo identificari aliud affirmavit alia, ergo cum in conclusione sint sola extrema, et in premissis medius terminus, maior et minor extremum in sylogismo sunt tres soli termini. Hinc oritur, quod supositio, et significatio terminorum nunquam est mutari, quia ea variata multiplicantur termini, et sylogismus degenerat in sophisma.

35. Secundus est medium conclusio vitet, idest medius terminus non debet ingredi conclusionem, quia conclusionem ingredi debet solum, quod probandum assumitur, idest identitas et convenientia, aut distinctio, et disconvenientia extremorum inter se; sed medius terminus non est quod assumitur probandum, sed ratio inventa ad probandum assumptum; ergo medius terminus non debet ingredi conclusionem.

Tertius. Hunc ex premissis altera distribuat, idest in una premissarum medius terminus distributive suponi debet, quia hoc exigunt duo illa principia dictum de omni, dictum de nullo, distribuitur autem, quod est subiectum propositionis uni-

versalis distributivae, aut praedicatum negativae etiam particularis.

36. **Q**uartus talis est nullam semel conclusio vocem, idest conclusio non debet distribuere terminum non distributum in praemissis, quia conclusio continetur in praemissis ut pars in toto, vel ut effectus in causa; sed ista conclusio distribuit terminum in praemissis non distributum, ea non continetur in praemissis ut pars in toto, vel ut effectus in causa. Terminus enim distributus latius patet indistributo; ergo vera non est conclusio; ergo conclusio non debet distribuere terminum in praemissis indistributum.

**H**inc non concludunt duo sequentes paralogismi: Quaelibet arbor est substantia, sed nullus homo est arbor; ergo nullus homo est substantia. Et: ego sum hic non est; sed ego sum homo; ergo hic non est homo; quia conclusio primi distribuit terminum substantia et conclusio 2di terminum homo, quorum neuter distribuitur in suis respectivis praemissis. Praeterea primus syllogismus non nititur principio dictum de nullo, et peccat contra regulam specialem primae figurae: sit minor affirmans.

37. **Q**uintus. Si praemissa semel fuit utraque particularis, aut utraque negans, nulla sequela venit. Idest ex puris praemissis particularibus, et ex puris negativis nulla sequitur conclusio, non ex pure particularibus, quia contra canonem 3tium non distribuitur medius terminus si ambae sint affirmativae; si vero una fuerit negativa, ut in hoc syllogismo: Aliquis homo est animal, sed aliquis leo non est homo; ergo aliquis leo non est omne animal (quem legitimum putat Recentior tum quia distribuit medium terminum, tum quia in conclusione post negatam copulam immediate anteponit signum universale affirmativum omne) si, inquam una fuerit negativa conclusio negativa contra canonem 4tum distribuit praedicatum in praemissis non distributum; sed ex praemissis non distribuentibus medium terminum, aut extremum, quod postea distribuit conclusio, nulla sequitur consequentia; ergo ex praemissis puris etc. nulla etc.

**S**ed nec ex pure negativis, quia conclusio affirmativa supponit in praemissis identitatem extremorum cum medio termino, et conclusio negativa supponit identitatem unius extremi cum eodem. Sed neutrum habetur in praemissis pure negativis. ergo ex praemissis pure negativis nulla sequitur conclusio. Hinc videndus paralogismus: Nullus Martyr Christianorum fuit religione Judaeus; sed nullus Judaeus est Christianus; ergo nullus Martyr Christianorum fuit Religione Christianus.

38. **U**ltimus. Particularem partem sequitur conclusio talis. Ponitur ante

negans, clausula talis erit videlicet conclusio sequitur debiliorem partem sub debitis limitationibus ad quod capiendum moneo, conclusionem iam summi materialiter seu specificative, iam formaliter, seu reduplicative. Materialiter sumpta est ipsa conclusio considerata solum secundum se, et suum meritum intrinsecum praescindendo a praemissis. Formaliter sumpta est ipsa conclusio, ut inclusa et deducta a praemissis, praescindendo ab intrinseco merito obiectivo, quod illa habet de se. Conclusio vero materialiter sumpta non sequitur debiliorem partem, ut patet ex hoc syllogismo: Quod asserunt viri sapientes est tale, sed viri sapientes asserunt verum esse axioma totum est maius parte: ergo verum est axioma totum est maius parte: quia haec conclusio secundum se est metaphysice certo vera; praemissae autem ad summum sunt materialiter verae, unde conclusio certior est utraque praemissa; ergo non sequitur etc.

Solum itaque formaliter sumpta sequitur partem debiliorem, unde conclusio debet esse particularis si una praemissarum sit particularis, quia secus conclusio distribueret terminum non distributum in praemissis contra canonem 4tum. Item debet esse negativa, si negativa fuerit una praemissarum, quia secus conclusio opponeretur principio syllogismi negativi dictum de nullo, quae repugnant uni tertio etc: ergo formaliter, seu reduplicative sumpta conclusio sequitur etc.

Hinc conclusio quoad talis nequit esse verior alterutra praemissarum, quia quoad talis oritur ex simultanea veritate, evidentia, certitudine etc. praemissarum influentium in conclusionem formaliter talem titulo eius simultatis, quia praemissae sunt simul verae, certae, probabiles etc. aut falsae etc. ita ut vera sit etiam simultas veritatis, probabilitatis etc. illarum, nunc a communibus procedamus ad regulas speciales.

## Paragraphus Quartus
## Canones Omnis Figurae Proprii.

39\. Pro prima figura canon primus Maior debet esse universalis, quia si fuerit particularis in prima figura, non distribueretur medius terminus contra praedicta, non in maiori quia particularis propositio non distribuit subiectum, non in minori, quia ex regula sequenti debet esse affirmativa, quae non distribuit praedicatum; ergo si maior fuerit particularis non distribuetur medius: ergo maior debet esse universalis. 2dus. Minor debet esse affirmativa; quia si fuerit negativa conclusio erit negativa, et conclusio negativa distribuit maius extremum non distributum in praemissis contra praedicta. ergo minor debet esse affirmativa 2dus. tamen hic canon est pro modis solum directis primae figurae. Falsus enim est in indirectis Fapesmo Frisesomorum ex canonibus in

clusos hoc carmine: Sit minor affirmans, nec maior sit specialis.

40\. Pro 2da canones duo. Una negans praeeat, nec maior sit specialis. Ratio primi est, quia cum in 2da Figura medius terminus sit praedicatum utriusque praemissae, si una istarum non fuerit negativa non distribuetur medius terminus: ergo una praemissarum debet ee negativa. Ratio 2di est, quia si maior sit particularis non distribuet maius extremum, quod postea distribuet conclusio negativa, ergo maior non debet ee particularis.

Pro 3tia canones duo Sit minor affirmans conclusio particularis. Ratio primi est, quia si in 3tia Figura minor est negativa, maior debet ee affirmativa ex n.° 37, et conclusio negativa, sed si conclusio est negativa in 3tia Figura distribuet maius extremum non distributum in maiori affirmativa contra canonem 4tum; ergo minor debet ee affirmativa. Ratio 2di est, quia si conclusio est universalis affirmativa distribuet minus extremum non distributum in minori affirmativa; si vero est universalis negativa distribuet utrumque, dum utrumque distribui nequit in praemissis 3tiae Figurae, nisi ambae sint negativae; ergo conclusio debet ee particularis.

41\. Pro 4ta denique Galenica dicta tres canones assignat Recentior quorum primus est. Modo maior est affirmativa, minor sit semper universalis, quia secus non distribueretur medius terminus, qui in 4ta Figura est attributum maioris et subiectum minoris 2dus: Modo minor est affirmativa, conclusio sit particularis, quia secus conclusio distribuet unum extremum non distributum in praemissis 3tius. In modis negativis maior sit universalis, quia cum in modo negativo conclusio sit negativa, conclusio distribuet maius extremum indistributum in maiori particulari, ergo etc. Hactenus expendimus canones generales, quorum causa ratiocinium est legitimum ratione materiae, situs principia et canones communes et speciales cuiuslibet Figurae, quorum causa syllogismus medii termini communis ratione formae concludit; mox exigemus ad trutinam principia syllogismi expositorii, et compositi.

## Paragraphus Quintus
## Principia Syllogismi Expositorii
## Et Unicus Canon Compositi Copulativi.

42\. Syllogismus expositorius (ita dictus, quia sua claritate rem quasi sub oculis exponit) seu de medio termino singulari habet quinque principia metaphysica, tria remota n.° 31 relata, et duo proxima, quorum primum est basis expositorii affirmativi, nempe istud quidquid vere affirmatur de uno ex identificatis, vere etiam affirmatur de omni identificato cum illo. et 2dum negativi quidquid vere negatur de uno ex identificatis, vere etiam negatur de omni identificato cum illo

62. Ubi moneo quod si medius terminus syllogismi expositorii sit pluribus communis debet equivalenter distribui et suo modo reduci ad sua logica principia dictum de omni, dictum de nullo. Hinc non concludit hic paralogismus. Hec essentia est Pater, sed hic Filius est hec essentia, ergo hic Filius est Pater, licet concludat hic alius. Hic homo est doctus, sed Petrus est hic homo, ergo Petrus est doctus.

Disparitas est quia in secundo medius terminus hic homo est singularis, et proinde incommunicabilis pluribus, adeoque nec suo modo equivalenter distribui potest, et reduci ad prolocutum dictum de omni. Contra medius terminus hec essentia in primo syllogismo, licet unica, et singularis est tamen communis, et actu per identitatem communicata Filio, Tribus Personis realiter, personaliter distinctis; ergo ut concludat primus syllogismus maior hec essentia est Pater deberet esse equivalenter distributiva, et reddere sensum quidquid est hec essentia est Pater, sed hec maior ita equivalenter distributa est falsa, quia Filius et Spiritus Sanctus sunt hec essentia attamen realiter, personaliter distinguuntur ab Eterno Patre; ergo etc.

43. Iam vero ab expositorii principiis pergo ad unicum canonem syllogismi copulativi sed ante adverto, quod si copulativa sit affirmativa formari nequeat syllogismus, sed ex ea immediate infertur conclusio, ita quod si est affirmativa vera ex ea immediate infertur utraque pars. Verum si copulativa est negativa fieri potest syllogismus ratione materie concludens duce hoc canone tres partes continente.

Si maior est negativa (idest si neget complexum et simultatem partium) potest in syllogismo affirmari unum membrum in minori et aliud negari in conclusione (en exemplum) Concionator non simul loquitur et tacet; sed tacet, ergo non loquitur) potest secundo in syllogismo negari unum membrum in minori, et aliud affirmari in conclusione si membra medium non habeant et alterutrum convenire debeat subiecto (en exemplum Tabellarius non simul currit movetur et quiescit; sed nec movetur nec currit, ergo quiescit) si vero medium habeant, nequit unum negari in minori et aliud affirmari in conclusione, v.g. Imperator non simul stat et sedet, sed non stat, ergo sedet, potest enim iacere quin stet aut sedeat, unde mala est consequentia.

## Paragraphus Sextus
## Canones Syllogismi Disiunctivi.

44. Syllogismus disiunctivus, cuius maior est propositio disiunctiva, tres canones habet, quorum primus est. Si maior est disiunctiva affirmativa sensus exclusivi et membra sint ita opposita ut medium non habeant, ac unum debeat convenire subiecto, tunc materialiter bona est consequentia tam ab affirmatione unius in minori ad negationem alterius in conclusione, quam in negatione unius in minori ad alterius affirmationem in conclusione. v.g. Caesar est in gratia, vel in peccato; sed est in gratia,

ergo non est in peccato aut sed non est in gratia; ergo est in peccato qui legitime concludit, quia (ex ratione canonis) tam affirmatio membri perfecte oppositi in casu conectitur cum negatione alterius oppositi, quam negatio ipsius cum affirmatione illius; ergo in casu consequentia est materialiter bona etc.

45. **S**ecundus. Quando maior est disiunctiva vera affirmativa servus disiunctivi, hinc materialiter bona est consequentia a negatione unius membri in minori ad affirmationem alterius in conclusione, sed non ab affirmatione unius in minori ad negationem alterius in conclusione, v.g. Logicus meditatur, vel legit; sed non legit; ergo meditatur, non autem sic: sed legit; ergo non meditatur. Ratio syllogismi et canonis est, quia utraque pars disiunctivae verae affirmativae servus disiunctivi potest esse vera; ergo licet a negatione unius tamen in falsa sequatur veritas alterius a propositione exigita; ab affirmatione tamen unius, partis verae non sequitur falsitas alterius.

**T**ertius. Quando maior est disiunctiva negativa, hinc ab affirmato uno membro in minori bona est consequentia ad negationem alterius in conclusione; sed non est bona a negato uno membro in minori ad affirmationem alterius in conclusione, v.g.: Magister non percipit vel discipulus non studet, sed Magister percipit; ergo discipulus non studet; qui syllogismus concludit, non autem semel negata una parte in minori sic: sed Magister non percipit; ergo discipulus studet; quia licet disiunctiva ad sui veritatem exigat veram esse unam partem, tam nec requirit, nec excludit veritatem alterius; ergo licet in casu bona sit consequentia ab affirmato uno membro in minori ad negationem alterius in conclusione tamen non est bona a negato etc. Male itaque Recentior exigit semper ad consequentiam materialiter bonam syllogismi disiunctivi perfectam membrorum dispositionem.

46. **M**oneo tamen syllogismum disiunctivum esse negatorum, et falacem primo quando membra maioris disiunctivae sunt formaliter contradictoria, quia nec a negato uno membro in minori concludi potest affirmatio alterius, nec ab hoc affirmato in minori concludi potest alterius negatio. 2do quando extrema maioris sunt mutuo conexa et unum negatur in minori quia hinc minor destruit veritatem maioris, adeoque praemissae sunt inepte ad inferendam consequentiam. 3tio ex eadem ratione, quando maior disiunctiva est vera ob unicum membrum, et hoc negatur in minori, dummodo tamen negatio ipsius non sit intrinsece conexa cum affirmatione alterius, quia minor in casu non destruit veritatem maioris, quia si non verificatur per partem negatam in minori verificatur per affirmationem alterius in conclusione v.g.: vel Deus existit, vel Chimera; sed Deus non existit; ergo existit Chimera. Tandem ad regulas syllogismi condicionalis, cum super causali nil habeatur, notatur dicas.

# Paragraphus Septimus
## Canones Syllogismi Condicionalis

147. Super syllogismo condicionali duo canones traduntur. Primus. Syllogismus condicionalis vere concludit quando condictio (dicta etiam antecedens) vere conectitur cum condicionato quod appellatur etiam consequens. Ratio est, quia in casu ex praefixata et affirmata vel negata condicione in minori sequitur in conclusione affirmatio vel negatio condicionati, ab antecedenti enim ad consequens bona est contra ex n.º 23.

Secundus. Syllogismus condicionalis vere concludit quando contradictorium condicionati conectitur cum contradictorio condicionis, quia ex n.º 24 a contradictorio consequentis bona est consequentia ad contradictorium antecedentis; sed quando minor negat condicionatum et conclusio negat condicionem maioris, consequentia est a contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis, ergo est bona praesertim quando contradictorium condicionati seu consequentis conectitur cum contradictorio condicionis seu antecedentis: ut est bona consequentia istius: Si quis extra R. Ecclesiam salvatur non fallit Ecclesia; sed haec nos non fallit; ergo nemo salvatur extra R. Ecclesiam. Idem dico de syllogismo hypothetico cuius maior sit condicionalis inversa exposita in prima parte n.º 34. Hinc falax est syllogismus condicionalis, tum quando ex condicionato infert condicionem, tum quando ex negatione condicionis infert negationem condicionati ex numeris 23, et 24, nisi tamen condicio et condicionatum mutuo conectantur.

148. Dixi tamen in canone 2do quando contradictorium condicionati conectitur cum contradictorio condicionis primo, quia quando contradictorium condicionati conectitur cum ipsa condicione, v.g. si essent duo corpora, non essent in eodem loco; sed sunt in eodem loco (en contradictorium condicionati conexum cum condicione essent et non cum contradictorio condicionis non essent) sequitur istius condicio: ergo sunt, et non istius contradictorium: ergo non sunt.

Secundo, quia quando condicio propositionis hypotheticae est activa libertas et condicionatum est exercitium negativum eiusdem, v.g.: si esset libertas A non esset peccatum; sed est peccatum; ergo non est libertas A, cuius conclusio nulla est, quia peccatum affirmatum in minori (quod est contradictorium condicionati) vel determinatur a diversa vel ab eadem libertate B. Si primum praemissae sunt disparatae, et non ut oportet inter se conexae ad inferendam conclusionem, ergo consequentia nulla est; si 2dum minor destruit maiorem, ergo non habetur simultanea earum veritas ad inferendam conclusionem necessaria; ergo nulla est illata consequentia; Quod ut magis pateat

49. Adnoto primo, quod ut ex premissis syllogismi condicionalis recte inferatur conclusio, premisse ne dum debent habere simultatem premissarum, sed etiam simultatem veritatis (idem dico de premissis omnibus aptis inferre conclusionem), secus si una pugnat cum veritate alterius, inepte sunt inferre conclusionem ut accidit in hoc syllogismo. Si esset auxilium A esset scientia media futura de efficacia illius, sed hec scientia non est; ergo non est auxilium A cuius minor pugnat cum veritate maioris, ergo nulla consequentia.

Adnoto 2do quod ut ex premissis syllogismi condicionalis recte inferatur conclusio vere probabilis, premisse ne dum debent habere simultatem premissarum, sed etiam simultatem veritatis (idem dico de omnibus aliis premissis aptis inferre conclusionem vere probabilem) secus inepte sunt inferre conclusionem vere probabilem ut sunt iste. Si datur physica contravenza premotio non datur libertas arbitrii; sed datur physica contravenza premotio (ut sunt singulam iste inepte inferre hanc conclusionem tamen probabilem) ergo non datur libertas arbitrii, que consequentia non sequitur, adeoque syllogismus est sophista, quia licet premisse sint probabiles, ut primam doceant Patres Societatis, et 2dam Thomiste; non est tamen probabilis simultanea premissarum veritas necessaria ad inferendam conclusionem probabilem; hec enim sequitur ex simultate premissarum probabilium influentium in conclusione habitam simultatem.

Nunc locus esset agendi de reductione syllogismi imperfecti ad perfectum, tum directa, dicta etiam ostensiva, tum indirecta, vocata ad impossibile; sed cum huius reductionis nullus sequatur fructus, aut usus apud sapientes, ideo hac omissa, a regulis recti ratiocinii pergo ad fontes cavillationum, ne Dialecticis nostris desit aliquid necessarium ad dissipandos paralogismos quibus utitur falsitas nuditatem erubescens. Cum autem alie sint fallacie nate ex parte forme (de quibus diximus tradendo canones recti ratiocinii) et alie ex parte materie, de quibus dicendum superest. Item cum fallacie ex parte materie alie sint verbales dicte fallacie dictionis, et alie reales vocate fallacie extra dictionem ideo istas aperiam duplici sequenti paragrapho.

## Paragraphus Octavus
## Fallacie Dictionis

50. Fallacie dictionis, seu vocales, et potius grammatice ubique latentes in vocibus, sunt sex quarum prima est equivocatio, que est usus termini equivoci diversa significantis in eodem syllogismo, v.g. omnis canis latrat, sed sidus est canis, ergo sidus latrat: qui non concludit ob mutatam significationem et suppositionem medii termini canis, qui in ma: significat animal latrabile, et in mi: stellam.

Secunda est amphibologia, quae est aequivocatio totius orationis orta ex variatione casus, aut ex pluralitate sensus. En exemplum utriusque: Omnes Diaconi sunt Subdiaconi, sed isti Flores sunt Diaconi, ergo sunt Subdiaconi. Qui littus arat terram scindit; sed qui operam perdit littus arat; ergo qui operam perdit terram scindit, quorum neuter concludit non primus ob mutationem casus in medio termino Diaconi qui in maiori ponitur in casu recto plurali et in minori in obliquo singulari. Non 2dus ob variabilitatem suppositionem, et sensum medij termini littus arat quae in maiori proprie significat arare, et in minori significat etiam vel frustra laborare: et hinc quatuor termini.

§1. Tertia est Fallacia accentus, quae est mutatio significationis alicuius termini in praemissis ob mutatam aspirationem, genus etc. eiusdem termini v.g. Charitas est maxima virtus; sed miseria est caritas; ergo miseria est maxima virtus. Populus est arbor; sed Populus Romanus est Populus; ergo Populus Romanus est arbor; quorum neuter concludit, non primus ob mutatam aspirationem h in medio termino Charitas, sed neque 2dus ob variationem generis medij termini Populus.

§2. Quarta est Fallacia figurae dictionis, quae est transitus a re significata in uno praedicamento seu genere ad eam significandam in alio v.g. Quidquid emisti comedisti; sed aves cum plumis emisti; ergo aves cum plumis comedisti, ubi fit transitus a genere substantiae pro quo supponitur maior ad genus accidentis in conclusione, plumae enim sunt accidentia avium hinc quatuor termini.

Quinta est Fallacia compositionis, seu sensus compositi, quae fit quando in praemissis enunciatur aliquid de aliquo separatim ab alio et inde infertur in conclusione ut coniunctum cum alio. Qd Christus docet est verum; sed Christus docet caecos videre et surdos audire; ergo caeci vident et surdi audiunt. Christus enim docuit caecos et surdos solum post miraculose separatam videndi et audiendi potentiam videre et audire, non autem in sensu composito caecitatis et surditatis cui Oraculo sacro abutitur Sophista.

Sexta est Fallacia divisionis, seu sensus divisi, quae fit quando in praemissis enunciatur quod alicui convenit ut coniunctum cum alio et postea infertur eidem convenire ut divisum ab illo v.g. Maledici et avari non intrabunt in Regnum Caelorum; sed hic homo est Maledicus et avarus; ergo non intrabit in Regnum Caelorum; quia D. Paulus docet solum quod maledici et avari in sensu composito suorum criminum non intrabunt etc. non autem docet quod maledicis et avaris etiam contritis clausum sit Regnum Caelorum, ut loco D. Pauli abutitur sophista. Et hac Fallacia Filius [illegible] Patri Rustico probavit in patina esse quinque et non tria ova duntaxat sic: Ubi sunt tria ova, ibi sunt et duo; sed duo et tria sunt quinque; ergo tria ova sunt quinque.

# Paragraphus Nonus
## Falaciæ Extra Dictionem.

53. Falaciæ extra dictionem, seu reales, imo potius logicæ, sunt octo, quarum prima est Falacia accidentis, quæ fit, quando ab eo, quod alicui per accidens convenit, illi absolute convenire infertur, ac si esset attributum necessarium, et cum hac Falacia coincidit a non causa pro causa, in qua ob accidentalem circumstantiam infertur aliquid esse causam alicuius effectus, dum in vera non est, v.g.: unde quis fruit malum est, sed quis bibit inde fruit; ergo bibere malum est. Dum Christianissimus in orbe fuit calamitates Germanos oppresserunt ergo Christianissimus earum calamitatum causa fuit. Ridicula Falacia, qua contra nos catholicos cavillatur hæretica impietas, quæ nudari, et redargui meruit

54. Tertia est ignoratio elenchi quæ fit quando probatur res toto cælo diversa a re in controversiam posita, sæpius enim arguens probat Troiam a Græcis dirutam, cum defendens sustinet Carthaginem a Romanis eversam; et hæc putida Falacia oritur ab ignorantia status quæstionis. Quarta est petitio principii in quam incidit ineptus argutator, aut quando petit sibi concedi in præmissis, quod ex aliis debet inferri, aut cum supponens rem controversam assumit hanc vel eius synonimum pro medio termino, similiter in eandem cadit imbellis defensor, cum petit sibi concedi rem disputatam, aut cum hanc adducit pro fundamento thesis. Sic si disputetur an terra moveatur aut quiescat immota, et argutator motum terræ probaturus assumat pro ratione, et medio termino mutationem situs terræ, et defensor pro ratione quietis reddat rationem, quia non mutat situm, uterque petit principium.

55. Quinta est Falacia plurium interrogationum ad modum unius, quam facit argutator ad confundendum defendentem dum ab isto petit unicum præcise responsum, quo sic satisfieri non potest pluribus interrogationibus simul inflexis, v.g.: qui furari non desinit, furatur. Titius furari non desinit; ergo furatur: alia enim est quæstio an Titius unquam furatus sit, et si furatus est furari non desiverit; et alia, an ideo furari non desierit, quia nunquam cœpit. Huic autem geminæ interrogationi unico præcipito responso satisfieri non fit. Hæc Falacia teste Heinetio, frequens fit in disputatione Socratica, quæ interrogationibus instituitur.

Sexta est Falacia consequentis, quæ est mala consequentia unius ex alia. Fit hæc Falacia primo, quando ex termino superiori deducitur inferior affirmative, v.g.: est animal; ergo homo. 2do quando ex negatione antecedentis, seu termini inferioris infertur negatio consequentis, v.g.: non est homo; ergo non est animal. 3tio quando ab insufficienti singularium enumeratione infertur

conclusio universalis, v.g. Petrus est Logicus, Paulus est Logicus, ergo omnis hõ est Logicus. Hæc Falacia consequentis sæpissime occurrit in disputationibus.

56. Septima Fallacia est a dicto s(ecun)dũm quid ad simpliciter vel a dicto simpliciter ad s(ecun)dũm quid, quæ fit cũ ab argumentamur ab eo, qd est verum s(ecun)dũm aliquem modum, aut sensum particularem ad absolute simpliciter verum, vel ab isto ad illud v.g. Divina Præcepta solis naturæ viribus observari non possunt; ergo sunt observatu impossibilia, aut vicissim absolute possunt observari Præcepta Divina; ergo possunt observari puris naturæ viribus. Huc spectant paralogismi ab aliqdo ad semper, ab alicubi ad ubique a terminis diminutis ad non diminutos etc. - - - - Octava denique est transitus de genere ad genus, qui fit qdo utimur Mysterio supernaturali ad probandam veritatem naturalem aut ratione mathematica a statu ideali desumpta ad probandam physicam realitatem et hoc vitio peccant Sectatores Eminentissimo Ptolemæi, et Cartesio Physici qui rationibus mathematicis probant materiam ẽẽ finiti aut infinite divisam.

57 Et ecce fontes sophismatum, quæ solvuntur pmõ distinctione, quæ aperitur multiplex sensus, et denudatur cavillus latens in ambiguitate sermonis. 2do concessione præmissarum, negatione consequentiæ, et assignatione vitii, in quo peccat argumentum. 3tio retorsione qua simile sophisma in suum retorquetur auctorem qd si his veré masculis solutionibus non acquiescat pertinax sophista, hinc irrisione solvendus paralogismus, sed nunqũm iratum quia impedit ira animum ne possit cernere verum, item quia leporum et canum est ictu et dentibus pugnare. Quare commendo vobis formam et canones rectæ argumentationis, (quæ res plerumque quo fato non definio negligitur inter disputandum) quia neglecto forma, vitio ad materiam arcté vele respondere, est laterem lavare.

Hic autem ad incidendos Logicæ nostræ ortus sudo Lucis Sectari quædam carmina, quibus non minus aggreditur, qũm egregie describas textus Dialecticæ sub Melli nomine sermone 2do a versu 98 usque ad inclusive.

Quid Tullius? Quid caput istud
Plenum aurora, boreaque, Stolos qd vincerent ultro
Liceum
Cur tm̃ adcesat? qua odii scintilla, quid est qd
Tortilibus syllogismos magis anguibus horret
Semper, et arbusti comissa triangula quadris

Ostentant: (inde postquam dixit arduum non esse
Ducere lineas etc.)
At fugere incassas lunata fronte dilemma
Admotumque gulae et stringentem in barbara nodum
Solvere difficile est. Adde huc quod mystica sigla
Et magicas illas pueri, indoctique figuras
Non capiunt, laudantque tamen, maioraque credunt
Prodigia ardentes quam quam vomit ore favillas
Ludius.

Frustra laborant hic multi circa medii termini inventionem, circa quam melior omnibus regula est desumere medium terminum ab ipsa rei natura, vel a parte quidditativa, vel aliqua rei proprietate ut faciunt sapientes viri; ergo itaque malo omittere inventionem medii termini, eiusque loco tradere vobis obvios arguendi modos, et quasdam disputationis leges duplici sequenti Paragrapho.

## Paragraphus Decimus.

## Obvii Arguendi Modi.

58. Obviae usitataeque argumentationes tam in probandis quam impugnandis thesibus sunt directa, indirecta per distractionem, per retorsionem, ab absurdo, ab auctoritate, et a paritate. Argumentum directum habetur quando medius terminus directe immediate probat, ac impugnat sententiam, et non fundamentum ipsius. Si medius terminus est causa, aut sententia rei probandae, vel impugnandae, argumentum directum est a priori: si autem est proprietas, aut effectus eiusdem rei, argumentum directum est a posteriori: si denique est proprietas connexa cum proprietate probanda, vel huic impugnandae opposita, argumentum directum est a simultaneo.

59. Argumentum vero indirectum habetur quando medius terminus directe immediate impetit fundamentum adaequatum sententiae alicuius ostendendo hoc nullum esse, vel nihil probare. Argumentum hoc dictum etiam negativum est fatale defendenti si assignet fundamentum condicionis obnoxium instantiis: concipitur autem sic: Ideo est A, quia est B: sed non est B: ergo non est A: vel sumitur sic ex maiori: sed haec ratio nulla est, sed licet sit B, non est A; ergo etc. Dixi fundamentum adaequatum, quia secus defendens facile declinat robur argumenti

negativi, vel negando causalem, vel distinguendo sic: Ideo est A, quia est B, et simul quia etc: concedo. Ideo est A, quia praecise est B, nego causalem. Moneo tamen argumentum hoc bene institutum esse prae caeteris formandum, quia robustius omnibus.

60. Argumentum per distractionem habetur quando quis negat rem difficilis explicationis v.g. licet aliam aeque arduam concedat, et impugnatur ex eo praecise quod est explicatu difficilis, traducitur ad aliam aeque arduam quam concedit; vel quando quis admittit rem arduam, et solo arduitatis titulo impetitur, sed propugnator defendendo se ipsum ostendit adversario quod sententias similis arduitatis concedit. Si primum arguens distrahit defendentem, si 2dum, defendens distrahit arguentem ad contemplandum domi propriae, quod in aliena impugnat.

Argumentum per retorsionem dictum etiam ad hominem, et per instantiam, habetur quando defendens e manibus adversarii arma extorquet, eisdemque ictum iugulat, id est quando propriam adversarii rationem convertit contra ipsum, quo vincendi genere nullum validius aut gloriosius esse inquiunt Moderni. Verum retorsio in rigore non est instantia, quae habetur, quando exemplo aliquo convincitur rea falsitatis ratio adversarii: haec instantia utuntur Docti in argumento indirecto.

61 Argumentum ab absurdo habetur quando ostenditur adversario ex eius principiis legitime sequi intolerabile absurdum; hoc autem argumentum utile reputat eximius Suarez contra protervos ignaros, qui non capientes rationes directas regulariter deterrentur absurdis. Argumentum ab auctoritate habetur quando ex praemisso textu Sacrae Scripturae aut celebris Doctoris infertur aliqua conclusio. Si primum est argumentum ab auctoritate Divina: si 2dum est ab auctoritate humana. Ut tamen sit efficax hoc argumentum debet primo afferri locus integer, et non mutilatus. 2do debent examinari textus, contextus, loca parallela, circumstantiae et finis Auctoris, ut certa sit eius doctrina et sensus. 3tio ut Adversarius veneretur laudatum Doctorem, utputa Magistrum Nostrum Thomistarum Praeceptorem Angelicum. Hoc itaque argumento contra Philosophos liberos perditur oleum et opera nisi sit ab auctoritate Divina.

62 Argumentum denique a paritate est argumentum ab exemplo expositum n° 84 primae partis quod solvitur concedendo praemissas, et negando consequentiam, quia nunquam in forma concludit, quia nunquam distribuit medium terminum et assignando disparitatem ex diversa rerum inter se comparatarum natura, ex qua diversae oriuntur proprietates.

Quod si quis ulteriorem disparitatis rationem efflagitet amandari debet ad eam inquirendam in partibus Soncinum Libro. Ubi moneo Philosophos ementes navis

uti argumento paritatis ad explicandas rerum naturas potius, quam ad firmandam, aut infirmandam thesim aliquam: ad hoc enim munus parum faciunt argumentum a simplici paritate, nisi induat naturam instantiae, quo casu illud validissimum reputant quia evadit argumentum indirectum. In obvios arguendi modos, mox ad aliquas leges disputationis; reliquas enim tradam in fine Prodromi, ubi comparabimus disputationem Socraticam cum syllogisticam.

## Paragraphus Vltimus
## Quedam Legges Disputationis.

63. **P**rima. Omnis quaestio aliquid certum supponere et aliquid dubium quaerere debet. Ratio est, quia nisi aliquod certum supponatur ex natura rei, aut certum disputantium suppositione et consensu nihil firmum habebitur, quo tamquam principio uti possint disputatores ad explorandam rei datae veritatem aut falsitatem, ergo usque in infinitum absque fructu vagabitur disceptatio; ergo ne hoc accidat, sed fructuose disputetur omnis quaestio aliquid certum supponere debet et aliquid dubium quaerere. Hinc omnis schola initio statuit propria principia, veluti fonte quibus superstruere, et solvere possit quaestiones.

64. **S**ecunda. Omnis quaestio propriis principiis agi, et determinari debet. Ratio est, quia omnis quaestio agi et determinari debet principiis naturae rei controversae magis, aut simpliciter accommodatis, et congruentibus: sic quaestio physica physicis, et non abstractissimis mathesis, et metaphysicae principiis tractari debet, sicuti vicissim quaestio mathematica matheseos principiis, metaphysica metaphysicae principiis, directa directis et reflexis, reflexa definiri debet: quippe an non esset ridendus, qui theologiae principiis vellet determinare quaestionem mathematicam? aut qui vellet principiis matheseos determinare theologicam quaestionem v.g. de praedestinatione? ergo omnis quaestio propriis principiis agi, et determinari debet, ita enim unum certum supponet et aliud quaeret ex lege antecedenti. Hinc ipsa digna pronunciant, qui matheseos principia animose quidem, sed insipienter vendicant necessaria theologiae.

65. **T**ertia. In quaestione speculativa de facto onus probandi incumbit asserenti aliquid de novo in rerum natura. Ratio est, quia contingentia magis participant non esse quam de esse, ergo asserenti aliquid de novo in rerum natura incumbit onus probandi; negantis autem solum onus solvendi obiectiones.

**Q**uarta. In quaestione morali de licito, et illicito alicuius

actionis incumbit probandi onus asserenti illicitum, seu legem prohibentem aliquod opus. Ratio est, quia omnia iura clamant actori probandi onus incumbere, et non reo, qui est in legitima possessione propriae innocentiae, famae, fundi alicuius etc: donec probetur oppositum; melior enim est conditio possidentis; sed qui negat obligationem et sustinet permissionem suae actionis, se habet ut reus, qui vero asserit illicitum seu legem prohibentem actionem aliquam se habet ut actor seu accusator, ergo in quaestione morali de licito et illicito alicuius actionis incumbit onus probandi asserenti illicitum seu legem prohibentem aliquod opus.

66. **Q**uinta. Oppugnans debet aggredi defensorem iuxta eius sensum et mentem. Ratio est, quia nemo oppugnare vere potest in alio, nisi quod ipse defendit; nemo enim aliquid defendit contra proprium sensum et mentem, unde aggressori standum est suppositionibus, et postulatis praemissis a defensore ad propugnandam suam sententiam; secus finget hostem, quem debellet, et Andabatarum more verberabit aerem, adeoque honorem referet quem meretur ignorans elenchum; ergo oppugnans debet aggredi defensorem iuxta eius sensum, et mentem.

67. **S**exta. Nullus disputator supponere potest, quod est in quaestione. Ratio est, quia iuxta rectam rationem medius terminus quo aliquid probandum assumptus debet esse notior et certior re probanda quae est dubia, ut patet ex lege prima; sed res controversa probanda nequit esse notior et certior se ipsa, ut patet de se. ergo res controversa probanda nequit esse medius terminus ad probandam se ipsam; ergo nec defensor assumere potest pro medio termino rem controversam, aut ipsius synonimum ad probandam, nec arguens pro ratione potest assumere contradictorium ad impugnandam thesim; secus uterque supponeret rem disputatam, quam unus probare, et alter impugnare tenetur; ergo nullus disputator supponere potest, quod est in quaestione ne inepte petat principium.

**O**mnis itaque quaestio de facie simplex et una plerumque multiplex est, adeoque varias simul implexas habet; quapropter analytico artificio debent enodari; ne occultus fugiat subtilissimum filum

disputationis, sicq; cadamus in vitium nimis comune, quo non paucæ quæstiones laborant, quæ si ingenuè ut oportet, proponerentur, vel in fumum abirent, ut potè quæstiones de sola voce vel non haberent adversarios.

68. Nunc ecce tandem completum humanæ mentis magisterium, seu artem rectè cogitandi, vel Dialecticam, a Divo Augustino definitam peritiam disputandi, quam nunquam satis comendo vobis Auditores Dilectissimi, quam sepimentum veritatis vocat Sanctus Clemens Alexandrinus Stromatum libro sexto, quam dogmatum propugnaculum dicit Sanctus Basilius in caput primum Isaiæ scribens: Facultas Dialectica muri instar est dogmatibus, ut ea non sinit facile diripi, et quorumlibet incursioni patere; quare usi sunt Sancti Patres ad dissipanda Hæreticorum mendacia, et sophismata non minus, quam propugnanda dogmata Fidei.

Obmutescant itaq; ac erubescant criminari Dialecticam Moderni quidam viri Osores (in alternamentaris, et ultramarinis præceptis potius versati quam in Romana Doctrina ab omni errore; et erroris fonte defecata, qui propterea renovant fabulam leporum serio suadentium oves, ut a se arcerent molestum et non necessarium molossorum contubernium, aut illam vulpis spernentis ut acerbas uvas, quas nancisci non poterat) Quem loquitur Magnus Augustinus libro primo capite 14 contra Cresconium Hereticum Donatistam. Jam cave aliquam Dialecticam pro crimine obiiceres, quâ usos Apostolos constiteris. Est enim disciplina quæ docet scire vel quasi sermonum, et dissolutionis argumentorum, Sapientia vocatio.

69 Hucusq; dicta de Dialectica, et regulatis syllogismis abunde sufficiant mentibus sanis; curandis tamen aliis prævenlione, aut præcipitantia viciatis C.C. Wolphius Tomo 2do elementorum Matheseos universæ in brevi comentatione de metodo matematica subdit: Non ignotum est clavium demonstrationem propositionis primæ elementi primi Euclidis in syllogismos re=

scripsisse. Imo Herlinum, atque Dasypodium sex priora elementa Euclidis, et Henischium integram Arithmeticam per syllogismos in forma exhibitos demonstrasse (his autem praemittit) genuinam demonstrationem quae convictionem plenariam pariat, fieri non posse, nisi cogitationes nostrae iuxta regulas syllogisticas dirigantur: (et paulo ante) sunt demonstrationes Mathematicorum congeries quaedam enthymematum, ita ut omnia ex syllogismorum concludantur, omissis saltem praemissis, quae vel sponte meditanti occurrunt, vel per citationes in memoriam revocantur. Perfecta autem ut sit demonstratio, praemissae syllogismorum novis syllogismis tandem probandae sunt donec perveniatur ad syllogismum, in quo praemissae sunt vel definitiones, ...... vel propositiones aliae identicae.

Item paulo infra: Non ignoro esse .... qui sibi persuadent, demonstrationum mathematicarum formam a legibus syllogismorum haberi, multo minus .... concedere illos vim omnem ad convincendum unice habere sed nec me latet contrarium videri Viris non modo praeclara ingenii vi pollentibus, sed etiam attentione magis severa utentibus, quorum auctoritas me permovit ut eam in rem penitius inquirerem, ut si praeiudicium ex praecipitantia in iudicando ortum cognoscerem. Fatetur certe Leibnitius (acta eruditorum 1684) vir in Mathesi, et omni eruditione reliqua summus, firmam esse demonstrationem, quae praescriptam a Logica formam servat.

Similiter Joannes W. Mathematicus Professor (operum mathematicorum volumine 3tio folio 108) id quod in Mathesi proponitur probandum syllogismi unius pluriumve ope educi. Imo Ingeniosissimus etiam Hugenius acta eruditorum 1711 observavit paralogismos in Mathesi saepius vitia formae existere: (inde paucis interiectis forte praeiudiciis vulgaris aperit sic prosequens) quamdiu scilicet in Mathesi versamur, figuris et characteribus in ratiocinando iuvamur, ex quarum inspectione non minus, quam ex aliarum proprio

„ sectionum citatione multae praemissae syllogismorum supplentur, ad quod si
„ non satis attendatur, quam sancte in demonstrationibus mathematicis
„ leges syllogismorum custodiantur non apparet. Hactenus Vir Magnus
„ in Mathesi, nec minor in Metaphysica.

Verum mentes praedictae, quibus mederi ratione et auctoritate conatur W. non sunt mentes copilariorum, et insipientium hominum, ut patet de se; sunt ergo mentes hominum sapientum, et Doctorum: sed isti vel sunt dociles, vel obstinati? Si primum: cum possint curare se ipsos, non possunt non repetere famosum illud medici: Cura te ipsum. Si autem secundum: cum nec a se, nec ab alio curari velint, nequeo non arguere illos celebri Italorum dicto. Chi è causa del suo mal, pianga se stesso.

# PRÆLECTIONES.
# LOGICES.

R. D. D.

VALENTINI PERUZZI

PHILOSOPHIÆ PROFESSORIS

Et in Seminario Utinensi Lectoris Actualis Scribebat.

DOMINICUS PASCOLI

UTINENSIS

In Eodem Seminario Convictor

UTINI ANNO DOMINI.

MDCCLII.

37

# PRODROMUS AD PHILOSOPHIAM.

Prodromus (ab aliis appellatus Logica reflexa, ab aliis disputationes proemiales, ab aliis prolegomena Philosophiae, denique ab aliis Logico-Metaphysica) Dialecticae praemitti debuisse, sed ne vos disputationibus implicarem, ante quam vobis ratio disputandi pateret, illum huc transtuli, in eo examinaturus quae sunt gravis momenti et quidem recta methodo si tam varia et disparata poterunt ordinate disponi. Exponenda autem sunt natura, et origo idearum, apprehensiones praecisivae, iudicium, discursus cum suis controversiis reflexis, scientia, nec non media comparandae scientiae, ac Philosophiae proprietates, et fines.

## Dissertatio Prima
## De Ideis Seu Apprehensionibus Praecisivis.

Cum intellectus apprehendens adunata dividat, et divisa adunet, hinc Philosophi acriter non minus quam utiliter disputant de modo praecisivo intellectus apprehendentis. Modus autem praecisivus apprehensionis duplex est. Unus, quo apprehensiones ita feruntur in eandem indivisibilem rem, ut illam quasi dividant in partes. Alter vero, quo apprehensiones ita feruntur in multa realiter distincta, ut ea repraesentent ad modum unius.

Primae apprehensiones eandem rem a se ipsa distinguunt illam repraesentando ad modum plurium, et ideo dicuntur distinctio rationis; idem vero plura realiter distincta identificant ita repraesentando ad modum unius, unde vocantur identitas rationis, seu unitas formalis. Singillatim itaque agam de his apprehensionibus praecisivis, et primo de illis quae eandem rem a se ipsa distinguunt. Unde sit huius dissertationis.

# Pars Prima
# De Apprehensionibus Praecisivis Eandem Rem a Se Ipsa Distinguentibus, Et Repraesentantibus ad Modum Unius.

## Caput Primum
## Apparatus.

Apparatus iste multa continebit, primo enim breviter dicam de natura, origine, et proprietatibus idearum, et divisione; 2do expendam naturam identitatis, ac distinctionis, et utriusque divisionem. 3tio statum controversiae exponam.

### Sectio Prima
### De Natura Origine, Et Proprietatibus Idearum.

1. Graecum vocabulum idea idem significat, ac voces latinae, imago, species, simulacrum, unde Philosophi vocant ideam, quidquid est praesens menti cogitanti, quod est imago quaedam rei cognitae, mens enim nostra res extra se positas intelligere non potest absque certis earum imaginibus. Quidve nec mens intentionaliter uniri potest cum dictis rebus exeundo de corpore, nec res ipsae menti possunt uniri ingrediendo mentem ipsam, unde necesse est mentem nostram percipere res omnes externas per ideam quibus uniter verba illud Aristotelis. Intellectus, et res intellecta idem sunt, et est sane unum unione mentali habita per idearum. Quare sit

#### Paragraphus Primus
#### De Natura, et Origine Idearum.

2. Super natura idearum disputant Philosophi an ideae sint ipsae perceptiones an vero sint immagines quaedam ab ipsis perceptionibus realiter distinctae. Super hac lite respondet primo Hobbesius, ideas, et perceptiones unum, et idem esse, perceptiones vero esse motus organorum corporis ac cerebri, quo tendit Lockii doctrina attente perpensa. Respondet 2do Arnaldus ideas, et perceptiones idem esse, sed perceptiones esse actiones solius mentis. Respondet 3tio Christianus W. cum Scholasticis distinguendas esse ideas materiales ab ideis intellectualibus, et illas esse impressiones organorum sensus ac cerebri; istas vero esse apprehensiones, quibus ideae materiales repraesentantur intellectui. Postea addit ideis materialibus respondere intellectuales, et vicissim. Uti bene advertit, Scholasticos ideas materiales vocare species impressas, intellectuales vero species expressas.

3.

3 Verum ambae priores sententiae sunt falsae. Prima quidem, quae supponit animam rationalem esse substantiam corpoream, eiusque spiritualitatem evertit. Secunda etiam, quia si ideae et perceptiones sunt idem, vel utrae sint, vel neutrae sint actiones solius mentis; sed utrumque est falsum; ergo falsum est, quod ideae et perceptiones sint idem. Praeterea si perceptiones sunt ideae, vel ambae erunt materiales, vel non? si primum, ergo etiam anima erit materialis, quod pro nunc postulo falsum. Si secundum, ergo non sunt idem, quia quidquid vere dicitur de uno ex identificatis, vere dicitur etiam de alio. Denique si animae nostrae perceptiones sunt ideae, vel anima, quae est suarum perceptionum causa, ideas omnes sui cudit rerum ignotarum, quod est absurdum, quia ignotae rei fieri nequit imago; vel omnes ideas a causis externis productas recipit; ergo in omnibus suis perceptionibus mere passive se habent, quod est falsum, quia falsum est systema causarum occasionalium.

Quare vero simus iudicari debeat sententia Scholasticorum, et W. ponentium praeter in corpore ideas materiales, seu obiectivas, et adventitias vocatas, sequi autem in mente perceptiones intellectuales, dictas ideas formales, vel utrasque sibi convenientes esse, ut intima docemur experientia, vel saltem res haec reponi debet inter ignota.

4. Item disputant super origine idearum; sed alii docent ideas innatas humanae menti; et isti inter se dissentiunt, quinam enim putant omnes ideas universales et spirituales saltem esse innatas, quidam vero opinantur innatas esse tantum notiones primorum principiorum. Ita Platonici et Cartesiani. Alii mentem humanam dicunt tali vi donatam, ut datis sensuum et cerebri motionibus, ipsa sibi ideas producat. Ita Arnaldus, et W. licet diversa via et ratione discurrant. Alii opinantur Deum ex occasione motionum corporis in mente producere ideas rerum, quas percipere debet. Ita Cartesius cum multis discipulis. Alii autumant mentem nostram Deo uniri, et in Deo omnia videre. Ita Malebranchius. Alii denique censent ideas a sensibus et meditatione super ideis adventitiis sensuum oriri, quorum est dictum illud: Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu.

Sed isti etiam inter se dissentiunt. Lucretius enim putat, ex rebus corporeis avolare, et per sensus ingredi earum imagines. Scholastici autem volunt ideas materiales, seu species impressas ab obiectis externis oriri, et inde ab intellectu agente spiritualizari, et exhiberi intellectui passivo, sicque fieri species expressas. Lockius ipsas motiones sensuum, et cerebri esse perceptiones, et ideas. Tandem Recentiores vere iudicant, quia licet doceant omnes ideas a sensu, et meditatione provenire, ingenue tamen fatentur se nescire modum, quo id fiat.

5\. Nunc contra primam sententiam quaero, an nomine idearum innatarum significent impressiones in cerebro factas, vel imagines in animae substantia insculptas in ejus creatione, vel inclinationes, et leges naturae, quibus anima naturaliter impellatur ad certa objecta, aut nescio quas imagines a Deo in anima connexas, quae istam excitent ad quandam rerum perceptionem? Si primum, ergo ideae innatae mutantur cum cerebri structura, quae varia est in pueritia, infantia, virilitate, et senectute, ut certum est. Si 2dum, ergo sunt animae perceptiones, ergo omnes possibiles animae perceptiones fuerunt in anima ab initio suae existentiae, et quis dicat, si serio reflectat, infantes vix ulli simplici perceptione? Si 3tium, inclinationes ad bonum, et verum, et aversiones a malo, et falso, vocari nequeunt ideae, quia sunt naturae vires, quibus Deus gubernat creaturas rationales, et non sunt rerum imagines? Si denique ultimum: qui sic philosophantur, dicant ignota.

6\. Item contra 2dam est. Mens nequit sibi primas, et simplices ideas producere, ut Pictor nequit ignotae rei picturam efficere, seu rerum penitus ignotarum sibi cuderet imagines, ergo licet concedatur mentem sibi cudere posse notiones compositas unione plurium idearum simplicium facta per meditationis, aut discursus super ideis primis, quas habet aliunde, concedi non potest eam sibi producere primas ideas simplices. Hinc mirum est, Wolfium nimis confidenter propagasse harmoniam praestabilitam Leibnitii in eo positam ut mens natura sua legibus continuata serie sibi producat omnes perceptiones, quae ita respondeant ideis materialibus cerebri, et sensuum, ut antecedens perceptio sit ratio sufficiens posterioris; nam in gratiam qualitatis occultae primo subdit mentem quidam fato non dissimili spinozistico 2do mentem facit causam imaginum rerum penitus ignotarum.

7\. Contra 3tiam est, quia qui docent in nobis Deum ideas condere, docere debent etiam Deum in nobis producere ideas earum rerum, quibus movemur contra legem Dei, adeoque Deum aliud velle ut legislatorem, et aliud ut naturae motorem: quae non sana esse non sanus ignoret. Praeterquamquod cum haec sententia neget activitatem humani intellectus supponit systema falsum causarum occasionalium ut postulo nunc. Praeterea cur Deus in nobis non excitat ideas rerum, quas scire vehementer optamus? Cur e contra excitat alias ideas aliarum quas nolemus? an Deus excitando ideas in nobis proprias intellectiones animae nostrae communicat? an creet animae perceptiones? an solum adjuvat mentem ad cogitandum? sed qua ratione? omnia incerta; ergo Deus non producit an

8\. Contra 4tam est primo, quia supponit falsum systema causarum occasionalium. 2do opponitur communi sententiae Theologorum. 3tio pro fundo habet unicum Moravorum fanaticorum. 4to data unione essentiali mentis humanae cum Deo cum alii quidam intelligant, et alii

non? cur quidam habent hanc, et alii diversam ideam ejusdem rei? cur quidam nihil, et alii plurimum valent memoria? paucis: cur tanta est mentium humanarum discrepantia in cogitando si sunt omnes cum Deo eque uniti? an dicent quia Deus sequitur leges naturæ et motionum cerebri? sed hæc immediate pendent a solo Deo in hac sententia. Denique, qui Malebranchius docet, sensus nos decipere si sensibus nihil discimus, sed omnia in Deo videmus; ergo mens humana Deo non est essentialiter unita nec omnia videt in Deo. Hinc teste Recentiore mirantur Galli quod in Deo omnia videat Malebranchius, et se non videat solemnia insanientem, quod Gallice dicitur elleganter. Lui, qui voit en Dieu, n'y voit pas qu'il est Fou.

9. Contra secundam est: si idola e corporum superficiebus continuo avolarent, inter se miscerentur, se mutuo corrumperent, et necessario simul confunderentur, quia deberent alia per alia transversim pertransire, hoc non; ergo etc. Praeterea datis hisce materialibus idolis, quomodo a nobis perciperentur? an perceptiones essent motiones cerebri a dictis idolis excitatæ? sed motiones istæ quomodo repræsentant dicta idola? an dicent hujus sententiæ Patroni perceptiones nostras esse actiones distinctas a motionibus cerebri; sed adhuc quæro qua ratione percipiantur a nobis? an dicent spiritualizari ab intellectu agente? sed hoc est ignotum explicare velle per ignotius; ergo ideæ non sunt idola avolantia etc.

10. Denique contra ultimam est primo, quia dicere motiones sensuum, et cerebri esse simul ideas, et perceptiones, est favere, seu inclinare in materialismum Hobbesii. 2do. si ita est, vel motiones istæ sunt similes rebus quas exhibent, vel nos nihil certo cognoscimus. Primum est falsum, quia cerebri motiones nullo modo exhibent colores, figuras, et alia, quibus non sunt similes. Dicere autem 2dum est abuti aliorum patientia; ergo motiones sensuum, et cerebri non sunt ideæ simul, et perceptiones. Ingenua itaque confessione concludamus, nos ignorare modum, quo res positas extra nos cognoscimus, et nescire quidditatem idearum, nostrarumque perceptionum.

11. Ne tamen hæc ingenua confessio noceat inquisitioni veritatis, supponemus, aut postulabimus ut canonem, et sic forte non sit omnes ideas nostras oriri partim a sensatione, et partim a meditatione, et hinc eruemus sequentes canones. Primus est: Pro viribus multiplicanda sunt sensuum experimenta. 2dus: Pro viribus versando cum Mundo rerum et hominum. 3tius: Pro viribus augenda sunt mentis acumen, et ratiocinandi facultas. 4tus: Fabula est non posse scientias comparari absque ideis innatis, et lumine Malebranchii. Denique mente retinendum homines ex solo commercio cum Mundo intelligibili fieri fanaticos. Doctos vero ex commercio cum Mundo naturæ, et hominum

## Paragraphus Secundus
## De Divisione Idearum

12. Ideæ dividi possunt attenta earum origine, attenta earum natura, attenta earum relatione ad objecta, et attenta earum relatione ad mentem. Attenta origine aliæ sunt adventitiæ, aliæ factitiæ, aliæ innatæ. Attenta natura aliæ simplices, et aliæ compositæ. Attenta relatione ad objecta aliæ adæquatæ, aliæ partiales, aliæ singulares, aliæ universales, aliæ absolutæ, et aliæ relativæ. Denique attenta relatione ad mentem aliæ claræ, aliæ obscuræ, aliæ distinctæ et aliæ confusæ.

13. Ideæ adventitiæ sunt, quas ope sensuum acquirimus ex rebus corporeis quas sentimus. Hujusmodi ideæ sunt omnes simplices, quia sensus non afferunt ideas compositas. Ideæ factitiæ sunt, quas sibi mens efficit conjectura, meditatione, et ratiocinio, vel uniendo simplices, vel alio quovis modo. Ideæ adventitiæ sunt naturales, et regulariter veræ; non autem factitiæ. Ideæ innatæ sunt, quas Deus menti in ejus creatione insculpsit, quas diversimode explicant earum Patroni.

14. Ideæ simplices sunt, in quibus nec mente partes distinguere possumus. Compositæ e contra sunt in quibus plures simplices distinguimus, ac seorsim intelligere possumus. Ideas simplices sensu, et meditatione acquirimus, et ideas colorum, saporum, doloris etc. Ideas autem compositas nobis comparamus unione plurium idearum simplicium. Hæc autem unio, seu associatio idearum simplicium fit sensione, ratiocinio, phantasia, et institutione.

Sensione, quia ideas quasdam simplices unitas inter se percipimus uno successive, vel pluribus simul sensibus. Tales sunt ideæ corporis, plantæ, hominis etc. Ratiocinio, quia ideam compositam Dei v.g. formamus ex contemplatione universi, ex qua concludimus existere rem aliquam æternam, omnipotentem, cogitantem, optimam, quæ Deus est. Item ratiocinio efficimus series idearum, scientiarumque systemata. Phantasia, ut patet ex variis idearum unionibus, quas faciunt Poetæ, Pictores etc. Tandem institutione Parentum, et Magistrorum, ac librorum lectione, a quibus discimus varias idearum uniones.

Ubi notandum, quod licet ideæ simplices sint in omnibus similes, non tamen sunt similes ideæ compositæ, et idearum uniones, ut patet ex ideis compositis Dei, ejusque quæ non sunt æque amplæ in rudibus idiotis, ac Theologis, ac Philosophis. Præterquamquod ideæ sunt magis, ac minus amplæ pro majori et minori mentium capacitate, ob cogitandi libertatem, ob varias comparationes idearum simplicium, ex quibus diversa oriuntur systemata.

15. Ideæ adæquatæ sunt, quæ clarè distinctèque exhibent omnes objecti partes ac notas. Ubi moneo, ideas adæquatas confundi cum cognitionibus comprehensivis, quæ sunt clara, et distincta cognitio objecti æquans meritum cognoscibilitatis illius. Inadæquatæ vero, seu partiales ideæ sunt, quæ non omnes objecti perfectiones repræsentant. Ideæ singulares sunt, quæ unicam tantum rem individuam exhibent. sicuti universales sunt, quæ repræsentant naturam aliquam præcisè a suis differentiis. Ideæ absolutæ sunt quæ exhibent rem absque ordine illius ad aliud, v.g. ideæ hominis, prudentiæ etc. E contra relativæ sunt, quæ repræsentant rem, ejusque ordinem ad aliud, tales sunt: Pater, et Filius, Creator, et Creatura.

16. Ideæ claræ sunt, quæ ita objectum repræsentant, ut mox agnoscatur si si denuo occurrat. Ideæ omnes sensionum sunt claræ ut idea lucis, coloris etc. Obscuræ autem sunt ideæ, quas de spiritibus habemus. Ideæ distinctæ sunt, quæ, ne dum rem ipsam clarè exhibent, sed etiam præcipuas rei notas, quibus ea ab omni alia distinguitur. Confusæ e contra sunt, quæ rem solam clarè repræsentant. Sic idea trianguli plana superficies tribus rectis comprehensa est clara, et distincta, quia clarè repræsentat figuram, et distinctè notas ejusdem. E contra idea rubroris v.g. est clara, sed confusa, quia non manifestat rubri coloris notas, quibus distinguitur ab aliis coloribus. Ubi advertendum est, claritas, et obscuritas, distinctio, et confusio propriè duntaxat conveniunt ideis nostris formalibus, id est cognitionibus, et non ideis objectivis, seu imaginibus sensuum quæ assumpta.

17. Hic autem non importunè subdam notitiam apprehensionis intuitivæ, abstractivæ, et præcisivæ. Apprehensio generatim ex Dialectica est simplex spiritualis repræsentatio, seu contemplatio objecti. Apprehensio vero intuitiva, seu facialis, eleganter dicta idea formalis intuitiva est simplex spiritualis contemplatio objecti in propria ejus imagine et sic apprehendimus ea sola, quæ sensibus percipimus. Apprehensio e contra non facialis, seu idea formalis abstractiva est simplex spiritualis repræsentatio objecti in aliena imagine pro eo cognoscendo suscepta: sic cognoscimus ea omnia, quæ nunquam sensimus, vel sub sensum non cadunt, ut Angelum in imagine pulcri juvenis habentis alas: Patrem Æternum in imagine venerabilis senis. Dixi tamen pro eo cognoscendo suscepta, quia sicuti voces materiales supponuntur pro rebus, de quibus loquimur, ita ideæ adventitiæ vocatæ etiam phantasmata supponuntur pro rebus cognoscendis.

18. Tandem ideæ formales, seu apprehensiones præcisivæ, ad quas rectè intelligendas oportet explicare ideas formales non præcisivas, quæ sunt apprehen-

siones neque idem ad modum plurium, neque plura ad modum unius repraesentantes.) Ideae ipsam ideae praecisivae vel eandem rem quasi dividendo in partes repraesentant ad modum plurium, vel plura realiter distincta confundendo in unum exhibent ad modum unius: vel enim considerantur in ordine ad praedicata seu perfectiones eiusdem obiecti realiter indivisibilis, vel in ordine ad praedicata rerum realiter distinctarum? Si primum, faciunt sua praecisione distinctionem sicque pertinent ad hanc partem dissertationis. Si secundum, sua praecisione faciunt identitatem, et sic spectant ad secundam partem.

19. Idea itaque formaliter praecisiva seu partialis (in. a enim negabo praecisionem seu particularitatem obiectivam apprehensionum versantium circa perfectiones realiter penitus identificatas) distinctionem faciens ex praecisione distinctionem est cognitio ita imperfecte repraesentans obiectum in ordine ad unam rationem ut, licet totum illud seu omnes eius perfectiones obiective attingat, attenta tamen cognitionis expressione unica perfectio possit affirmari ea ipse, ad cuius claram cognitionem, sed ab aliis cognitionibus praescindentem movet conditionem. Apprehensio tamen obiective partialis, seu praescindens, est cognitio ita attingens, et repraesentans unum ex multis identificatis attributis obiecti, ut cetera nullatenus obiective attingat, ac si essent realiter distincta.

20. Exemplum apprehensionis formaliter partialis est totius dicta cognitio animalis, sed hominis, quae licet obiective attingat etiam rationale et alia attributa identificata, ita tamen imperfecte cognoscit ut attenta eius expressione solum animal possit affirmari. Esset autem dicta cognitio exemplum ideae obiective partialis, si inter animal et rationale, aliaque homini identificata aliqua distinctio intrinseca foret. Ubi moneo, terminum praecisio applicatum esse cognitionibus formaliter partialibus, quia obiectum quasi praecidunt in partes ac ita formaliter repraesentant ut partem duntaxat attingere videantur, quin aliqua earum formalis alterius expressionem includat vel excludat, seu essent cognitiones eaedem vel oppositae, et non duntaxat formaliter diversae, quae sunt distinctio formalis extrinseca.

## Paragraphus Tertius
## De Observationibus Quibusdam Necessariis Circa Naturam et Proprietates Idearum.

21. Suppono itaque primo non esse ideas innatas, quia, alioquin essent, ignoraremus quaenam sint. Hinc ideas omnes ex origine sua dicemus adventitias, aut facticias: facticias autem vocabimus fantasticas, et coniecturales. Hae adventitiae, dum referunt existentiam, ipse qualitates ... relationes rerum a quibus oriuntur, prout referunt existentiam, sunt omnes verae, quia cum

ex nihilo originem accipiant, debent existere causae externae, ipsa corpora a quibus oriuntur. Ideo enim est, et physicis humanae patientiae fingere cum Idealistis, ipsum mentibus nostris eas imprimat Deus. Quare ideae adventitiae sunt antecedens legitime inferens corporum existentiam, sed quoad rerum qualitates, eorumque relationes caute utendum dictis ideis, quia facile est in errores incidere. Humani enim affectus ideas mire pervertunt ac iudicia corrumpunt ita, ut malum iudicemus bonum, et bonum malum.

22. Suppono 2do ideas factitias esse compositas, vel simplices; nam contemplatione universi, et ratiocinio nobis comparamus ideam Dei, entis optimi, aeterni, omnipotentis, etc. quae idea certe composita est; sed postea volentes separatim cogitare attributa divina quae sunt realiter idem per praecisionem comparamus nobis ideas simplices aeternitatis, bonitatis, omnipotentiae. Ubi moneo facile esse errare in ipsa idearum praecisione, seu abstractione, quia facile est distinctis ideis abstractis distincta obiecta tribuere, ut faciunt Realistae, qui naturas universales in rebus existere putant, opinantes ideis abstractis obiecta sui generis respondere.

23. Item moneo plures errores nasci ex ideis compositis. In his autem potissimum fallimur, quando ideas compositas credimus adaequatas omnesque perfectiones obiectorum exhibere, quo casu pro realibus habentur ideae, seu essentiae notionales, dum talia putamus esse obiecta, qualia exhibentur ab ideis notionalibus et compositis. Familiaris est hic error illis, qui per hypotheses philosophantur. Hypotheses enim et systemata saepe sunt arbitrariae idearum uniones, quibus res universi earum causae et ordo explicantur; Nam quidam prius mente condunt systemata, quae universe observent; inde causas, ordinem, fines, et naturas rerum universi deducunt. Dum ex rebus ipsis systemata erui debent ad recte philosophandum.

Praeterea huiusmodi idearum uniones possunt esse fantasticae, conjecturales, et etiam natae ex consuetudine ab infantia acquisita. Istae autem per totam vitam durantes nos facile decipiunt, praesertim si quibusdam affectibus unitae nobiscum adoleverint. In casu enim vix de illis dubitabimus, et forte nec superevit spes dediscendi errores innatos. Hinc oborta doctrina Materialistarum Hobbesii, Tolandi, Spinosae, aliorumque qui assueti ideis corporis earumque unionibus, omnia entia ad modum corporum perceperunt, et cum incorporea non potuerint intelligere nisi per corporeas imagines, negarunt omnia incorporea.

24. Suppono 3tio (quod sedulo notandum) ideas ex relatione ad obiecta adaequatas nos non habere, aut valde paucas; nam habemus imperfectas, et partiales substantiarum

materialium, et immaterialium sicut eis activae causarum naturalium ordinis, et finis rerum universi. Hinc ex ideis nostris de his rebus perversa ut plurimum iudicia ferimus. Haec autem est (teste Docto Moderno Italo, cui praeivit Andreas Rudigerus in libro de sensu veri et falsi) potissima ratio, cur disciplinae a Mathematicis distinctae methodo geometrica tradi nequeant, quia cum in Geometria essentiae seu ideae notionales eaedem sint ac reales, ex ideis figurarum facile deducimus omnes istarum proprietates; e contra cum in aliis disciplinis essentiae notionales rerum utpote imperfectae, et partiales, diversae sint a realibus, non possumus ex essentiis notionalibus geometrice inferre omnes proprietates essentiarum realium. Hinc facile est tum Mathematicos, tum Metaphysicos paralogizare ex essentiis notionalibus inferendo reales. Et hic radices agere videtur fallacia transitus de genere ad genus.

25. Arguitur: ex hinc sequi, Scepticismo utendum non esse scientiis abstractis Geometria, Ontologia etc. ad acuendam mentis magnitudinem, perspicaciam et ratiocinandi dexteritatem contra consilium, et experientiam Sapientum Virorum? Sed adversarius ita colligens imitatur piscatores, quorum lucrum est flumen turbidum. Non confundat ideas, sed distinguat adversarius realitatem formalem a realitate obiectiva idearum. Realitas formalis est ipsa spiritualis repraesentatio seu imago obiecti, qua idea est idea. Realitas autem obiectiva est ipsum obiectum repraesentatum. Item distinguat ideas phantasticas et abstractas v.g. circuli, quadrati, chimerae, centauri etc. quarum tanta est realitas obiectiva, quanta formalis. Imo in his ideis duae istae realitates sunt idem, distinguat insuper ab ideis adventitiis aut factis cum relatione ad obiecta externa; in his enim realitas obiectiva sunt obiecta externa, et ab ideis repraesentata. Quo facto.

26. Quaero ab adversario an ita inferens dicat scientiis illis utendum non esse agendo de ideis, et rebus abstractis, vel iis utendum non esse in comparandis ideis realibus, ipsa adventitiis, aut factis cum relatione ad obiecta externa? Si primum, male infert, quia mens comparando ideas abstractas inter se accuratissime, longissime et accurate ratiocinatur de rebus, et ideis abstractis, ergo in casu nostro utendum dictis scientiis abstractis. Si autem secundum, infert bene, quia, sicuti utendum non est ideis realibus agendo de abstractis; ita utendum non est abstractis agendo de realibus. Item sicuti non est, et historicus, qui omnes Romanenses historias mente teneret, disertius narraret, dum interim huius Mundi res, facta, et eventus nesciret, ita Philosophus haberi non debet, quia innumeras ideas abstractas sibi comparavit, sed qui ingentem idearum realium copiam acquisivit; hic enim didicit, quomodo ideae istae conveniant aut repugnent earum obiectis; didicit ex ordine realium idearum rerum ipsarum relationes, veniet sic ra-

ratiocinando de his ideis se concluderent de rebus ipsis concludendo de ideis: uno verbo Schepticus est qui nedum in mundo intelligibili idearum; sed etiam in ipso universalis est mundo rerum. Hinc consilium et experientia Virorum vere Sapientum suadet utendum abstractione cum agitur de ideis et rebus abstractis; secus vero quando agimus de ideis realibus et rebus externis.

27. Sed denuo quaerent adversarii, an Mathematica Theoremata possimus applicare rebus naturae, seu ideis realibus. Respondeo posse si ut Theoremata Mathematica ex evidentibus datis eruimus, ita etiam res naturae ex evidentibus datis concludere liceat; sed hoc opus, hic labor; certo enim Theorematis Mathematicis sua data permittimus, ex quibus postea Theoremata demonstramus. Si itaque Mathematicum Theorema rebus physicis placeat aplicare, dati evidentia erui non debet ex postulatis, ut ab exemplo ostendit, ordinarius Ptolemaei doctrinae Mathematicus ad demonstrandum, quod horologium solare exacte metiatur horas, petere sibi concedi hoc datum, quod visus stilus sit in centro terrae: inde ait, eosdem demonstrare exactam esse horarum mensuram. Hoc autem ita esse mathematice omitto; sed physice totum est falsum, quia falsum est datum.

Si inquam dictum Theorema applicare placeat rebus naturalibus, dati evidentia erui non debet ex postulatis (secus scientia naturalis in Romanensem Historiam converteretur) sed dati evidentia probari debet ex ideis, quae rebus ipsis sint certo conformes. Sed unde nam hoc sciri potest? denuo hoc opus hic labor. Caveant itaque Mathematici ne cum physice dubia sint data, dicta Theoremata rebus physicis tam confidenter aplicantes explicent res naturales, non tales, quales sunt sed tales efficiant quales volunt; adeoque caveant ne potius sint Phanatici, quam Philosophi. Haec notare placuit cum Docto Italo Recentiore.

28. Hic autem denuo adverto ideas fieri universales, ut fiunt vocabula relativa per apprehensiones praecisivas mentaliter dividentes naturas ab earum differentiis, ut sic humana natura a singularitatibus praecisa est universalis; unde in rebus non est universale, sed fit ab intellectu. Ex hac autem neglecta vel ignorata doctrina natae sunt extravagantes illae opiniones, quod extra Deum existant ideae quaedam Platonicae universales, et naturae universales, quas docent Scholistae, quod unica sit materia indivisibilis ac immutabilis in omni corpore etc.

29. Suppono denique errores nasci etiam ex ideis relativis, male intellectis aut non recte acceptis. Ad intelligentiam tamen hujus rei, moneo voces et ideas in maiori copia esse relativas v.g. Doctus, magnus, bonus, dives, potens etc. quae continent relationem locorum, temporum, morum, personarum etc. Sic qui in Europae barbarie dicebatur doctus, et perspicax, nunc esset ignarus et stupidus.

Sic magna copia Romuli tempore, nunc essent manipuli. Sic inter barbaros humanus, in Italia esset barbarus. Sic ubi regnat pravitas morum, minus corruptus dicitur probus. Sic quae superant nostram capacitatem, vocamus miracula. Et hinc veteres gentes ut Deos habuerunt, qui vincebant alios moribus, aut literis. Ex his autem eruo sequentes canones.

30. Primus Ideae simplices per se definiri non debent, crebro enim obscurantur: sed accurate definiri debent compositae. 2dus. Ideae Fantasticae pro veris discerni debent ab adventitiis, quia illis sine iudicio ad rerum realitatem respondet Fanatismus, istis vero respondent obiecta sui generis. 3tius. Ab ideis abstractis et universalibus nihil reale concludi debet ex numeris 24. et 25. 4tus. Accurate distingui debent Fantasticae idearum uniones a naturalibus, ne nobis illudat Fantasia. 5tus. Ex systematis universum fingi non debet, sed ex universo perpetuis experimentis, et sensu Optimorum communi fieri debent systemata. 6tus. Ideae nunquam putari debent adaequatae nisi cum certum est, nihil ignotum in re superesse. 7mus. Ex ideis autem inadaequatis periculose iudicatur de essentiis, viribus actionis, usus, et finibus rerum naturarum. Ideas obscuras, confusas, partiales experientia, studio, meditatione claras, distinctas, et adaequatas efficere conari debemus. Ultimus Commercium cum solo Mundo intelligibili recta ducit ad Fanatismum. Nunc sit.

## Sectio Secunda.

## De Natura ac Divisione Identitatis et Distinctionis.

### Paragraphus Primus

### De Natura ac Divisione Identitatis.

31. Identitas in genere est indivisibilitas in esse. Haec enim indivisibilitas est ratio formalis ob quam res est id quod est, vel ob quam unum non est aliud, ut aliis placet definire identitatem. Dicta autem identitas vel respicit esse physicum rerum quod habent in se ipsis, vel respicit esse intentionale, quod res habent in intellectu? Si primum est identitas realis independens ab intellectu. Si secundum: est identitas intentionalis, quae est tota intellectus. Nunc utramque perpendamus.

Identitas realis est indivisibilitas in esse independens ab intellectu, quae duplex est realis metaphysica, seu simplicitatis et realis physica, seu compositionis. Identitas realis metaphysica est in realitate simplici indivisibili, et partium physicarum experte in qua concipiuntur plures perfectiones, seu praeter eam fundamento in re, licet plura re vera non sint, sed unica simplex realitas partibus carens. Talis identitas est in Deo v.g. ente simplicissimo, et minimarum etiam partium simplicium experte, in quo fundate concipimus innumeras perfectiones v.g. Misericordiam, Iustitiam, Immens

tentiam etc. ista realiter sunt simpliciter penitus idem idest eadem indivisibilis divina natura.

Identitas autem realis physica est inter compositum physicum, et partes illud componentes, v. g. inter hominem, eiusque partes corpus et animam rationalem quae simul in recto sumptae sunt in recto adaequate idem cum toto physico homine, quia totum est complexum ex partibus simul sumptis; v. autem partes istae seorsum et in obliquo sumantur, inadaequate solum identificantur cum toto. Verum enim, seu compositum non est una, vel alia pars, sed complexum ex omnibus simul. Hinc distinctio realis physica alia est adaequata, et alia inadaequata seu partialis.

Partialis autem subdividitur in identitatem includentis cum inclusa, nempe totius cum partibus seorsim sumptis et in identitatem inclusi cum includente, idest partium seorsim sumptarum cum toto. Iterum identitas realis dividitur in puram, quae nulla reali distinctione miscetur, et in non puram, quae aliqua distinctione reali miscetur: Haec autem identitas non pura, seu mixta varia est pro varietate distinctionis, cui miscetur.

32 Identitas vero intentionalis, dicta etiam rationis, mentalis, formalis, extrinseca est indivisibilitas in esse dependens ab intellectu, seu eadem mentalis apparentia, vel unum esse intentionale plurium extremorum, videlicet est cognitio ita repraesentans plura, seu est talis plurium repraesentatio ad modum unius, ut etiamsi realiter distincta sint, distincta tamen non appareant. et haec eadem plurium rerum mentalis apparentia in cognitione est identitas intentionalis exquisita.

Talem autem identitatem rationis, seu apparentiam ad modum unius habent omnia animalia in cognitione animalis, et omnes homines in cognitione hominis, quia cognitio animalis omnia animalia, et cognitio hominis omnes homines ita perfecte comprehendit in unum ut nec illa plura, nec distincti appareant isti, sed et illa et isti appareant ad modum unius. Quare haec identitas rationis in re, et causaliter est ipsa cognitio repraesentans plura ad modum unius seu plurium repraesentatio ad modum unius facta a cognitione.

Hinc identitas rationis improprie, et metaphorice dicta identitas ob Analogiam cum identitate reali, nam sicut ista significat eandem plurium essentiam, ita significat eandem plurium apparentiam, appellari solet identitas formalis logica, ut distinguatur ab identitate formali metaphysica quae consistit in hoc, quod unum sit essentia metaphysica alterius, seu quod unum definiatur per aliud, et sic homo formaliter metaphysice identificatur cum animali rationali, et Deus cum ente a se.

Exquisita identitas formalis logica alia est negativa, alia vero positiva. Negativa est talis cognitio, seu mentalis plurium rerum apparentia et repraesentatio ad modum unius, ut ex vi talis apparentiae, seu repraesentationis nec possit mens affirmare eorum pluralitatem, seu distinctionem,

tionem patet hoc in cognitione animal (quae est identitas formalis logica negativa) ita repraesentante animale omnia confusa in unum, seu ad modum unius, ut mens ex vi talis apparentiae, et repraesentationis illorum nequeat affirmare eorundem pluralitatem.

E contra identitas formalis logica positiva est talis cognitio, seu mentalis plurium apparentia ad modum unius, ut humana mens terminorum conscia ex vi talis cognitionis, seu repraesentationis possit affirmare identitatem realem unius cum alio. Talis identitas est cognitio homo, quia ex vi praecisae cognitionis, seu mentalis apparentiae homo fit humana mens affirmare identitatem hominis cum animali dicendo sic homo est animal (contra cognitio animal non est identitas formalis logica positiva, ex cuius vi dici possit animal est rationale, aut homo: unde homo formaliter logice positive identificatur tam cum animali, tam cum rationali, sed non vicissim. Hinc quae formaliter logice positive identificantur, sunt formaliter idem, quia termini, quibus in casu ultimo, sunt tales, ut ipsis solis perceptis, possit intellectus affirmare identitatem unius cum alio.

## Paragraphus Secundus.

## De Natura et Divisione Distinctionis.

34. Distinctio in genere est divisibilitas in esse. haec enim divisibilitas essentiae est ratio formalis, cur unum non est aliud (ut placet aliquis definire distinctionem). Exposita autem distinctio vel respicit ens intrinsecum, et obiectivum, vel extrinsecum, et formale rerum? Si primum: est distinctio realis independens ab intellectu. Si 2dum: est distinctio formalis dependens ab intellectu. Distinctio itaque realis est divisibilitas in esse independens ab intellectu, idest multiplex essentia realis absque ulla intellectus operatione: ut sic Petrus et Paulus realiter distinguuntur, quia sunt duae reales naturae humanae a parte rerum praecisa omni mentis operatione. haec distinctio realis in se spectata unica est, sed in ordine ad eius extrema dividitur primo in positivam, et in positiva-negativam. Positiva est inter realitates positivas; positiva autem negativa est inter rem eiusque negationem, ut inter lucem, et tenebras. Dant aliqui distinctionem inter negationes, sed non entia, seu nihili nulla passiones.

Dividitur 2do in adaequatam, et inadaequatam, seu partialem. 1ma est inter composita physica habentia partes omnes componentes realiter distinctas seu est inter extrema se mutuo excludentia, ut: inter Petrum et Paulum. 2da est inter totum physicum, eiusque partes reales componentes: et haec triplex est: prima dicitur includentis ab incluso, quia totum distinguitur a parte: 2da inclusi ab includente, quia pars distinguitur a toto: 3tia est praecise inadaequata quae esset inter duo composita habentia eandem partem communem. Hinc tam identitas realis adaequata

excludit omnem distinctionem realem, quoniam omnis distinctio realis adaequata excludit omnem realem identitatem, sed non ita se excludunt identitas et distinctio realis adaequata, ut patet ex dictis.

35. Ubi adverto, tria esse signa praecipua distinctionis realis. Primum est realis extremorum separabilitas iuxta proloquium: Quae realiter separantur, realiter distinguuntur. 2dum est oppositio relativa producentis et producti iuxta illud Theologorum: In Divinis omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. 3tium denique iuxta Recentiores eadem esse signa ac proprietates distinctionis realis 3tium, inquam, est mutua vera duorum negabilitas in recto. Sed prima duo sunt signa sufficientia, sed non universalia, quia plura sunt realiter inseparabilia, licet realiter distincta, ut Divinae Personae; item plura sunt realiter distincta, licet non sint relative opposita, ut corpus et anima rationalis. 3tium autem est sufficiens et universale signum distinctionis realis, quia omne vere negabile in recto de alio est realiter distinctum ab illo, et nihil est realiter distinctum ab alio quod non sit in recto vere negabile de illo. Hinc primo signum sufficiens et universale identitatis realis est mutua vera affirmabilitas in recto ex legibus contrariorum. Hinc 2do superius nos indicavimus definitiones identitatis, scilicet communicatio praedicatorum, mutua vera affirmabilitas in recto etc. et distinctionis mutua vera negabilitas in recto etc., quia sunt descriptiones factae per proprietates earum.

36. Distinctio autem rationis, dicta intentionalis extrinseca et formalis logica, est eiusdem rei divisibilitas in esse dependens ab intellectu, id est eiusdem rei multiplex mentalis apparentia, seu multiplex esse intentionale, ratione multiplex diversa cognitio. Sic facta Petri comparatione ad sensiones, statim habetur mentalis apparentia seu cognitio animalis, facta eiusdem mentali comparatione ad discursum habetur apparentia seu cognitio rationalis; quare habita prima Petri cognitione mox dici potest Petrus est animal, sicuti habita 2da dici potest Petrus est rationalis. Item facta Dei comparatione ad veniam peccatori concessam habetur cognitio Misericors, sicuti facta eiusdem comparatione ad ultionem peccatoris habetur cognitio Justus: unde mens vi primae cognitionis Dei affirmare potest de Deo, Deus est Misericors; sicuti vi 2dae, Deus est Justus.

37. Ut autem id bene intelligatur, adverto res omnes praeter esse reale ipsis intrinsecum, ratione cuius tales vel tales sunt in se ipsis, habere etiam posse aliud esse intentionale ipsidem extrinsecum, cuius causa res sunt tales vel tales in cognitione; ut enim Caesar ubique ante speculum constitutus praeter esse reale sibi intrinsecum habet etiam aliud esse sibi extrinsecum in speculo illum repraesentante ratione imaginem sui; ita eadem res ab intellectu cognita praeter esse reale quod habet extra intellectum habet etiam esse intentionale extrinsecum in intellectu eam repraesentante ratione imaginem sui

Cognitio enim rei est quaedam ejus imago. Hinc sicuti res ab intellectu cognita habet unum ēē intentionale idest unam mentalem apparentiam. Item per plures cognitiones repraesentata habet multiplex ēē intentionale, idest plures mentales apparentias. Item sicuti ubi datur multiplex ēē reale entitativum, ibi datur distinctio realis, ita ubi datur multiplex esse intentionale, ibi datur distinctio rationis, seu intentionalis. Haec autem multiplex apparentia mentalis, seu cognitio ejusdem rei est distinctio rationis extrinseca, seu formalis logica.

38. Exposita distinctio formalis logica (prout ut opponitur identicali identitati formali logicae) dividitur primo in negativam et positivam. Negativa est talis apparentia, cognitio, seu repraesentatio unius attributi, v.g. animalis ut ex vi praecise talis apparentiae, seu cognitionis, nec possit humana mens affirmare identitatem animalis cum rationali nec possit eandem negare dicendo animal est rationale, aut non est rationale, et haec distinctio formalis logica negativa proprie vocatur praecisio. Positiva e contra est talis apparentia, seu cognitio unius extremi, v.g. hominis ut ex vi praecise talis cognitionis possit humana mens terminorum conscia affirmare distinctionem illius extremi ab alio: sic homo positive logice distinguitur ab irrationali quia potest intellectus ex vi praecise cognitionis hominis affirmare distinctionem hominis ab irrationali dicendo: homo distinguitur ab irrationali, seu non est irrationalis. Quae autem formaliter logice positive sunt distincta, ex ipsis terminis sunt distincta.

39. Dividitur 2do praedicta distinctio rationis in distinctionem rationis ratiocinantis et in distinctionem rationis ratiocinatae. 1ma habetur per similes cognitiones ejusdem rei, quae sunt multiplex ēē intentionale simile ejusdem. 2da vero per diversas, quae sunt multiplex ēē intentionale dissimile ejusdem. Cognitiones similes sunt quae ex sua formali repraesentatione non afferunt diversam objecti notitiam v.g. cognitiones hominis et animalis rationalis, gladii et ensis. Dissimiles autem seu diversae sunt, quae ex sua formali expressione diversam afferunt objecti notitiam ut cognitiones hominis animal et rationale, cognitiones Dei Misericors et Justus eo diversimode repraesentantes suum objectum. 1ma vocatur distinctio rationis ratiocinantis, quia est merum exercitium intellectus absque fundamento reali. 2da vero rationis ratiocinatae quia ipsum objectum menti exhibet fundamentum eliciendi diversas sui ipsius cognitiones.

His praemissis. Has distinctiones realem intrinsecam et formalem extrinsecam nemo dubitat cum id ostendat experientia. Disputandum ergo est de modo quo habetur distinctio formalis extrinseca cum fundamento in re, seu distinctio rationis ratiocinatae, sicuti quid ista praestare valeat.

# Sectio Tertia
# De Statu Quaestionis
# Et Necessariis ad Rectam Eius Intelligentiam.
## Paragraphus Primus
## De Sententiis et Fundamento
## Distinctionis Rationis Ratiocinatae.

40. Thomistae, et Scotistae docent ad habendam distinctionem rationis ratiocinatae, (quam infra dicam formalem extrinsecam) necessariam esse distinctionem quandam obiectivam, mediam inter realem, et rationis, quae sit fundamentum obiectivum distinctionis formalis extrinsecae. Nominales e contra, quorum Princeps est Ocamus docet superfluere omnem distinctionem intrinsecam inter realem, et rationis mediam quae sit fundamentum distinctionis formalis extrinsecae, sive ea sit distinctio virtualis intrinseca (quam docent Thomistae) sive formalis ex natura rei (quam defendunt Scotistae). Ubi adverte, Nominales negantes omnem intrinsecam distinctionem inter praedicata realia realiter identificata non negare omne fundamentum distinctionis rationis ratiocinatae; sed negare solum fundamentum, quod requirunt Scotistae, et Thomistae ad distinctionem formalem extrinsecam necessariam.

41. Quare Nominales docent triplex esse fundamentum dictae distinctionis intentionalis, seclusa omni distinctione intrinseca, videlicet connotata rei cognoscendae, eiusdem rei aequivalentiam pluribus aliis rebus habentibus distinctas, et diversas perfectiones, atque imbecillitatem humani intellectus, unico actu impotentis simul cognoscere totam rem, qui propterea debet per plures actus quasi per partes assequi cognitionem rerum. Nunc ut pateat istud.

Adverte, connotata rei esse res illas, ad quas ordinem habet res cognoscenda, haec enim vel eas respicit ut causas a quibus producitur, vel ut effectus, quos ea producit &c. ut similes, v.g: individua eiusdem speciei vel ut dissimiles, v.g: individua speciei diversae, sic homo respicit Deum, et Parentes ut causas, sermones et discursus ut effectus alios homines ut similes, bestias vero ut dissimiles. Creatura una, eademque res indivisibilis in sua essentia habet plures, diversasque perfectiones realiter identificatas, quas realiter habent aliae res iuxta illud: Quae sunt collecta in superioribus, sunt divisa in inferioribus. Porro aequivalentiam rei pluribus aliis rebus distinctis. et sic idem homo aequivalet plantis, quatenus vegetat, brutis, quatenus sentit, Angelis, quatenus discurrit etc.

42. Itaque res ista, quae respicit una essentia, et cum ... ibus

comparari sit ab intellectu cognoscente dicuntur iam connotata, iam obliqua, iam obiecta motiva intellectus ad diversas eiusdem rei indivisibilis cognitiones. Dicuntur autem connot[ata] et obliqua cognitionum praescindentium, quia cognitiones repraesentantes essentiam indivisibilem in ordine ad illa, connotant ea, et in obliquo attingunt. Dicuntur etiam obiecta motiva intellectus, quia dicta connotata sunt praecipuum fundamentum obiectivum, quo essentia indivisibilis movet, ac determinat intellectum ad diversas sui cognitiones. Hinc si comparas hominem cum causa prima habes fundamentum cognitionis creatura, si cum Parentibus fundamentum cognitionis Filius. Si cum sensionibus fundamentum cognitionis animal. Si denique cum discursu fundamentum cognitionis rationale. Et ecce quomodo idem homo sub diversa mentali comparatione moveat intellectum ad diversas sui repraesentationes, seu cognitiones.

113. Merito itaque docet Cardinalis Ptolemaei, terminos fere omnes mentales nostros, et vocales habere duo significata, unum principale, et est rectum termini pro quo supponitur, aliud minus principale, et est obliquum, seu terminus connotatus, pro quo non supponitur terminus, ut patet ex propositione: Creator est Aeternus, in qua terminus Creator significat Deum, ut primam causarum, hoc est rectum termini pro quo supponitur, et de quo affirmatur attributum aeternus, et postea significat creaturas ut obliquum pro quo nec supponitur terminus creator, et de quo obliquo non affirmatur attributum Aeternus. Ex opportuna autem intelligentia recti, et obliqui bene explicatur distinctio rationis ratiocinatae. Quod enim significatur per terminos relativos, obliquum est fundamentum cognoscendi rem ipsam hoc est rectum termini in ordine ad unum connotatum et non in ordine ad aliud.

Quando ergo cognoscitur homo, et nominatur iam animal, iam rationalis, obliquum termini animal sunt sensiones, et rectum est homo ut causa sensionum: item obliquum termini rationalis est discursus, et rectum est homo ut causa discursus. Termini autem mentales, seu cognitiones respondentes terminis vocalibus animal et rationalis, ac diversimode hominem repraesentantes sunt distinctio rationis ratiocinatae, cuius fundamentum sunt dicta connotata sensiones, et discursus.

114. Addunt tamen Nominales etiam aliud fundamentum reale praedictae distinctionis nostrae, concursum obiectivum rei ad sui cognitionem, qui concursus obiectivus sunt ideae adventitiae sensibus externis acquisitae, quibus eget anima corpori unita quibusque movetur, determinatur et adiuvatur ad diversas cognitiones rei, cuius sunt ideae illae adventitiae. Cum autem ideae adventitiae sint iam magis, iam minus clarae aut obscurae, pro diversis circumstantiis, in quibus est obiectum, determinant ad cognitiones iam magis, iam minus claras, aut obscuras obiecti; sic si eminus videam rem se moventem, determinor ad cognitionem obscuram animal ab idea adventitia talis motus. Si accedo,

et videat hominem se moventem ab ejus idea adventitia determinor ad cognitionem claram hominis si autem magis accedat et videat Petrum se motum ab ejus motus specie impressa determinor ad cognitionem claram Petri.

45. Hujusmodi autem ideae adventitiae aliae sunt propriae, at aliae alienae objecti. Propriae sunt quae oriuntur ab objecto repraesentato a cognitione. Alienae sunt quae non proveniunt ab objecto terminante cognitionem, sed ab alio similitudinem gerente vices illius. Hinc primo duplex est cognitio, intuitiva nempe et abstractiva exposita n.° 11. 2do duplex est objectum cognitionis, nempe motivum et terminativum. Terminativum, dictum etiam materiale objectum cognitionis est quod terminat cognitionem, dicitur cognosci. Objectum autem motivum, dictum etiam formale cognitionis est quod movet intellectum ad cognitionem. Si pure terminat cognitionem est adverbium pure terminativum, si autem movet ac terminat cognitionem est objectum motivo-terminativum. Exemplum cognitionis intuitivae sit cognitio Petri in propria ejus imagine cujus cognitionis objectum terminativo-motivum est ipsa res: Exemplum vero abstractivae cognitionis sit cognitio Dei Patris in immagine venerabilis senis, cujus cognitionis objectum terminativum est ipse Deus; Creata autem immago senis pro Deo supposita est objectum motivum ejusdem.

46. Ubi adverto primo in cognitionibus intuitivis idem semper esse objectum motivum ac terminativum; in abstractis vero distinctum. Adverto 2do, conceptus respectu sui esse objectum motivo-terminativum cognitionis, sed respectu rei ad cujus cognitionem movent, concipi esse objectum motivum, et rem esse objectum terminativum. Adverto 3tio, cognitiones abstractivas esse tales respectu rei cognitae, sed esse intuitivas objecti motivi.

Hinc constat integrum fundamentum distinctionis formalis extrinsecae, consurgens ex conceptibus aequivalentia, concursu objectivo rei et imbecillitate intellectus humani, qui cum sua limitatione uno intuitu seu actu rem aequare non possit, unde debet eam per plures partiales ideas attingere, sibique imperfecte repraesentare. Quapropter dicunt Theologi intellectum divinum non posse per similes partiales ideas attingere objecta quia est essentialiter determinatus ad comprehendendum.

## Paragraphus Secundus

## De Gradibus Metaphisicis Iuxta Nominales.

47. Gradus metaphysici seu formalitates, aut praedicata metaphysica dicti iuxta Nominales non sunt quid, et quid intrinsece distinctum inter cujus sunt gradus; sed sunt quaedam veritates objectivae vocatae praedicata rei quia in recto vere praedicantur de tali re; Istae autem veritates objectivae ejusdem indivisibilis rei vel sunt ipsa res explicitas

cognitionibus diuersimode representata cum functo in re, uel sunt eadem res ut subiacens diuersis cognitionibus realiter de se ipsa in recto uere affirmabilis, ut alijs logice aliter placet. Dicti uerities uocantur etiam gradus, quia cum sint praedicata inferiora, et superiora, ut Petrus homo, animal, uiuens, substantia, ens, ab affirmato inferiori quasi gradatim ascendimus ad affirmanda superius, et a negato superiori ueluti per gradus descendimus ad neganda inferiora. Dicuntur tandem metaphysica, qui sunt eadem realiter indiuisibilis essentia, licet a nobis concipiantur ad modum plurium quasi partium constituentium essentiam.

48. Haec autem praedicata, seu gradus metaphysici quadrifariam possunt considerari: primo relate ad essentiam, quia alij constituunt, et dicuntur gradus essentiales, seu quidditatiui, alij consequuntur, et uocantur attributales, seu proprij, et in abstracto proprietates. 2do relate ad se ipsos: siquidem alij se mutuo includunt, et formaliter identificantur inter se, ut definitio, et definitum, alij se mutuo excludunt, et inter se mutuo distinguuntur, ut partes definitionis actualis et virtualis. Alij se includunt non mutuo et ita non mutuo formaliter identificantur, ut definitio, et pars definitionis. 3tio relate ad statum, uel enim considerantur in statu reali, directo seu primo intentionali aut specificatiue, uel spectantur in statu formali reflexo, 2do intentionali aut reduplicatiue. Si primo considerantur ut sunt in ipsa re uocantur dicuntur gradus. Si 2dum considerantur ut sunt in cognitionibus ipsis a quibus repraesentantur. Ultimo relate ad suum quasi subiectum, in quo sunt realiter idem, atque ita considerantur uel ut sunt in Deo, uel ut sunt in creatura.

Ubi notandum praedicata, quae sunt in Deo, esse in duplici ordine, seu genere: nam alia sunt absoluta et tribus Personis communia, sicuti Misericordia, Iustitia, Omnipotentia etc. et haec utpote naturalia ratione naturali Physicus contemplatur. Alia sunt relatiua, et singularum personarum propria ut Paternitas, Filiatio, et Spiratio passiua et haec utpote supernaturalia seu posita supra lumen naturale rationis Philosophus adorat, ac examinanda relinquit Theologo ope luminis supernaturalis, nempe Diuinae Reuelationis.

49. Hinc gradus isti metaphysici tum increati, tum increati absoluti in statu reali sunt res, cuius sunt gradus, in statu autem formali reflexo sunt illa eadem res sub diuersa formali repraesentatione. Sic actualitas et virtualitas Petri realiter sunt idem Petrus, sicut Misericordia, Iustitia, et Omnipotentia Dei realiter sunt ipse Deus. sed formaliter actualitas et virtualitas Petri sunt idem Petrus diuersimode cognitus, seu repraesentatus in ordine 1o ad superiores,

iam ad diversas; sicuti Misericordia, Justitia, et Omnipotentia Dei formaliter sunt ipse Deus diversimode cogniti seu repraesentati iam in ordine ad veniam id est ad ablationem peccati, iam ad creaturas ex nihilo conditas.

50. Hinc autem patet, quid sit idem realiter indistinctum obiective v.g. hominem, Deum etc. formaliter extrinsece a se ipso distingui per diversas cognitiones, v.g. qualitas et rationalitas hominis, Misericordia et Justitia Dei, quia diversae cognitiones Dei et hominis tum a Deo et homine, tum a se mutuo distinguuntur, ut distinguuntur invicem duo specula idem obiectum repraesentantia, tum a se ipsis tum ab obiecto repraesentato. Distingui quia formalis repraesentatio cognitionis qualitatis vel Misericordiae est penitus diversa a formali repraesentatione alterius cognitionis rationalitatis aut justitiae, licet ambae exprimant eundem hominem vel Deum; sicuti formalis repraesentatio Caesaris ut sedentis pro Tribunali facta ab una pictura est penitus diversa a formali repraesentatione eiusdem Caesaris ut imperantis exercitui facta ab alia pictura. Distingui extrinsece quia dictae cognitiones sunt extrinsecae obiecto cognito, et sicuti denominant extrinsece cognitum, ita denominant extrinsece distinctum. Distingui formaliter quia cognitiones praecisivae sunt forma aeque denominans obiectum distinctum, ac cognitum.

## Paragraphus Tertius
## Domesticum Nominalium Controversum.

51. Licet tamen Nominales conveniant in data graduum explicatione, adeoque fateantur unitatem seu identitatem formalem, sicuti pluralitatem seu distinctionem formalem graduum metaphysicorum esse rebus ipsis extrinsecam, tamen ita de gradibus obiectivis loquuntur eorum aliqui, ac si rebus essent intrinseca. Plures itaque illorum docent, in propositionibus identitatem et distinctionem formalem logicam enunciantibus praedicata directe immediate enunciari de rebus ipsis, non sane nude sumptis, sed ut a diversis cognitionibus repraesentatis.

Rem exemplo declaro. Deus immediate comparatus ad veniam formaliter logice distinguitur a se ipso ut aliis cognitionibus comparato ad ultionem, ad creaturas conditas etc., quia in cognitione Dei comparantis ad veniam sola ratio apparet Misericors, ut ex vi praecise talis apparentiae dici possit Deus est Misericors, non autem apparet Justus, Omnipotens, quia venia non est connotatum seu punctum cognoscendi Deum Justum, Omnipotentem; sed connotata istarum cognitionum sunt ultio, creatio ex nihilo. unde aliunde connotato

venia et cognitione Deus Misericors nequeunt affirmari Justitia, et Omnipotentia de Deo sic. Deus est Justus, est Omnipotens.

52. **A**lij tamen sceptici, sed etiam veteres (opinor) docent in dictis propositionibus enunciantibus identitatem, et distinctionem formalem logicam, praedicata immediate ac primario enunciari de cognitionibus exprimentibus objecta, de objectis autem cognitis mediate, et secundario. Hinc dicunt tales propositiones enunciantes dictam identitatem aut distinctionem esse reflexas, quia ipsae non enunciantur directe enunciantes identitatem, et distinctionem realem inter propositionum extrema, v.g.: homo est animal, Petrus non est Caesar: sed in recessu penetrative enunciant attenta sola claritate cognitionis subjecti cognitionem subjecti esse vel non esse sufficienter claram ad directe affirmandum, aut negandum praedicatum de subjecto et faciunt istas reflexas: homo est formaliter logice animal, rationale non est formaliter logice animal, quae reddunt hunc sensum: cognitio homo est satis clara ad judicium directum, homo est animal. Cognitio rationale non est satis clara ad judicium directum rationale est animal.

**D**ixi autem formaliter logice ad indicandas propositiones reflexas enunciantes etc. ut supra. Non tamen dixi formaliter metaphysice, quia sic propositio reflexa enunciaret identitatem formalem metaphysicam, et sensum redderet homo definitur per animal si dixissem homo est formaliter metaphysice animal iuxta numerum trigesimum secundum.

53. **R**atio autem huius est quia identitas, et distinctio formalis logica non sunt in ipsis rebus, quas praecisive cognoscimus sed in cognitionibus praecisivis nunc satis claris, nunc non satis claris ad enunciandam identitatem realem earum contento, aut eorum realem distinctionem iuxta numeros 33 et 38; ergo propositiones reflexae enunciant praedicata, idest identitatem aut distinctionem formalem immediate, directe et primario de cognitionibus ipsis: de secundario vero, ac mediate de rebus cognitis, licet, attento cortice vocum id accidere non videatur. Huius autem doctrinae potior ratio dari non potest, nisi quia definitiones sunt prima, et ultima principia unde oriuntur, et in quae resolvuntur humana raciocinia. Nunc autem praemisso longo apparatu.

54. **O**stendamus primo cum Nominalibus contra Scotistas et Thomistas inter gradus metaphysicos rationales eiusdem rei sufficere omnem distinctionem intrinsecam ad habendam distinctionem formalem extrinsecam eorundem graduum. 2do reiciamus tum distinctionem formalem intrinsecam Scotistarum, tum virtualem controversam Thomistarum. 3tio evertendo omnem obiectionem id ipsum confirmabimus. Ultimo negando praecisionem obiectivam ostendemus cognitiones nostras praecisivas esse duntaxat formaliter, et non obiective partiales. Moneo tamen quod nihil decernemus circa identitatem realem graduum

metaphysicorum quos disputando de creatis rebus separabimus in hisce ad adversarios; sed in quaestam controversiam seponemus quod habet adversariis, ne a quaestione aberremus. Sit itaque

## Caput Secundum

## Ostenditur Superfluitas Omnis Distinctionis Intrinsecae Ad Habendam Distinctionem Fortem Extrinsecam Inter Gradus Metaphysicos Naturales Eiusdem Realiter Indistinctae Rei.

Distinctio Rationis. ratiocinatae

### Paragraphus Primus

### Conclusio Cum Fundamento.

Ad habendam distinctionem rationis ratiocinatae inter ...os naturales eiusdem realiter indistinctae rei superfluit omnis intrinseca ...m Nominalibus contra Thomistas, et Scotistas.

### Fundamentum.

Distinctio rationis ratiocinatae seu formalis extrinseca circa ...s naturales eiusdem rei est multiplex diversa cognitio eiusdem indistinctae rei ...e; sed ad habendam multiplicem diversam cognitionem eiusdem indistinctae ...re superfluit omnis intrinseca distinctio; ergo ad habendam etc. Maior patet; ...ctionis datae n.º 39 et ex Paragrapho primo Sectionis 3tiae. Consequentia est forma... ...r itaque minor. Multiplex cognitio eiusdem indistinctae rei eam repraesentans in ...notata est multiplex diversa cognitio eiusdem indistinctae rei cum fronte inre ... ...e citato; sed ad habendam multiplicem cognitionem eiusdem indistinctae rei repraesen... ...ad diversa connotata superfluit omnis intrinseca distinctio; ergo ad habendam multi... cognitionem eiusdem indistinctae rei cum fronte in re superfluit omnis etc.

Maior praeterea ostenditur exemplo cognitionum eiusdem realiter ...nim cognitiones hominis animalitas et rationalitas. item Omnes cognitiones Dei Miser... ...ipotentia. iam cognitio animalitas repraesentans hominem in ordine ad sensiones; ... repraesentatione formali a cognitione rationalitas repraesentante eundem in ...m, quia prima exhibet hominem ut causam sensionum et secunda ut causam discursus. ...isericordia repraesentans Deum in ordine ad veniam est formaliter diversa a ... repraesentante eundem in ordine ad actionem, sicut a cognitione Omnipotentia

veniat et cognitione Deus Misericors nequeunt affirmari Justitia, et Omnipotentia de Deo
sic: Deus est Justus, est Omnipotens.

§2. Alij tamen sophistici, sed etiam veriùs (opinor) docent in dictis propositionibus
enunciantibus identitatem, et distinctionem formalem logicam, prima immediatè ac primariò enunciari de
cognitionibus exprimentibus objecta, de objectis autem cognitis mediatè, et secu
propositiones enunciantes dictam identitatem, aut distinctionem esse reflexas, quia
enunciantes veritatem, et distinctionem realem inter propositionum extrema, ut
est Cæsar: sed in neque penetrante enunciant attenta sola claritate cognitionis
subjecti, vel non esse sufficienter claram ad directè affirmandum, aut negando
faciunt esse reflexas. homo est formaliter logicè animal rationale non est formali
reddunt: homo sensus cognitio hominis est satis clara ad iudicium directe
rationale non est satis clara ad iudicium directum rationale est animal

Dixi autem formaliter logicè ad indican
enunciantes etc. ut supra. Non tamen dixi formaliter metaphysicè, quia
enunciari identitatem formalem metaphysicam, et sensum redde
animal si dixissem homo est formaliter metaphysicè animal iuxta numeru

§3. Ratio autem huius est quia identitas, et d
non sunt in ipsis rebus, quas præcisivè cognoscimus sed in cognitionibus præcis
non satis claris ad enunciandam identitatem realem earum cum [illegible], aut conv
numeros 33, et 38, ergo propositiones reflexæ enunciant primò idest identitatem
immediatè, directè et primariò de cognitionibus ipsis: de secundario vero, ac me
attento cortice vocum id accidere non videatur. Huius autem doctrinæ potior rat
definitiones sunt prima, et ultima principia unde oriuntur, et in quæ resolvu
Nunc autem premisso longo apparatu.

§4. Ostendamus primo cum Nominalibus contra S
gradus metaphysicos rationes eiusdem rei separabiliter omnem distinctionem intri
distinctionem formalem extrinsecam eorundem graduum. 2do reiciemus tum disti
secam Scotistarum, tum virtualem controversam Thomistarum. 3tio exortendo.
confirmabimus. Ultimo negando præcisionem objectivam ostendemus cognition
taxat formaliter, et non objectivè particulares. Moneo tamen quod nihil decernemus ci

metaphysicorum quos disputando de gradibus rebus exemplabimus intrinsecos aut adversarii, sed in gratiam controversiae supponemus quod libet adversariis, ne a quaestione aberremus. Sit itaque

# Caput Secundum
## Ostenditur Superfluitas Omnis Distinctionis Intrinsecę Ad Habendam Distinctionem Fortem Extrinsecam Inter Gradus Metaphysicos Naturales Eiusdem Realiter Indistinctae Rei.
### Paragraphus Primus
### Conclusio Cum Fundamento.

55. Ad habendam distinctionem rationis ratiocinatae inter gradus Metaphysicos naturales eiusdem realiter indistinctae rei superfluit omnis intrinseca distinctio. Ita cum Nominalibus contra Thomistas, et Scotistas.

### Fundamentum.

Distinctio rationis ratiocinatae seu formalis extrinseca circa gradus metaphysicos naturales eiusdem rei est multiplex diversa cognitio eiusdem indistinctae rei cum fundamento in ipsa re; sed ad habendam multiplicem diversam cognitionem eiusdem indistinctae rei cum fundamento in re superfluit omnis intrinseca distinctio; ergo ad habendam etc. Maior patet ex definitione distinctionis datae n.° 39 et ex Paragrapho primo Sectionis 3tiae; consequentia vero forma est legitima. Probatur itaque minor. Multiplex cognitio eiusdem indistinctae rei eam repraesentans in ordine ad diversa connotata est multiplex diversa cognitio eiusdem indistinctae rei cum fundamento in re, ut patet ex loco mox ante citato. sed ad habendam multiplicem cognitionem eiusdem indistinctae rei repraesentantem ipsam in ordine ad diversa connotata superfluit omnis intrinseca distinctio; ergo ad habendam multiplicem diversam cognitionem eiusdem indistinctae rei cum fundamento in re superfluit omnis etc.

Maior praeterea ostenditur exemplo cognitionum eiusdem realiter indistinctae rei. Sint enim cognitiones hominis animalitas et rationalitas; item sint cognitiones Dei Misericordia, Iustitia, Omnipotentia. iam cognitio animalitatis repraesentans hominem in ordine ad sensiones est diversa in sua repraesentatione formali a cognitione rationalitatis repraesentante eundem in ordine ad discursum, quia prima exhibet hominem ut causam sensionum, et 2da ut causam discursus. Pariter cognitio Misericordiae repraesentans Deum in ordine ad veniam est formaliter diversa a cognitione Iustitiae repraesentante eundem in ordine ad ulcionem, sicut a cognitione Omnipotentiae

F1

repraesentante illum in ordine ad conotata creaturas, quia formaliter repraesentat prima Deum ut causam veniae, seu parcentem, 2da ut causam ultionis, et 3tia ut causam creaturarum quae, mentales imagines hominis, et Dei sunt aeque formaliter diversae, ac sunt duae picturae eiusdem Principis, quarum una repraesentat illum ut sedentem pro tribunali, et altera eundem exprimit ut imperantem exercitui. Idem cum proportione dico de qualibet alia simili eiusdem rei cognitione.

Nunc ostenditur etiam minor 2di syllogismi: Ad habendam multiplicem cognitionem formaliter diversam eiusdem indistinctae rei repraesentantem istam in ordine ad diversa conotata sufficit sola conotatorum diversitas; ergo ad habendam etc. superfluit omnis intrinseca distinctio. Probatur antecedens: Habitis diversis conotatis eiusdem indistinctae rei (adeo diversis, ut diversis ideis, et differentiis) intellectus obiective movetur seu determinatur ad multas formaliter diversas cognitiones eiusdem rei, ut patet ex conotatis sensationes, et diversis moventibus intellectum ad diversas hominis cognitiones rationalis, et visibilis, sicut patet ex conotatis venia, ultio, creatio moventibus intellectum ad cognitiones Dei ut Misericordia, Iustitia, Omnipotentia formaliter diversas; ergo ad diversam etc. prosequor inferendo antecedens, ergo ad habendam etc. superfluit omnis intrinseca distinctio.

56. Neque dicant Adversarii hanc conotatorum diversitatem supponere distinctionem obiecto intrinsecam; nam hoc est falsum, donec ab illis positive non probetur oppositum, quia in rebus nulla est admittenda distinctio intrinseca absque vero positivo fundamento iuxta illud: Non sunt multiplicanda entia sine necessitate seu frustra, et etiam sine ratione sufficiente; ergo sicuti absque necessitate nulla est admittenda distinctio realis intrinseca, per quam ipsae res multiplicarentur; ita absque necessitate nulla est admittenda distinctio intrinseca formalis, aut virtualis, per quam obiective multiplicantur formalitates aut virtualitates rerum; ergo etc. Nunc autem audiamus Adversarios opponentes ex diversitate cognitionum tum ex obiecto cognito, tum ex intellectu cognoscente, ex quibus capitibus frustra laborant in probanda necessitate mediae intrinsecae distinctionis ad habendam distinctionem formalem extrinsecam.

## Paragraphus Secundus
## Obiectiones ex Primo Capite.

57. Opponunt itaque ex primo: Distinctio rationis ratiocinatae est multiplex formaliter diversa cognitio eiusdem indistinctae rei; sed multiplex formaliter diversa cognitio eiusdem etc. haberi non potest absque distinctione obiecto intrinseca; ergo distinctio rationis etc. haberi non potest absque distinctione obiecto intrinseca. Maior patet ex dictis, probatur minor: Multiplex formaliter diversa cognitio eiusdem indistinctae rei est multiplex idea partialis eiusdem rei; sed multiplex idea partialis eiusdem rei

haberi non pt absq distinctione obiecto intrinseca. ergo multiplex formaliter diversa cognitio etc. haberi non pt absq etc. Maior iterum patet, probatur mi: Parcialitas idearum consistit in hoc qd una repraesentet unum, et alia repraesentet aliud eiusdem rei attributum, sed absq distinctione obiecto intrinseca haberi non possunt ideae formales, quarum una repraesentet unum, et alia repraesentet aliud eiusdem rei attributum, ergo absq distinctione obiecto intrinseca haberi non possunt ideae partiales, ergo multiplex ideas partialis eiusdem rei haberi non pt absq distinctione obiecto intrinseca.

58. Confirmatur pmo. ab absurdo. Si huma mens absq distinctione obiecto intrinseca extrinsece distingueret, fingeret; consequens est absurdum. ergo et antecedens. Probatur sequela maioris. Fingere est intentionaliter tribuere obiecto, qd in se non habet a parte rerum; sed si humana mens absq distinctione obiecto intrinseca per ideas partiales obiectum extrinsece distingueret intentionaliter tribueret obiecto qd in se non habet a parte rerum; tribueret enim actualem distinctionem qm in se non habet; ergo si humana mens absq etc. fingeret.

Confirmatur 2do Data nostra sententia nulla cognitio foret clarior alia. hoc est certo falsum; ergo et illud. Probatur ma: qd una cognitio sit clarior alia consistit in eo, qd una attingat plura obiecti attributa qm alia; sed data nostra sententia nulla cognitio attingit plura obiecti praeter qm alia, quaelibet enim velut totum obiectum utpote indivisibile, vel nihil attingit obiecti ergo data etc. nulla esset clarior alia. Confirmatur 3tio. Quaelibet cognitio esset comprehensiva obiecti. Probatur hoc absurdum. Ex S. Augustino, et Thoma comprehensio obiecti est, quae totum attingit obiectum, seu qm nil latet obiecti; sed data nostra sententia quaelibet cognitio totum cognosceret obiectum, et nullum adaequate lateret obiecti; ergo quaelibet cognitio esset comprehensiva obiecti. Nunc

59. Respondeo ad obiectionem concessa ma: negando mi: ad huius probationem distinguo ma: multiplex etc: est multiplex idea formaliter partialis eiusdem rei concedo obiective partialis etc: nego ma: et distinguo mi: sed multiplex idea obiective partialis eiusdem rei haberi non pt absq distinctione obiecto intrinseca concedo, formaliter partialis etc: nego mi: et consequentiam. Ad probationem minoris distinguo ma: Obiectiva partialitas idearum consistit in hoc, qd una repraesentet unum, et alia aliud eiusdem rei attributum concedo: partialitas formalis idearum etc: nego ma. et distinguo mi sed absq distinctione obiecto intrinseca haberi nequeunt ideae obiective partiales quarum una etc. concedo, ideae formaliter partiales quarum una etc. nego minorem, et consequentiam

Sicuti duplex est idea formalis, seu cognitio adaequata, aut totalis obiecti, ita duplex est idea inadaequata, seu partialis eiusdem. nam alia est idea obiective adaequata, et

alia formaliter adaequata. Obiective adaequata est quae totum attingit obiectum, formaliter vero adaequata est, quae humano modo perfectam habet notitiam obiecti: sic cognitio animal rationale est idea obiective adaequata, quia ex parte obiecti penitus totam attingit hominis realitatem, seu naturam humanam; item est formaliter adaequata quia humano modo perfectam affert notitiam essentiae metaphysicae hominis, ut faciunt bonae definitiones rerum.

Ita cognitio obiecti alia est obiective, et alia formaliter partialis. Obiective partialis est, quae unam tantum partem obiecti attingit, et non alias: at haec supponit in obiecto esse plures partes intrinsece distinctas, quarum una possit attingi sine alia. Cognitio autem formaliter partialis est, quae licet totum realiter attingat obiectum, imperfectam affert notitiam illius, quia ex n.° 29 est cognitio ita attingens obiectum in ordine ad certum conceptum, ut licet omnes eius perfectiones obiective attingat, attenta tamen eius repraesentatione, unica possit affirmari: unde cognitio animalitas repraesentans hominem est formaliter partialis, quia ita imperfecte repraesentat illum, ut attenta eius formali expressione de homine solum dici possit homo est animal. Fundamentum cognitio animalitas obiective partialis, si animalitas in se ipsa distingueretur a rationalitate, aliisque perfectionibus identificatis cum humana natura, quas attingit cognitio animalitas, licet imperfecte exhibeat.

60. Iam vero ad habendam distinctionem nostram formalem necessariae quidem sunt cognitiones seu ideae formaliter partiales, quia debent sub diversa formali expressione repraesentare obiectum, sicut duae diversae Caesaris picturae ex n.° 50 diversimode exhibent Caesarem; ergo debent imperfecte repraesentare obiectum, quia si perfecte illud repraesentarent non essent in formali expressione obiecti diversae; ergo cognitiones quae sunt distinctio formalis obiecti extrinseca, debent esse formaliter partiales. Contra ad dictam distinctionem habendam non sunt necessariae cognitiones obiective partiales, quia licet omnis cognitio ex parte rerum totum attingat obiectum, adeoque nulla sit obiective partialis, attamen quaelibet illud imperfecte repraesentat, adeoque est formaliter partialis; ergo licet absque distinctione obiecti intrinseca haberi nequeant ideae obiective partiales, tamen haberi possunt ideae formaliter partiales, quae sunt distinctio formalis extrinseca eiusdem indistinctae rei. Neque est ulla repugnantia in hoc, quod dictae cognitiones formaliter partiales sint obiective adaequatae, quia utraque adaequatio et partialitas habentur in statu diverso ex dictis. Sed

61. Urgebis. Partialitas formalis idearum infert partialitatem obiectivam, et formalis adaequatio idearum infert obiectivam adaequationem; etenim idea nequit esse formaliter adaequata respectu obiecti nisi obiectum sit adaequatum respectu ideae, ita idea nequit esse formaliter

partialis respectu obiecti, nisi istud sit partiale respectu ideæ, ergo si ex dictis ideæ obiectivè partiales haberi nequeunt absque distinctione obiecti intrinseca, nec possunt haberi ideæ formaliter partiales. 2do Sicut possex inæqualitas unius cum alio corpore necessario infert inæqualitatem alterius, ergo etiam partialitas idearum necessario infert partialitatem obiecti.

Respondeo ad primum dissimulato falso supposito, quod sit possibilis partialitas obiectiva in re a qua exulat omnis intrinseca distinctio negando antecedens; inde concedo, ideas formaliter adequatas inferre totalitatem obiecti, sed postea nego, ideas formaliter partiales inferre partialitatem obiecti, sicuti implicitam probationem. Disparitas est, quia adequatio formalis idearum est denominatio exclusiva partialitatis obiecti, nam idea formaliter adequata representat essentialia obiecti attributa in ratione totius, ergo ad sui veritatem exigit, ea posita esse in obiecto representato; ergo excludit partialitatem obiecti, ergo connectitur cum adequatione obiecti; ergo infert eandem. E contra formalitas partialis idearum est denominatio præcisiva tum partialitatis, tum totalitatis obiecti, quia idea formaliter partialis exprimit unum vel aliud obiecti attributum; ergo ad sui veritatem solum exigit, dictum attributum esse in obiecto præscindendo ab aliis, quæ sive sint in obiecto sive non, impertinenter se habent ad eius exigentiam, ergo præscindit tum a partialitate, tum ab adequatione obiecti partialitas formalis idearum; ergo non connectitur cum partialitate obiecti; ergo istam non infert; ergo licet etc. Eadem est disparitas alterius paritatis, quia inæqualitas unius cum alio excludit eorum æqualitatem inter se; ergo connectitur, et infert alterius inæqualitatem.

62. Ad primam confirmationem nego maiorem ad probationem primo respondeo primo retorsione petita a cognitione, quæ non est in obiecto cognito ab intellectu. 2do directe respondeo distinguendo maiorem: fingere est intentionaliter signate tribuere obiecto quod in se non habet a parte rerum concedo: est intentionaliter exercite tribuere obiecto quod etc: nego maiorem et distinguo minorem: sed si mens etc: intentionaliter exercite tribuerent obiecto quod in in se non habet etc: concedo: intentionaliter signate tribuerent obiecto quod etc. nego minorem et consequentiam. Tribuere obiecto intentionaliter signate distinctionem quam in se non habet est affirmare, vel exprimere in obiecto distinctionem, quæ in eo revera non est: et hoc est fingere. E contra intentionaliter exercite tribuere obiecto distinctionem quam non habet in se est præcise per diversas cognitiones sibi diversimode representare obiectum, quod non est fingere; sed humana mens cum sæpe distinguens obiectum carens omni distinctione intrinseca ne affirmat nec exprimit in illo distinctionem quam non habet, sed illud solum diversimode cognoscit, sibique representat; ergo non fingit.

63. Ad 2dam confirmationem nego maiorem: ad probationem iterum nego maiorem:

ne dicam nego suppositum, quod sit obiectiva graduum pluralitas in obiecto indivisibili. Haec autem maior posset etiam sic proponi: quod una cognitio sit clarior alia consistit in hoc quod una magis cognoscat obiectum quam alia: quae sic proposita debent ita distingui: quod una magis intensive cognoscat obiectum quam alia concedo. magis extensive cognoscat etc. nego. Magis extensive cognoscere obiectum, est plures obiecti partes aut perfectiones cognoscere, sicut cognoscere minus extensive est cognoscere pauciores. E contra cognoscere magis intensive obiectum est illud cognoscere cognitione clariori, sicuti minus intensive cognoscere est cognoscere cognitione minus clara. Cognitio autem clarior obiecti indivisibilis non differt a minus clara per hoc, quod ea attingat plura prorsus obiecti quam ista; sed differt per hoc quod ea magis discernat obiectum ab iis, cum quibus confundi potest, a quibus minus discernit minus clara. Hoc autem fit mediis ideis adventitiis magis, aut minus perfectis, seu conceptibus magis, aut minus universalibus, quae sunt obiecta motiva clariorum, aut obscuriorum idearum formalium, licet ipsae inter se sint extensive aequales. Quomodo autem id accidat, ostendo.

64\. Sint cognitiones eiusdem hominis rationale, animal, vivens. Prima determinatur a conceptu specifico discursus dependentis a sensibus. 2da a conceptu generico sensiones. 3tia vero a conceptu adhuc magis generali vegetationis. Jam vero licet omnes totum hominem obiective attingant, ideo omnes eius perfectiones realiter identificatas, prima tamen ipsa cognitio rationale est clarior aliis duabus, quia referens hominem ad conceptum specificum discursus discernit hominem a brutis, et plantis. 2da ipsa cognitio animal est clarior 3tia, quia referens hominem ad conceptum genericum proximum sensiones discernit hominem a plantis. 3tia ipsa cognitio vivens est minus clara utraque, quia referens hominem ad vegetationem conceptum adhuc magis commune discernit hominem a solis corporibus inanimatis; ergo licet una cognitio magis extensive non attingat obiectum quam alia, quia tamen una magis intensive cognoscit quam alia, una est clarior alia.

Quid ergo mirum, si fallacia consequentis a contradictorio antecedentis ad contradictorium consequentis ipsa ista: In nostra sententia nulla cognitio est extensive clarior alia; ergo nulla est clarior alia; quae est similis huic: non est homo; ergo non est animal; ut enim ista a negatione speciei infert negationem generis; ita illa a negatione claritatis specificae infert negationem omnis maioris claritatis in genere. Quid, inquam, mirum, si fallacia non roborat sententiam adversariam. Ceterum argumentum illud premit adversarios si opponatur efficax, nam certo divinus intellectus clarius cognoscit unam formalitatem, aut virtualitatem quam humanus. attamen divinus magis extensive eam non cognoscit; ergo maior, aut minor idearum claritas non semper oritur a minori, aut ..

maiori cognitione extensione, quae est impossibilis, ubi earum obiecta carent partibus.

65. Ad ultimam nego primam propositionem, ad probationem distinguo maiorem: comprehensio obiecti est quae totum cognoscit obiectum, seu quam nil latet obiecti, idest quae aequat mensuram cognoscibilitatis obiecti, seu clare distincteque repraesentat omnia tum absoluta, tum relativa quae conveniunt, et non conveniunt obiecto concedo; quae totum cognoscit obiectum, seu quam nil latet obiecti, idest quae attingendo unam perfectionem ratione identitatis attingit omnes perfectiones obiecti nego maiorem et distinguo minorem: sed data nostra sententia quaelibet cognitio totum attingeret obiectum, et nullum aliquid laberet obiecti, idest attingendo unam perfectionem ratione identitatis attingeret omnes perfectiones obiecti concedo, idest aequaret mensuram cognoscibilitatis obiecti, seu clare distincteque repraesentaret omnia etc. quae conveniant, et non conveniant obiecto, nego minorem, et consequentiam.

66. Sanctus Augustinus, quem sequitur Angelicus quaestione 14. ex 83 docet, comprehendi obiectum, quod videntis cognitione finitur. et epistola 112. totum comprehendi videndo, quod ita videtur, ut nil illius lateat videntem, aut cuius fines circumspici possunt; ergo cognitio comprehensiva ex S. Doctore ita clare et distincte repraesentat omnia convenientia, vel repugnantia obiecto, ut finiat ipsum; sed cognitio praecisiva, quae attingendo unam perfectionem ratione identitatis attingit omnes obiecti perfectiones, clare distincteque non repraesentat omnia etc. ergo non est cognitio comprehensiva. ergo ad comprehensionem obiecti non sufficit cognitio totius obiecti, sed requiritur talis, ac tanta cognitio obiecti, ut illud exprimat quoad omnia tanta claritate, quanta meretur, aut potest cognosci ut dici possit obiectum videntis cognitione finiri. Hinc primo excludit ab humano intellectu cognitio comprehensiva.

Secundo duplex est etiam totalitas comprehensionis una obiectiva, seu materialis, quae convenit etiam apprehensionibus praecisivis attingentibus ex parte rerum totum indivisibile obiectum, et alia est totalitas formalis comprehensionis propria, quae est magna illa claritas, qua cognitio ita repraesentat omnia obiecto convenientia, ut reddat cognitionem obiecti in sua linea perfectissimam. Hinc tertio obiecti cognoscibilitas est attributum eidem intrinsecum; quare abstractiva cognitione attingente totum obiectum attingitur quidem tota cognoscibilitas obiecti totalitate materiali, non autem totalitate formali comprehensioni propria.

## Paragraphus Tertius.
## Obiectiones ex Secundo, et Tertio Capite.

67. Opponunt primo ex 2do capite. Nulla habita distinctione obiecto intrinseca obiectum est semper idem relative ad omnem cognitionem, ergo fundare non potest ex rationes formaliter

partiales, seu diversas, quae sunt distinctio formalis extrinseca. Probatur conseq. Cognitiones specificantur ab obiecto; ergo idem obiectum fundare non potest diversas cognitiones; ergo cognitiones diversae requirunt diversum obiectum; ergo si obiectum est semper idem etc. fundare non potest ideas formaliter partiales. Confirmatur. Magis et minus non variant speciem; sed cognitiones eiusdem penitus obiecti solum differunt secundum magis et minus, per maiorem et minorem claritatem; ergo dictae cognitiones non differunt specie, ergo nequeunt esse diversae, seu formaliter partiales.

Respondeo distinguendo antecedens: Obiectum materiale terminativum est semper idem relative ad etc. concedo; formale motivum est etc. nego antecedens et consequentiam. Obiectum materiale terminativum cognitionum ex n.° 45 est, quod terminat cognitiones, dicitur cognosci. Formale motivum vero cognitionum ex eodem n.° est, quod movet seu determinat intellectum ad cognitiones. Iam vero negata omni distinctione intrinseca in obiecto cognito necesse est, quod obiectum materiale terminativum sit semper idem relative ad omnes cognitiones talis obiecti, quia ipsas omnes terminant semper ad eadem intrinsece indistincta obiecti puncta, quae attingunt; sed hinc non sequitur, quod debeat etiam obiectum formale motivum omnium cognitionum esse semper idem, nam cum unum idemque obiectum materiale habeat varia et diversa connotata, quae sunt obiecta motiva cognitionum, potest mediis ipsis fundare, movere seu determinare intellectum ad diversas sui cognitiones, ut facit idea hominis mediis sensione et discursu movendo intellectum ad diversas cognitiones animalitatis et rationalitatis; ergo etc.

66. Ad probationem negatae consequentiae distinguo illud axioma. Cognitiones intrinsece specificantur ab obiecto nego antecedens, extrinsece subdistinguo: extrinsece sufficienter specificantur concedo, extrinsece necessario nego antecedens et consequentiam. Specificatio cognitionum est earum distinctio specifica; unde cognitiones specificari ab obiecto significat specificam earum distinctionem oriri ab obiecto. Hoc tamen cognitionum specificativum aliud est intrinsecum, nempe ipsa cognitionum tendentia in obiectum, seu formalis repraesentatio obiecti essentialis cognitioni, et aliud est extrinsecum, quod triplex est, nempe obiectum materiale terminativum, obiectum formale motivum earundem, et potentia a qua producuntur cognitiones.

Iam vero, in casu, licet sit idem obiectum materiale terminativum omnium cognitionum, eademque potentia remote spectata, tamen non est idem obiectum formale motivum omnium cognitionum, quae a diversis connotatis, et variis ideis adiacentibus determinantur, nec idem est specificativum intrinsecum cognitionum, quae habent diversam formalem repraesentationem obiecti terminativi, nec est eadem potentia proxime spectata a qua fiunt; ergo dictae cognitiones possunt specie differre tet

ratione intrinseci, tum extrinseci specificativi, licet sit semper idem obiectum materiale terminativum, ergo licet ipsum non fundet specificativam cognitionum diversitatem, hanc tamen fundat specificativum intrinsecum, obiectum formale motivum et proxima potentia activa cognitionum. Quare adversarius uterque eo prologuio renovat fallaciam consistentem a negatione diversi specificativi materialis ad negationem cuiuslibet specificativi. Sit felix axiomatis usus, fructus est ignorati, aut neglecti dialectice.

69\. Ad confirmationem nego primo maiorem, quia licet omittatur quod magis, et minus per unionem non variant speciem, magis tamen et minus per identitatem variant speciem, quia magis, et minus per identitatem secum trahunt essentialem dissimilitudinem, a qua repetitur differentia specifica rerum, ut pro nunc postulo ex Ontologia. 2do dissimulata maiore, nego minorem, quia cognitiones formaliter partiales eiusdem obiecti materialis terminativi sunt specie diversae; ergo si magis, et minus non variant speciem, dictae cognitiones non differunt idem magis, et minus. Nec identitas causae obiectivae materialis infert identitatem specificativam effectuum; sicut hanc non infert identitas causae efficientis. 3do licet causa materialis obiectiva cognitionum sit una, multiplex tamen, et diversa est causa formalis motiva earum; ergo etc.

70\. Oppones ultimo ex 3tio capite. Nequit agens, seu causa variare agere circa passum, nisi multiplex agens vel passum varietur. Idem manens idem semper facit idem, sed in casu plurium diversarum cognitionum eiusdem penitus obiecti eadem est causa cognitionum, nempe intellectus; hic enim mutatur. Idem praeterea est obiectum; secus non essent diversae cognitiones eiusdem, sed diversarum rerum; ergo nequit intellectus variare agere, idest diversas cognitiones eiusdem obiecti producere; ergo ut ipsum diversimode cognoscat, opus est distinctione intrinseca partium obiecti.

Respondeo primo tum maiorem, tum axioma in eius probatione adductum esse falsa in causa libera, quae ex vi suae libertatis eadem manens potest idem obiectum amare, odisse, vel neutrum. Quod si maior, et axioma contrahantur ad causas necessarias, tunc omissis illis, distinguo minorem: sed in casu etc.: eadem est causa cognitionum, nempe intellectus in actu primo remoto, et idem est obiectum terminativum, concedo, eadem causa, nempe intellectus in actu primo proximo, et idem est obiectum formale motivum, nego minorem, et consequentias.

71\. Causa, idest in casu intellectus in actu primo remoto est potentia rationalis activa cognitionum carens praerequisitis, idest concursibus, speciebus, advertentiis, aliisque rebus necessariis ad eliciendas cognitiones obiecti, quae potentia rationalis cum non multiplicetur, intellectus remote spectatus manet idem. Contra causa cognitionum

in actu primo proximo est eadem potentia vitalis habens praerequisita, nempe condata, ideas adventitias, et alia necessaria ad producendas diversas obiecti cognitiones.

Iam vero ergo mutantur ideae adventitiae et condata licet non mutetur obiectum terminativum, et potentia vitalis remote spectata, mutantur tamen obiectum formale motivum, et potentia vitalis proxime considerata transiens ab actu remoto ad actum primum proximum diversimode cognoscendi obiectum; sed ergo mutantur obiectum motivum, et intellectus nec est idem intellectus, nec idem obiectum et ergo nec est idem intellectus, nec idem obiectum sit intellectus varie agere circa obiectum; quia si idem manens in se semper facit idem, idem non manens idem non facit idem; ergo ex ipso argumento adversario intellectus sit diversimode cognoscere idem obiectum, negata in isto omni distinctione intrinseca. Hinc patet, quomodo habeatur distinctio formalis extrinseca, reiecta omni intrinseca distinctione.

Sed reviviscet hic Semidoctorum insolentia, qui rationibus iisdem, quibus doctrina famam sperare sibi etiam tuentur, audacia nempe et errore aliorum.... Sic resurget obtrectatio quorundam hominum, qui cum eloquiis brevis gravioribus doctrinis irascerentur, et literalis eorum ridiculi instarentur, suum in me stomacum evomuerunt quod vocis atque scriptis cunctim severiorum artium excitatorum supplicabantur, suisque vitiis mihi per summam imprudentiam tribuitis, meam tenuem qualemcunque operam studiis eruere (Caietan Cl. Vincentius Gravina de instauratione studiorum ad Clementem Undecimum initio orationis primae) studiis, inquam, eruere conabantur confidenter blaterantes, et veluti blaterantes ex tripode contra meam methodum docendi vos statim post Philosophiam Rationalem apprehensiones praecipuas, imo contra istas potissimum linguam acuunt, quia ignorant eas inanem sophisticam appellantes, ac crudele martirium Adolescentium.

Verum hos latrantes canes, qui adversum me rapido ore deseviunt et circumeunt Civitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahunt (verba sunt Doctoris Maximi S. Hieronimi in Prologo Galeato) hos, inquam, latrantes canes non curo, latrant quippe, sed mordere non possunt; imo ulterius paccatoque animo prosequor docendo vos varia ac solida principia expertus eorum fructum per septem biennia, ac principum Europae studiorum exemplo motus; monet quippe Salamon Prudentiae tuae ne innitaris, quo monito vos etiam continebo, ne Adversariis immittemini qui veluti Aridi Botuli per omnia vagantur fastidiosi Quam displicet solum, me vel nolentem mea deffendere pauca haec retulissem

Sed interim animum retrahat, ac consoletur dictum illud: Licet innocenti neo culpa pandere nocentis accusatoris. Nos igitur prosequamur.

# Caput Tertium

## Reiiciuntur Distinctiones Formales ex Natura Rei, Et Virtualis Controversa.

## Sectio Prima.

## De Necessariis et Fundamento Conclusionis

### Paragraphus Primus

### De Necessariis ad Conclusionem.

72. Totius praesentis materiae nodus contra Scotistas et Thomistas in eo positus est, ut cum Nominalibus primo impugnemus, ac reiiciamus eorum intrinsecas distinctiones inter gradus metaphysicos naturales, et inde solutione obiectionum magis ostendamus eas superfluere, et omnia, quae opponunt salvari sola distinctione formali extrinseca. Id autem ut recto ordine fiat

Adverto Scotistas inter gradus metaphysicos docere quandam distinctionem, quam vocant formalem intrinsecam, seu ex natura rei. Dicunt autem primo formalem, quia non est inter res ipsas sed inter rerum formalitates: 2do intrinsecam, et ex natura rei, quia absolute independens ab intellectu et existens inter formalitates rerum antecedit distinctionem rationis tamquam ipsius fontem. Nomine rei intelligunt Scotistae, quod propria existentia existit, ac per efficientiam ad ipsum terminatam producitur (loquendo de rebus creatis) Nomine vero formalitatis intelligunt rationes obiectivas adaequate se conceptibiles, quae non habent propriam, sed existentiam rei, quam ipsae formalitates per identitatem realem constituunt.

Exemplum repetamus a Petro eiusque gradibus metaphysicis. Petrus itaque est res, quia propria existentia existit et actione ad ipsum terminata producitur; animalitas vero et rationalitas Petri sunt formalitates, quia existunt sola existentia Petri, et actione ad Petrum terminata producuntur. Istae formalitates sunt rationes obiectivae adaequate se conceptibiles, quia obiective habent proprium respective conceptum, seu definitionem, quae illis duntaxat convenit, easque perfecte explicat, quales sunt conceptus, seu definitiones animalitatis et rationalitatis, item causae sensationum, et causae discursus, quae illis solis conveniunt perfecteque exponunt easdem. Et tamen analogice dicuntur formalitates analogia derivata a forma physica, quae sicut perficit ac complet subiectum suum physicum in esse compositi physici, ita illae perficiunt ac complent subiectum

suam metaphysicam in esse compositi metaphysici, ipsum per identitatem constituunt; unde etiam vocant illas aliquitates, quia non sunt aliqua res, sed aliquid rei.

73. Ut ergo Scotistae statuunt esse distinctionem formalem intrinsecam, seu ex natura rei ubi sunt plures eiusdem rei formalitates cum ipsa re identificatae, unde distinctio formalis ex natura rei est minor distinctione reali et ideo componitur cum identitate reali, sed est maior distinctione rationis, quae non est in re, sed in intellectu. Quapropter P. Mastrius definit formalitates, distinctionem formalem ex natura rei eiusque oppositam identitatem formalem intrinsecam sic: Formalitates sunt rationes obiectivae seu se conceptibiles. Distinctio formalis ex natura rei est ratio formalis qua unum non est aliud in sua ratione obiectiva. Identitas formalis ex natura rei est ratio formalis qua unum non est aliud in sua ratione obiectiva. Ea ergo sunt formaliter idem ex natura rei quae habent eandem definitionem obiectivam, sicuti Petri et Pauli naturae etc.; ea enim sunt formaliter ex natura rei distincta quae habent diversas definitiones obiectivas, ut animalitas et rationalitas Petri iuxta Scotistas.

74. Hinc iuxta eosdem sicuti identitas realis facit ut unum sit aliud simpliciter, et distinctio realis facit ut unum simpliciter non sit aliud; ita identitas formalis ex natura rei facit ut unum sit aliud secundum quid, idest in sua ratione obiectiva, et distinctio formalis ex natura rei facit ut unum non sit aliud secundum quid, idest in sua obiectiva definitione. Hi autem subdunt duo signa distinctionis formalis intrinsecae. Primum est: ea ex natura rei distinguuntur quorum unum non est aliud in sua ratione obiectiva. Secundum est: Item ea quae independenter ab intellectu verificant sustinent praedicata contradictoria; sed gradus metaphysici naturales (subsumunt Scotistae) non sunt unum in sua ratione obiectiva, et verificant sustinent praedicata contradictoria; ergo ex natura rei distinguuntur.

75. Sed primum signum est peculiare ac proprium solius distinctionis formalis Scotisticae, quod eruunt ex dicto Aristotelis: Quae habent diversam definitionem distincta sunt, nec duas eiusdem definitiones possibiles esse. Secundum vero distinctionis formalis signum commune est etiam distinctioni virtuali intrinsecae Thomistarum, quod simul collatis consiliis Thomistae et Scotistae deducunt ex principio contradictionis: Impossibile est idem simul esse et non esse, neque idem verificare, seu verificare sustinere praedicata contradictoria; sed gradus metaphysici verificant sustinent praedicata contradictoria (ita simul subsumunt Thomistae et Scotistae), inde inferunt diversas conclusiones (inferunt enim Scotistae ergo datur inter eos distinctio formalis ex natura rei; dicunt vero Thomistae ergo datur inter illos distinctio virtualis). An alterutrum, aut neutrum recte inferat, patebit ex hoc capite.

76. Thomistae vero undique contra Scotistas negant distinctionem

actualem intrinsecam inter gradus metaphysicos, cuius loco admittent distinctionem virtualem intrinsecam, quam dicunt primo intrinsecam, quia non est in intellectu sed in ipsa re, 2do virtualem, quia non est actu, sed sola virtute in re ipsa, quare appellari posset actualis identitas graduum metaphysicorum equivalens actuali eorum distinctioni, et prestans ea, quae prestant si esset actualis eorum distinctio. Ad explicandam autem hanc suam distinctionem assumunt equivalentiam quam habet res una indivisibilis pluribus aliis realiter distinctis rebus. Haec equivalentia tamen bifariam spectari potest primo ita ut una, eademque indistincta res pluribus equivaleat in ordine ad multos prestandos effectus, quos distinctae res prestarent, quatenus ea res in se ipsa per identitatem continet multas perfectiones in rebus pluribus diversas ad diversa munera obeunda, atque ita equivalentia definitur identitas multarum perfectionum in rebus multis dispersarum ad prestandos varios effectus, qui a pluribus prestari possent. Sed equivalentia ita considerata ab omnibus conceditur, adeoque etiam a nobis ut fundamentum distinctionis rationis ratiocinatae unde etiam aliqui distinctionem ratiocinatam vocant distinctionem in re virtualem.

77. Secundo considerari potest ita, ut illa eadem indistincta res rebus multis equivaleat in ordine ad examinanda praedicata de se contradictoria, idest liberanda a contradictione seu absque contradictione sustinenda, et in hoc unico sensu spectata ea equivalentia est distinctio virtualis controversa, et maxima dicta, quam minus feliciter excogitatam confundunt Thomistae cum equivalentia primo modo spectata et defendunt inter gradus metaphysicos eiusdem rei, de quibus docent verificari praedicata de se contradictoria, sed absque contradictione quia sunt inter attributa virtualiter distincta. Haec controversa distinctio virtualis (quam in Trinitatis Mysterio unice sustinent duo Moderni Theologi) definiri potest capacitas, seu virtus eiusdem indistinctae rei ad examinanda praedicata de se contradictoria.

Sed Thomistae ipsi dissident inter se, nam alii eam tuentur ad examinanda contradictoria intrinseca et extrinseca, alii vero ad examinanda sola extrinseca. Intrinseca dicunt quae non pendent ab intellectu v.g. rationalitatem hominis esse causam risionis, et realitatem eiusdem non esse causam risionis. Extrinseca autem vocant quae pendent ab intellectu v.g. rationalitatem hominis cognosci et non cognosci. Thomistae ergo qui eam defendunt ad examinanda sola contradictoria extrinseca, eam dicunt distinctionem virtualem extrinsecam licet revera sit intrinseca. Et hanc saltem defendit universa schola Thomisticarum tamquam fundamentum praecisionis obiectivae, de qua specialiter sequenti capite.

## Paragraphus Secundus
## Conclusio Cum Fundamento.

78. Inter gradus metaphysicos nullatenus datur distinctio formalis,

ex natura rei, nec virtualis controversa, sed sola distinctione rationis ratiocinatae feliciter expediuntur omnia Thomistarum, et Scotistarum haec interna Mysteria. Ita Nominales contra Scotistas et Thomistas; duas partes habet conclusio.

**F**undamentum primae partis utramque simul distinctionem evertens. Ubi est distinctio formalis ex nāā rei, aut virtualis controversa, ibi sunt praedicata intrinseca de se contradictoria (haec maior est certa ex utraque Schola Scotistarum, et Thomistarum, quia utraque suam respectivam distinctionem docet ad ea exarmanda) sed ubi sunt praedicata intrinseca de se contradictoria, ibi est distinctio realis; ergo ubi est distinctio formalis ex nāā rei, aut virtualis controversa, ibi est distinctio realis; ergo utraque distinctio necessario infert distinctionem realem, ergo utraque facit eandem rem ēē a se ipsa realiter indistinctam ut supponitur, et realiter distinctam ut probatur. Omnia patent praeter minorem quae sic probatur.

**V**bi sunt praedicata intrinseca de se contradictoria ibi verificatur ēē, et non ēē; sed ubi verificatur ēē et non ēē ibi est distinctio realis; ergo ubi sunt praedicata intrinseca de se contradictoria ibi est distinctio realis. Probatur primo maior huius syllogismi. Praedicata intrinseca de se contradictoria ideo sunt contradictoria, quia includunt ēē et non ēē, ergo ubi sunt praedicata intrinseca contradictoria, ibi verificatur ēē, et non ēē. Probatur 2do minor eiusdem ex terminis evidens est contradictionis principium. Impossibile est idem simul ēē, et non ēē; ergo ubi verificatur ēē et non ēē ibi est distinctio realis; ergo ubi sunt praedicata intrinseca contradictoria ibi est distinctio realis; sed haec repugnat inter gradus metaphysicos nāāles realiter identificatos; ergo distinctio formalis intrinseca, et virtualis controversa repugnat etc. ergo neutra datur inter etc.

79. **D**uo nunc fortasse reponunt Adversarii. Primo est, quod praedicata contradictoria, exarmata a distinctionibus formali, et virtuali intrinseca sunt formalia et virtualia, non autem realia; sed sola contradictoria realia, et non formalia aut virtualia inferunt distinctionem realem; ergo etc. An dices ridiculum formalitatem et virtualitatem quas expugno primo petendo cur praedicata non sint realia, sed formalia, aut virtualia duntaxat: non ne quia verificantur solum de formalitatibus, et virtualitatibus, non autem de rebus distinctis? Ita sane Scotistae, et Thomistae, respondent, sed bona eorum pace nunc disputatur, an sint realia, aut formalia, vel virtualia, ergo respondere quod sint formalia aut virtualia (praesertim quod fuerit nostrum probat ēē realia, quia probat praedicata intrinseca contradictoria inferre distinctionem realem) est petitio principii, nam pro responso datur res ipsa controversa.

Nec prodest Adversariis responsio negativa, nempe quod dicta contradictoria non inferant distinctionem realem quia cum certum sit praedicata intrinseca contradictoria aliquando saltem inferre distinctionem realem, adeoque esse realia, dicendum est semper inferre, semperque realia esse, nisi aliud probetur oppositum, quod non faciunt Adversarii: et enim quia forma syllogismi perfecti est semper eadem cuilibet materiae applicata, semper concludit: ita quia oppositio maxima nempe contradictoria, est semper eadem, ubicumque occurrit, semper infert distinctionem realem, secus nec unquam concludi poterit ex principio contradictionis etiam ab adversariis approbato, sed poterit eludi demonstratio omnis dicendo, contradictoria quae inde sequerentur non esse realia sed formalia, aut virtualia.

Sed urgeo volubiles responsa adversariorum. Oppositio minor contradictoria semper infert distinctionem realem: patet in oppositione relativa, quae non solum in creatis inter causam et effectum, sed etiam in divinis inter principium producens et terminum productum infert distinctionem realem iuxta Theologicum illud: In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio, quamvis in divinis concedi debeat summa possibilis identitas. Patet in oppositione contraria, quae inter terminos contrarie oppositos, v.g. ignem, et aquam infert distinctionem realem. Denique patet in oppositione privativa idipsum existente in terminis privative oppositis v.g. in luce, et tenebris; ergo a fortiori oppositionem maxima, nempe contradictoria, iuxta illud: Non est possibilis maior distantia, quam inter duo contradictoria semper infert distinctionem realem inter praedicata intrinseca contradictoria; ergo haec non sunt formalia aut virtualia sed realia, ergo locum non habet diverticulum formalitatem, aut virtualitatem.

80. Exarmati adversarii et respondeant ad 2do, tamquam ad aram confugiunt ad Trinitatis Mysterium, in quo dicunt esse praedicata intrinseca contradictoria absque distinctione reali; aiunt enim: Essentia, et Paternitas, quae Deum Patrem constituunt sunt realiter idem; attamen de Essentia verificatur, quod communicetur Filio, cum Pater communicat Unigenito suam propriam Essentiam, qua Pater, et Filius sunt unus Deus: de Paternitate autem non verificatur quod communicetur Filio, quia Filius non est Pater; ergo de essentia identificata Paternitati verificatur comunicari, et de Paternitate non comunicari: sed haec sunt praedicata contradictoria intrinseca; ergo de eadem re absque distinctione reali verificantur praedicata contradictoria intrinseca.

81. Sed contra primo (praescindendo etiam ab eo, quod haec responsio a corde absunt, cum nos tanto Mysterium adorantes disputemus solum de praedicatis naturalibus et non supernaturalibus, a quibus ad naturalia paritatem instituere est patens fallacia transitus de genere

ad genus) contra singular primo. Si ea praefata sunt vere contradictoria, inferunt distinctionem realem; ergo responsio nulla est. Probatur antecedens. Ideo verificatur de Essentia communicari, et de Paternitate non communicari Filio, quia divina Essentia realiter identificatur cum divinis Personis inter se realiter, personaliter distinctis: patet hoc, quia in hoc Mysterio adoramus Unitatem Dei, et Trinitatem Personarum; ergo licet Essentia, et Paternitas sint realiter idem, realiter tamen distinguuntur in tertio, scilicet Filio, a quo realiter distinguitur Pater; ergo licet contradictoria communicari, et non communicari non inferant distinctionem realem immediatam in hoc Mysterio, inferunt tamen mediatam; ergo praefata contradictoria inferunt distinctionem realem. ergo responsio adversaria nulla est.

Hinc sequitur quod si Adversarii concedere velint unam ex his distinctionibus ad examinanda contradictoria, quae sunt, aut esse videntur in eo adorabili Mysterio, concedant non refragabor; sed semper est verum quod utraque earum distinctio infert distinctionem realem; unde idem erit distinctum, et indistinctum, quod in hac arduitate Mysterii forte potest non implicare ob simplicitatem illimitatam talis Mysterii Eminentiam. Verum quis fingat non repugnare in rebus creatis adeo limitatis, ac miseris perfectionis, de quibus nunc unice disputamus? Discant itaque adversarii magis revereri Mysteria, et non tanta facilitate circumferre, et applicare rebus finitis, ac miseris.

82. Contra 2do, quia, seposita Gregorii Ariminensis sententia, exculta, et illustrata a Nicolao Martinez, quam tuentur aliqui (C. Recentiores Theologi) negarunt ea esse contradictoria, quia non est eadem communicatio, quae affirmatur de Essentia divina, ac quae negatur de Paternitate: alia enim est communicatio essentialis, et alia personalis. Essentialis ea est, ex qua habetur unitas naturae, et Trinitas Personarum, seu qua habita, tres Personae sunt unus numero Deus. Personalis autem ea esset, ex qua Unitas Dei, et Personarum haberetur, seu qua habita, si foret possibilis tres Personae essent unica numero Persona.

Hinc tum natura, seu essentia sive persona communicatur communicatione essentiali, quia docente Fide, et suffragante lumine rationis Deus est necessario unus, adeoque tres Personae sunt unus numero Deus. Contra nec natura, nec Persona communicatur communicatione personali, quia tres Personae illius adorabilis Mysterii non sunt, nec esse possunt una numero Persona; ergo de utraque vere affirmatur communicatio essentialis, et de utraque vere negatur communicatio personalis; ergo communicari essentiam, et non communicari Personam, seu Paternitatem apparent quidem, sed vere non sunt contradictoria. Verum quid dicendum sit circa praefata divina relativa Recentiores Theologi. Interim adversarii desistant multiplicare Mysteria, ne veritas quae sane est supra, sed non contra lumen rationis tot ambagibus implicetur, quas ne Dedalus ipse resolvat.

83. Confirmatur. Semel data alterutra vicecta distinctione penitus ruit omnis syllogismus nixus identitati, et distinctioni extremorum cum 3tio. unde utraque evertit principia: quae sunt eadem uni 3tio etc: quae repugnant uni 3tio etc: quod sic ostendo, sit hic syllogismus. Omnis homo est animal; sed Petrus est homo, ergo Petrus est animal. istius consequentia stante poterit negari dicendo, quod data distinctione virtuali, aut formali intrinseca inter Petrum et hominem, tunc datur locus, ut homo sit animal, quin sit animal quidquid est homo, sicut data distinctione virtuali, aut formali intrinseca inter divinam essentiam et filium aeternum, stante sequitur quod divina essentia sit filius, quin sit filius quidquid est divina essentia. unde sicut ob hanc distinctionem virtualem, aut formalem intrinsecam tenentibus adversariis non concluditur filium esse Patrem ex his premissis. Haec essentia est Pater; sed filius est haec essentia: ita non concluditur Petrum esse animal ex istis. Omnis homo est animal; sed Petrus est homo; sicque poterit eludi omnis demonstratio.

Ratio autem a priori est, quia Petrum et hominem virtualiter distingui consistit in hoc, quod licet re ipsa non distinguantur perinde se habeant ad exarmanda contradictoria, ac si realiter distinguerentur. (vide eam propositione de distinctione formali intrinseca) Sed si realiter distinguerentur Petrus et homo male inferretur Petrum esse animal, ex quo homo est animal. ergo si virtualiter distinguantur Petrus et homo male infertur etc. et hic repete in probatione syllogismum in divinis factum; ergo data alterutra ex his distinctionibus omnes syllogismi nixi extremorum identitati aut etc: sunt inanes ergo ruit omnis etc. ergo neutra datur etc.

Hinc sequitur 2da pars conclusionis, videlicet quod ope solius distinctionis rationis ratiocinatae expediuntur omnia Mysteria hucusque ab adversariis, idest explicantur omnia, quae exponenda contendunt illi beneficio suarum distinctionum, ut patebit ex solutione objectionum quarum ne tam multitudo et varietas vos obruat, ad tria capita reduca, et tribus sectionibus evertam. Prima itaque diluet momenta Scholistarum ex diversis definitionibus depromta. 2da diluet eorundem objectiones derivatas ex compositione metaphysica. 3tia denique occurret argumentis deductis ex predicatis contradictoriis, quae opponunt Thomistae et Scholistae simul.

## Sectio Secunda

## Dissipantur Schotistarum Momenta Ex Definitionum Diversitate Depromta

84. Opponunt. Quae diversas habent definitiones sunt intrinsecé distincta, sed animalitas et rationalitas hominis diversas habent definitiones; ergo sunt intrinsecé distincta. sed non realiter, ergo formaliter ex natura rei; ergo datur distinctio formalis ex natura rei; ergo non sufficit formalis intrinseca ad explicanda etc. Probatur maior primo. Diversae formali definitioni respondet diversa definitio objectiva

2do ex Aristotelico prologuio: Duas eiusdem definitiones impossibile esse; ergo quae diversas habent definitiones sunt intrinsece distincta. Probatur 2do minor eiusdem syllogismi:

**D**efinitio aālitatis est cā̄a sensionum, definitio rāalitatis est cā̄a discursus: sed istae sunt diversae definitiones; ergo aālitas et rāalitas hominis etc. Probatur haec ma: primo tradentis illis definitionibus nihil quaerendum superest ad utriusque formalitatis essentiam intelligendam. 2do. Si definitio aālitatis nondum esset cā̄a sensionum, sed etiam discursus, aālitas discurrerit; ergo etiam bruta; ergo etc. 3tio. Bona esset haec consequentia: est aāl; ergo discurrit; vera esset haec causalis: quia aāl discurrit; sicuti haec reduplicativa: qua aāl discurrit; sed haec sunt falsa; ergo diversae sunt definitiones aālitatis, et rāalitatis. 4to denique contradictoriae sunt istae propositiones: aālitas est essentialiter rāalis, aālitas non est essentialiter rāalis; ergo ex falsitate unius recte infertur veritas alterius; sed falsa est prima quia secus omne aāl esset rāale; ergo vera 2da aālitas non est essentialiter rāalis; ergo aālitas non est causa discursus; ergo aālitas et rāalitas diversas habent definitiones. En Scholasticorum Achillem.

**R**espondeo distinguendo maiorem. Quae diversas habent definitiones tum obiectivas, tum formales sunt intrinsece distincta concedo, definitiones formales duntaxat etc. nego ma: et distinguo mi: sed aālitas et rāalitas hominis diversas habent definitiones formales duntaxat concedo, obiectivas nego mi: et consequentiam. Definitio obiectiva est essentia rei ut est in se, diversa definitio obiectiva est diversa essentia rei ut est in se. Definitio formalis econtra est explicatio essentiae rei non ut est in se, sed ut est in cognitione, res enim ut sunt in se non egent explicatione, quia in se non sunt obscurae. Diversa definitio formalis est diversa explicatio essentiae rei pro ut est in diversa cognitione. Hoc supposito.

**A**nimalitas et rāalitas hominis habere nequeunt in se diversas essentias. cum enim aālitas, et rāalitas hominis sint realiter idem ut supponitur, implicat eas in se habere diversas essentias, secus essent et non essent realiter idem; essent idem ex ipsa suppositione, obiectioni; non essent realiter idem, quia duae obiectivae diversae essentiae sunt duae res, et non realiter idem: ergo implicat eas habere duas diversas definitiones obiectivas. Superest ergo quod idem homo iam cognitus cognitione aālitatis iam cognitione rāalitatis, seu eadem hominis essentia diversis cognitionibus aālitatis et rāalitatis repraesentata habeat diversas definitiones formales, idest diversas sui met explicationes.

**H**oc autem contingit ex eo, quod humana mens praescindendo, et distinguendo veritate, praedita nunc respicit hominem ad sensiones, eumque repraesentet cognitione aāl, et sic apparet homo principium sensionum (et ecce formalem definitionem hominis ut comparati ad sensiones) Nunc respicit

hominem ad discursum eumque repraesentet cognitione rationali, et sic apparet hoc circa discursus (et circa formalem definitionem hominis ut comparati ad discursum) In ergo quemadmodum idem homo repraesentatur a diversis cognitionibus animalitatis et rationalitatis (ubi nota secluso independenter ab intellectu non dari formalitates istas, sed dari solum hominem cum puncto cognitionum animalitatis et rationalitatis) habet diversas formales definitiones seu explicationes suae indivisibilis essentiae, sed diversae formales explicationes seu diversae cognitiones varie explicantes eandem essentiam sunt rebus extrinsecae et non intrinsecae: ergo non inferunt distinctionem intrinsecam; sed distinctio formalis ex natura rei est rebus intrinseca, ergo diversae definitiones formales non inferunt distinctionem formalem ex natura rei. Hinc

85. Ad primam probationem maioris nego illam, quia definitioni formali respondet quidem definitio obiectiva, idest obiecti essentia et diversae definitioni formali adaequatae adaequatione obiectiva ac formali respondet diversa definitio obiectiva, seu diversa essentia obiecti; sicut etiam inadaequatae inadaequatione obiectiva inadaequata, vero solum inadaequatione formali non respondet diversa definitio obiectiva, quod ut clarius pateat, adverto definitionem formalem esse adaequatam adaequatione obiectiva et formali, quando non solum explicat totam essentiam obiecti, sed etiam ita perfectam notitiam affert illius, ut nil desit ad plenam intelligentiam talis essentiae; et huiusmodi est definitio hominis facta per animal rationale. Definitio autem obiectivae inadaequata est quae explicat non totam, sed partem duntaxat essentiae obiecti; formaliter vero inadaequata est quae totum indivisibile obiectum alterutrum explicat solum genus vel solam differentiam obiecti, adeoque ita imperfectam notitiam affert essentiae illius, ut adhuc aliquid desit ad plenam intelligentiam eiusdem. His notatis.

Diversa definitio formalis obiectivae et formaliter adaequata infert diversam definitionem obiectivam, quae illi respondet, quia infert diversam essentiam; item diversa definitio obiectivae inadaequata infert diversam definitionem obiectivam, idest diversam essentiae partem, quare utraque praedicta definitio infert distinctionem intrinsecam, sed non formalem, aut realem, quia secum trahit duas realiter adaequate distinctas essentias, aut duas partes realiter distinctas eiusdem essentiae; ergo utraque infert distinctionem realem.

Diversa tamen definitio formalis duntaxat formaliter inadaequata non infert diversam definitionem obiectivam, adeoque non infert distinctionem intrinsecam; tum quia est imperfecta explicatio eiusdem indivisibilis essentiae, cuius etiam est explicatio alia definitio formaliter partialis, quae duae definitiones non sunt duae partes essentiae, sed duae imperfectae explicationes eiusdem essentiae. Tum quia partialitas cognitionis partialitate formali duntaxat ex n.° 63 non infert

partialitatem obiectivam, ergo a pari partialitas definitionis etc. Sed quia denique loquendo de aālitate, et vāālitate hominis, aālitas est realiter ipsa vāālitas, et vicissim, seu potius utraque est eadem indivisibilis essentia hominis, ergo in hoc non est par, et paritas quae diversis definitionibus obiectivè partialibus definiri possit. Neve dicant Scholastici in hominis essentia esse diversas rationes obiectivas, seu conceptibilitates, seu formalitates, nam istae voces significant solum fundamentum ad diversas hominis cognitiones habendas, et non somnium distinctionis formalis intrinsecae. Nunc

86 Ad 2dam probationem maioris. Duas eiusdem definitiones obiectivas impossibile est esse concedo, quia repugnat eandem rem habere duas essentias. Duas eiusdem definitiones formales impossibile est esse nego, quia non est impossibile eandem essentiam habere duas diversas explicationes et vagas cognitiones. Impositionem ad probationem minoris primi syllogismi. Nego itaque ma: quia cum aālitas hominis realiter sit ipsa vāālitas, et mutuo, seu potius ipse homo, et cum iste sit aāl vāāle utraque in sensu directo definiri debet per easdem sensiones, et discursus, sicuti homo, qui partialiter solum definitur dicendo est aāl, est vāāis. Hinc absolutè nego primam probationem minoris, quia ad perfectam intelligentiam aālitatis identicè vāālis non solum debet explicari aālitas, sed etiam vāālitas. Ad 2dam vero probationem distinguo sequelam antecedentis. Aālitas vāālis discurrit concedo, irraalis nego sequelam antecedentis, et consequentiam, quia necesse est animalitatem vāālem discurrere in actu primo, sicuti absurdum est discurrere irrationalem.

87. Ad 3tiam vero eiusdem mi: probationem respondeo in sensu directo seu reali, in quo fit contraversio ista, bonam esse eam consequentiam et veras causales, ac reduplicativas, quia eam consequentiam, et propositiones sumere in sensu directo est quaedam metaphysica ab iis importatas sumere ut sunt in se; ergo aālitas hominis directè est aālitas hominis ut est in se; ergo ut est identicè vāālis; sed ex aālitate identicè vāāli sequitur discursus, et aālitas identicè vāālis est causa discursus; ergo directè bona est consequentia, et verae sunt illae propositiones. Contra mala est consequentia et falsae sunt causales, ac reduplicativae in sensu reflexo, quia eam consequentiam et propositiones reflexè sumere est ... a ab iis importatas sumere ut sunt in cognitione, seu potius est attendere expressionem cognitionis ut repraesentantis eosdem; ergo in casu non attenditur aālitas hominis ut est in se, sed expressio cognitionis ut repraesentantis aālitatem; sed ab expressione cognitionis ut repraesentantis aālitatem nec sequitur discursus, nec apparet causa discursus, quia cognitio aālitatis non est satis clara ad hoc iudicium aālitas est vāālis; ergo reflexè mala est ea consequentia, et falsae sunt illae propositiones.

88\. In forma itaque ad ea consequentiam et propositiones directe sumptas respondeo 3tiae probatione concessa ma: negando mi: ex dictis. Si autem sumantur in sensu reflexo, quae non facit ad rem, nego ma: quia sola formalis expressio cognitionis et significatio termini animalitas nihil rationalitatis significat aut repraesentat; ergo indifferens est tam ut supponatur pro animali rationali quam irrationali; ergo etiam supponatur pro animalitate hominis terminus animalitas formaliter nec significat, nec repraesentat rationalitatem; ergo nec bona est consequentia, nec verae sunt illae propositiones. In hoc hoc autem sensu sumi solent consequentia et propositiones, quia ex usu communi in eis attenditur solum formalis significatio, et expressio cognitionum, a quibus exhibentur res ut sunt in cognitione, et non ut sunt in se. Unde magis attenditur expressio cognitionum et significatio terminorum quam natura rerum.

Hae propositiones affirmantes unum gradum metaphysicum de alio ad suam veritatem in sensu directo praecise requirunt identitatem realem subiecti cum praedicato; v.g. animalitas hominis est rationalitas, quae vera est ob realem extremorum identitatem. Contra propositiones affirmantes unum gradum metaphysicum de alio in sensu reflexo ad suam veritatem exigunt identitatem significationis terminorum, et expressionis cognitionum v.g. animalitas est causa sensionum, quae propositio reflexe est vera, quia eadem est formalis significatio tam subiecti quam praedicati, et eadem est formalis repraesentatio tam cognitionis subiecti animalitas quam cognitionis praedicati causa sensionum.

89 Ad ultimam vero retorsionem argumenti. Contradictoriae sunt istae propositiones animalitas est realiter rationalis, animalitas non est realiter rationalis; ergo ex falsitate unius recte infertur veritas alterius; sed falsa est prima, secus omne animal esset rationale; ergo est vera secunda animalitas non est realiter rationalis; ergo animalitas realiter, et non ex natura rei distinguitur a rationalitate. Directe nego primum antecedens, quia illae propositiones sunt contrariae indirectae; cum enim sint propositiones indefinitae in materia necessaria aequivalent universalibus distributivis: omnis animalitas est essentialiter rationalis, omnis animalitas non est essentialiter rationalis, sed ex dialectica contrariae indirectae in materia etiam necessaria possunt esse simul falsa; ergo ex falsitate unius non infertur veritas alterius, ergo etc.

Quod si adversarius dicant eas propositiones esse subcontrarias, quia aequivalent particularibus, tunc dico subcontrarias indirectas in materia necessaria esse simul veras, ut enim in hac materia contrariae indirectae sunt simul falsae, ita in eadem subcontrariae indirectae sunt simul verae; nam verum est quod aliqua animalitas sit essentialiter rationalis et aliqua non. Haec responsio est ita vera, ut adversarius eadem solvere debeat retorsionem.

90\. Ad solvendam autem omnem instantiam moneo primo harum propositionum inter

ãlitatem, et cauyas seryconas daher maior identitas qm inter ãlitatem, et rãlitatem, suponere falsum, tum quia suponit identitatem pati magis, et minus, qd est falsum, tum quia suponit identitatem realem et formalem ex nãa rei inter ãlitatem et causas seryonum, quae sola non datur inter ãlitatem, et rãlitatem, qd denuo est falsum, tum quia loquendo de identitate reali, et formali logica simul inter aaritatem, et causam seryonum interveniens maior identitas significat aalitatem, et causam seryonum inter se habere identitatem realem, et formalem extrinsecam, qua sola carent ãlitas, et rãlitas, sed hoc non prodest adversariis.

**M**oneo 2do, qd dissimulata ea propositione ut antecedente, sic distingui debeant propositiones, quas inferunt adversarii; ergo inter ãlitatem, et rãlitatem datur negatio alicuius identitatis extrinsecae, quae negatio non datur inter ãlitatem, et causas seryonum concedo. Negatio alicuius identitatis intrinsecae nego. ergo inter ãlitatem, et rãlitatem datur aliqua distinctio extrinseca quae non datur inter ãlitatem et causam seryonum, concedo, aliqua distinctio intrinseca nego consequentiam quia ãlitas, et rãlitas distinguuntur sola distinctione rationis, qua carent ãlitas, et causa seryonum.

**M**oneo 3tio, dictas definitiones aalitatis, et rãlitatis esse solum formaliter adequatas, et formaliter adequate diversas, si dictae formalitates reflexe sumantur, quia prima explicat totam apparentiam, qm habet homo in cognitione ãlitatis, et 2da totam, qm habet idem in cognitione rãlitatis sed diversae definitiones adequatae formalitatum reflexe sumptarum inferunt solam distinctionem formalem extrinsecam; ergo etc. Qd si dicatur eas definitiones esse definitiones earundem formalitatum realiter sumptarum, tunc dico illas definitiones esse formaliter partiales ex n.° 85.

**M**oneo denique hactenus dicta circa definitiones aalitatis, et realitatis intelligenda esse cum proportione de omnibus praedicatis realibus realiter identificatis, quia similiter in omnibus Scholistis possunt argumentari. Hinc patet diversas definitiones formalitatum non prodesse Scholistis, qui potuerunt exerceri retorquendo eorum objectiones in easdem formalitatem etiam iuxta ipsos compositas ex genere, et differentia, ut ibi ipsi cogantur occurrere argumentis, quae opponunt.

## Sectio Tertia.

## Soluuntur Schotistarum Obiectiones Ex Compositione Metaphisica.

91. **O**pponunt itaque, sic essentiae creatae metaphysicae tribui debet compositio, quia iuxta S Thomas inter essentiam creatam, et increatam hoc est discrimen qd creata importat compositionem qm excludit increata. sed compositio importat distinctionem intrinsecam, quia compositio importat partes, et ipsae important distinctionem intrinsecam, ergo essentiae creatae metaphysicae tribui debet distinctio intrinseca.

Confirmatur primo essentiae creatae conceditur ea compositio quae negatur increatae, sed essentiae increatae non negatur extrinseca, sed intrinseca compositio; ergo essentiae creatae conceditur intrinseca compositio; sed haec necessario importat distinctionem intrinsecam, ergo etc. Confirmatur secundo essentia metaphisica componitur ex genere et differentia, nam definitio fit per genus et differentiam, sed genus et differentia important distinctionem intrinsecam cum sint rationes obiectivae distinctae; ergo etc.

92\. Respondeo distinguendo maiorem: essentiae creatae metaphysicae tribui debet compositio extrinseca concedo, intrinseca nego maiorem et distinguo minorem: sed compositio intrinseca importat distinctionem intrinsecam concedo, compositio extrinseca etc. nego minorem et consequentiam. Compositio quae in genere est partium distinctarum unio alia est intrinseca et alia extrinseca. Intrinseca est partium in se ipsis distinctarum unio et haec importat partes obiective distinctas, adeoque distinctionem obiective intrinsecam partium componentium totum. Extrinseca vero est partium formaliter extrinsece solum distinctarum unio, seu unio intentionalis plurium cognitionum formaliter partialium essentiae in unam cognitionem formaliter adaequatam eiusdem essentiae, et haec importat partes extrinsecas obiective, adeoque distinctionem obiective extrinsecam partium componentium totum.

Id vero in essentia creata metaphysica quae habet attributa realiter identificata nulla est compositio intrinseca, quia haec supponit intrinsecam partium distinctionem, quae ex probatis non datur inter attributa metaphysica essentiae creatae. Quare in ea datur sola compositio extrinseca seu unio intentionalis conceptuum formaliter partialium quatenus noster intellectus imperfecte cognoscens creatam essentiam per plures conceptus formaliter partiales v.g. essentiam hominis per conceptus animalis et rationalis eosdem unit in unum conceptum formaliter adaequatum essentiae, ut in unum animalis rationalis qui est conceptus formaliter adaequatus essentiae metaphysicae hominis, cum sit ipsius definitio.

In casu ergo essentia metaphysica hominis, ut expressa ab attentiva seorsim cognitione animalitas et rationalitas, licet ex parte obiecti attingantur tota, seu tota sit intrinsece quia partes non habet, non est tamen tota formaliter, ... attenta imperfecta seu partiali repraesentatione cognitionum ad exprimendam eam in ordine ad unicum conditatum; sed extrinseca solum evadit formaliter tota per unionem idearum partialium animalitas et rationalitas (quae dicuntur partes extrinsecae) in unicam ideam formaliter adaequatam animalis rationalis quae dicitur totum extrinsecum, quatenus perfecte exprimit essentiam metaphysicam hominis in ordine ad duo praecipua conditata sensiones et discursus. Quapropter essentia hominis ut imperfecte repraesentata per ideas partiales seorsim dicitur exiben per partes, eadem vero ut adaequate repraesentata per ideam totalem animalis rationalis dicitur totum extrinsecum denominata denominatione totius extrinseca a cognitione adaequata, sicut denominatione partium extrinsecarum a cognitionibus formaliter partialibus animalitas, et

rationalitas. Hinc patet quomodo habeantur partes extrinsecae essentiae, unio extrinseca earum, et totum extrinsecè compositum.

93\. Essentia itaque hominis (idem cum proportione de aliis) sub idea animalis rationalis, sub qua est extrinsecè tota, est etiam extrinsecè composita, quia mens ea cognitione intentionaliter unit ideas partiales animalitatis, et rationalitatis, quae sunt partes extrinsecae essentiae hominis. Item patet compositio extrinseca, quia non est in essentia rei, sed in intellectu adaequatè eam repraesentante. Praeterea haec compositio vocatur metaphysica, quia est unio attributorum, quae sunt realiter idem, unde licet vocari nequeat compositio realis, quia haec fit ex partibus realiter distinctis, verè tamen dicitur compositio essentiae realis, quia haec verba significant solam realitatem essentiae, quae dicitur extrinseca compositio ex dictis.

Quare eadem essentia absque oppositione habet rationem totius, et partis in compositione extrinseca: vel enim consideratur tamquam pars extrinseca, quam totum extrinsecum, et sic dicitur pars relatè ad ideam partialem, seu totum vocatur totum relatè ad ideam adaequatam, vel consideratur pars extrinseca et totum intrinsecum, et sic est pars ut expressa a cognitione inadaequata, totum vero ut est in se. Item absque repugnantia in compositione extrinseca, in aliquo vero sensu totum additur toto, quia essentia quae in se ipsa est totum, ut expressa ab idea partiali, unitur essentiae, quae semper objectivè est tota, ut repraesentatur ab alia idea partiali, in quibus habet apparentiam partis; ergo omnis compositio agitur in his a diversitate cognitionum, vel status realis, et formalis. Nunc ad simplicitatis probationes majoris, et minoris:

94\. Respondeo itaque ad primam S. Patres docere ob identitatem simplicitatis omnium absolutarum perfectionum excludere genus omne intrinsecae compositionis tam substantialis ex materia, et forma, quam accidentalis ex substantia, et accidente, aut natura, et subsistentia, quia ab attributis divinis absolutis exulat omnis intrinseca distinctio, non vero a creatura. Corpora enim intrinsecè substantialiter componuntur ex materia, et forma. Spiritus autem creati intrinsecè componuntur ex substantia, et accidente, vel ex natura, et subsistentia. Et ecce habemus discrimen inter essentiam creatam, et increatam. Sed de compositione extrinseca quae est opus nostri intellectus, ne verbum apud S. Patres, et bene, quia ea infert solam extrinsecam distinctionem, quae non opponitur divinae simplicitati quam probant Sancti Patres. Ad 2dam vero dico, quod compositio importat partes in ea linea in qua est compositio, seu vero in alia. Sicut partes important distinctionem in ea linea in qua sunt partes, non autem in alia; ergo compositio extrinseca importat partes extrinsecas et istae distinctionem extrinsecam.

95\. Ad primam confirmationem, salva majori: retorqueo argumentum, sed increatis negatur compositio realis ex genere, et differentia; ergo creatis conceditur compositio realis ex genere etc. Hinc nego majorem: univocationem falsam. Discrimen autem inter essentiam creatam et increatam vide

n.° antecedente. Ad 2dam vero distinguo ma: Essentia metaphysica extrinsecé componitur ex genere et differentia concedo, intrinsecé nego ma: et mi: indistinctam cum sua implicita probatione. Genus est attributum conveniens multis specie diversis ut pars communis seu materialis essentiæ illorum. Differentia est attributum conveniens individuis ejusdem speciei ut pars formalis seu distinctiva eorum. Species est attributum conveniens individuis ejusdem speciei ut tota eorum essentia. Sic animal pars essentiæ communis homini et brutis est genus: sic rationale pars essentiæ distinguens hominem a brutis est differentia: sic deniq; animal rationale tota essentia hominis est species.

96. Hæc doctrina tamen non est vera in sensu reali, quia in hoc sensu nec est genus, nec differentia, nec species, nec sunt partes in eadem essentia indivisibili hominis. Est itaq; vera in solo sensu reflexo, in quo sicuti habentur partes extrinsecæ essentiæ indivisibilis, ita habentur genus, differentia, et species. Hinc distinguo implicitam probationem majoris. Definitio fit per genus et differentiam extrinsecé talia concedo, intrinsecé nego. Aliud est, quod repræsentant cognitiones generica, differentialis et specifica; nam repræsentant animalitatem, et rationalitatem, quæ in homine sunt realiter idem. Aliud vero est quod faciunt; faciunt enim ut ea attributa sint genus, et differentia, quæ extrinsecé componunt essentiam tanquam partes formaliter distinctæ.

Quare genus et differentia sunt inter se mutuo formaliter extranea, et separabilia. Extranea quia neq; in cognitione generice repræsentata essentia apparet differentia, neq; in cognitione exprimente differentiam apparet genus: separabilia, quia essentia repræsentari potest ut genus, quin repræsentetur ut differentia, et vicissim; unde mutuo extra se vagantur. Præterea genus est determinabile a differentia, et hæc est determinativum generis, quatenus cognitio generica exhibet essentiam ad varias species indifferentem, dum cognitio differentialis repræsentat essentiam determinatam ad unam speciem.

Item proprietates metaphysicæ dicuntur extra essentiam et per essentiam velut per causam demonstrari; quia cognitio specifica repræsentat adæquatam essentiam sine proprietatibus; unde cogitando essentiam, cogitamus quasi radicem proprietatum, quâ posita sequuntur proprietates, sicuti his præcisé ablatis, seu non intellectis adhuc habetur, idest intelligitur adæquata essentia. Hæc autem omnia sunt vera duntaxat in sensu reflexo.

97 Probando tamen proprietates per essentiam, non incidimus in prurbum dialecticorum, quasi circulo vitioso probemus idem per idem, quia licet essentia, et proprietates sint realiter idem, reflexé tamen sunt quid diversum. Quare sicuti dialectici absq; petitione principij, et absq; circulo demonstrant definitum ex definitione licet sint realiter idem, quia demonstrant

idem per idem diversimode cognitum. Ita aliis probro illo demonstramus proprietates per essentiam, quia licet sint realiter eadem essentia, sunt tamen eadem essentia diversimode repraesentata a diversis cognitionibus; unde sicuti inter istas una est clarior alia, ita idem obiectum, ut expressum ab una est notius se ipso, ut ab alio repraesentato. Tandem individua eiusdem speciei v.g. Petrus et Paulus realiter differunt inter se tam per essentiam, quam per singularitatem dictam differentiam individualem, seu numericam, quia essentia et singularitas Petri sunt realiter idem, et sunt illa Pauli. Formaliter vero differunt per solam singularitatem, et non per essentiam. Differunt per singularitatem, quia Petrus et Paulus cogniti per cognitionem Petrus, et Paulus habent diversam individuae apparentiam, sed non differunt per essentiam, quia ambo cognitione definitiva animalis rationalis expressi evidenter habere eandem essentiam, ut apparent ad modum unius.

Ubi tamen adverto aliud esse distingui, aliud differre, et aliud esse diversum in rigore Philosophico: distingui significat duo habere duas essentias specie diversas, ut homo, et leo: tandem unum esse diversum ab alio significat ea habere essentias genere diversas, ut corpus, et spiritus. Nunc examinatis Scholistis examinemus Thomistas, et Scholistas, qui simul ex praedicatis contradictoriis intrinsecis probare conantur intrinsecas suas respectivas distinctiones.

## Sectio Quarta

## Enervantur Scholistarum et Thomistarum Obiectiones Ex Praedicatis Intrinsecis Contradictionis Petitae

98\. Opponunt primo Scholistae ex rerum essentiis, quae eadem intrinsece indistincta essentia verificare non possunt denominationes, seu praedicata intrinseca stricte contradictoria, ut patet ex Dialectica: sed de animalitate hominis verificatur quod sit similis equo, quia etiam equus est animal, et de rationalitate eiusdem verificatur quod non sit similis equo quia equus non est rationalis; quae praedicata simile non simile sunt intrinseca, et stricte contradictoria, ergo ad ea examinanda requiritur distinctio intrinseca, ergo formalis ex natura rei, ergo inter animalitatem et rationalitatem hominis datur distinctio ex natura rei.

Respondeo concessa maiori et omissa prima parte minoris, negando secundam, nempe ea praedicata esse contradictoria independenter ab intellectu, quia quod animalitas realiter sit similis equo consistit in hoc, quod homo et equus sint causa sensionum, item quod rationalitas hominis non sit similis equo consistit in eo, quod homo, et equus non sint causa discursus; sed quod homo et equus sint causa sensionum, et non sint causa discursus ex Dialectica non sunt contradictoria, ergo quod animalitas alicuius sit similis equo, et rationalitas non sit similis equo non sunt contradictoria; ergo ex hoc capite superfluit distinctio ex natura rei ad examinandam contradictionem, quae non est.

Multo minus sunt contradictoria dependenter ab intellectu, quia a͞alitatem hominis e͞e formaliter similem equo consistit in hoc, q͞d hõo et equus confundantur in cognitione a͞al͞is comparante ad sensiones, q͞d autem r͞aalitas formaliter non sit similis equo consistit in eo, q͞d hõo, et equus non confundantur in cognitione r͞aali solam hominem comparante ad discursum, sed q͞d confundantur in cognitione a͞al͞i, et non confundantur in alia cognitione r͞aali non sunt contradictoria quia in casu non habetur affirmatio, et negatio ejusdem de eodem s͞dm idem, sed s͞dm diversam cognitionem, et in ordine ad diversa correlata ergo dependenter ab intellectu non sunt contradictoria ergo superfluit etc.

99 Ceterum similitudo (quatenus facit ad rem) est confundibilitas, seu talis plenam convenientia in uno, aut multis p͞rtis essentialibus, ut sub eodem conceptu seu cognitione habeant eandem apparentiam; sicut hõo, et equus in idea a͞al͞is, hinc similitudo alia est perfecta, et alia imperfecta. Perfecta est confundibilitas plenam in omni p͞rto essentiali et individua ejusdem speciei sunt perfecte similia, quia confundantur in p͞rtis generico, et differentiali v.g. Petrus, et Paulus. Imperfecta est confundibilitas plenam in solis p͞rtis genericis, et non in differentiali ut patet in homine, et equo, qui confundantur in p͞rtis a͞al͞i viventis etc. sed non in differentiali r͞aali. Quare a͞alitas hominis non est simile, et non similis equo eadem similitudine, quia est similis similitudine imperfecta, et similis similitudine perfecta, sed e͞e simile una, et non e͞e simile alia similitudine non sunt contradictoria, quia non affirmatur, et negatur simul eadem similitudo; ergo etc. In novam solutionem

Hinc p͞mo negari debet hec p͞positio: ea sunt perfecte similia, quae sunt similia s͞dm omnia p͞rta, quia similitudo perfecta non est similitudo s͞dm omnia p͞rta, sed est confundibilitas, et convenientia in omni p͞rto sed licet hõo esset, aut sit similis equo s͞dm omnia p͞rta, non est confundibilitas t͞m in omni p͞rto cum equo, ergo non est perfecte similis equo. 2do similitudo patitur magis, et minus, quia perfecta ex dictis maior est imperfecta, equalitas e contra quae definitur quantitatis identitas non patitur magis, et minus; unde mala est paritas ab equalitate desumpta. 3tio solvuntur duo sequentia argumenta. P͞mum est. Si hõo esset similis equo etiam per r͞aalitatem, equus esset r͞aalis. Probatur hoc. Quia hõo est similis equo per a͞alitatem; equus est a͞al, ergo si hõo esset etc. 2dum. Si hõo esset similis equo per r͞aalitatem equus esset similis Angelo. Probatur hec sequela. Quae sunt similia uni 3tio sunt similia inter se, sicut quae sunt equalia uni 3tio, sunt equalia inter se, sed in casu Angelus, et equus essent similes r͞aalitati hominis; ergo similes inter se, ergo si hõo esset similis equo per r͞aalitatem; equus esset similis Angelo.

100. Solvuntur inquam p͞mum negando sequelam p͞me p͞positionis et inde causalem, non enim ideo equus est a͞al, quia hõo est similis equo per a͞alitatem; sed quia hõo, et equus sunt

confundibiles in idea gali et ideo sunt confundibiles in ista, quia ambo sunt cum ratione eadem negando proinde sequelam primae propositionis et inde maioris probationem. Disparitas autem ad duo axiomata in ea maiori adducta est quod aequalitas non suscipit magis et minus, sicuti similitudo patitur incrementum et decrementum.

Posset tamen dici Angeli sic maior. Quae sunt similia uni tertio eadem simi-litudine sunt etc: omitto quae sunt similia uni tertio non eadem, sed diversa similitudine sunt etc: nego maiorem et sub eadem distinctione concessa, et negata minori nego consequentiam. Similitudo Angeli cum rationalitate hominis est confundibilitas utriusque in idea rationale. Similitudo equi cum eadem rationalitate hominis est confun-dibilitas utriusque in idea gali, ergo non est eadem utriusque similitudo cum rationalitate hominis; ergo mala est consequentia a diversa eorum similitudine cum rationalitate hominis ad eorum similitudinem inter se. Probatur haec ultima consequentia: tota vis huiusmodi illationum fundatur in identitate praedicati, quod importatur tam respectu duorum cum tertio quam duorum inter se, ut habetur in prologismis quae sunt eadem etc. quae sunt aequalia etc: sed in casu non habetur identitas praedicati, idest eadem confundibilitas Angeli, et equi cum homine in eodem praedicato; ergo neque similitudo Angeli et equi inter se. Loquor de confundibilitate in praedicato magis immediato. En novam solutionem et novam disparitatem ad obiecta prologismia.

Hinc ultimo concede propositionem hanc. Si homo esset similis equo per rationalitatem esset similis equo per praedicatum quod non est in equo, quia quod homo sit similis equo per praedicatum quod non est in equo exeuntervalis vocibus in hoc uno consistit quod duae essentiae realiter distinctae hominis et equi confundi possint in idea gali etc: sed id accedit absque absurdo, quin sit in equo praedicatum rationale quia ad dictam confundibilitatem sufficit in equo esse praedicatum gali. ergo absque absurdo conceditur ea sequela. Vacantes respondi Scholisticis in sensu diviso. Quod si adversarii loquantur in sensu reflexo, respondeo quod homo per rationalitatem est perfecte similis equo, et nullo modo similis per rationalitatem absque contradictione, quia in casu affirmatur et negatur quidem eadem similitudo, sed secundum diversas mentales apparentias a diversis cognitionibus habitas. Impugnantium respondebo Thomistis opponentibus contradictoria intrinseca derivata ex actibus voluntatis anime.

101. Opponunt 2do Thomistici contra contritionis in specie suppositam identitatem inter amorem Dei et odium peccati, ex quibus resultat actus Contritionis. Amor Dei ten-dit in Deum, et non in peccatum, odium peccati tendit in peccatum et non in Deum; sed tendere et non ten-dere sunt praedicata contradictoria; ergo de amore Dei, et odio peccati identificatis in casu Contritio-nis verificantur etc, ergo datur distinctio virtualis ad ea etc. Probatur maior. Si amor Dei tenderet in Deum simul et peccatum tam Deum, quam peccatum denominaret amatum (idem cum proportione de odio)

ergo amor Dei tendit in etc. Probatur sequela ma. Ideo amor Dei denominat Deum amatum, quia tendit in Deum, et ideo odium peccati denominat peccatum odio habitum, quia tendit in peccatum; ergo si amor Dei etc.

Confirmatur. Juxta nos negantes distinctionem virtualem concludunt hi duo syllogismi: Primus est. Actus contritionis per eandem tendentiam fertur in Deum et in peccatum; sed per tendentiam, qua fertur in peccatum denominat peccatum odio habitum; ergo per tendentiam qua fertur in Deum denominat Deum odio habitum (etiam potest sumi ex maiori); sed per tendentiam qua fertur in Deum denominat Deum amatum; ergo per etc. ergo utramque invicem denominaret amatum, et utrumque odio habitum. 2dus est: hic amor est hoc odium; sed hic amor est Dei; ergo hoc odium est Dei; sed odium Dei denominat Deum odio habitum, ergo ad haec incomoda vitanda necessaria est distinctio virtualis inter amorem Dei et odium peccati in actu contritionis.

102. Respondeo ad objectionem negando ma. ad huius probationem nego ma. et ad probationem istius nego causalem: nam ideo actus contritionis denominat Deum amatum, quia essentialiter est amor Dei, et odium peccati; et ideo denominat peccatum odio habitum quia essentialiter est odium peccati, et amor Dei. Quod si denominaret peccatum amatum, et Deum odio habitum, actus contritionis contra suppositionem esset essentialiter odium Dei, et amor peccati; adeoque esset actus directe oppositus contritioni. Quare defectus denominationis Dei odio habiti et peccati amati oritur ab intrinseca contritionis incapacitate denominandi Deum odio habitum et peccatum amatum. Forma enim apta praestare denominationes istas est actus, qui essentialiter sit odium Dei, et amor peccati; sed contritio est essentialiter amor Dei, et odium peccati; adeoque ex diametro opponitur formae aptae praestare dictas denominationes, ergo est ab intrinseco incapax denominare etc. ergo licet eadem tendentia prosecutiva Dei et aversiva peccati in contritione tendat in Deum et peccatum non denominat etc.

Hinc negabis duas sequentes causales, quia cognitio tendit in obiectum, ipsum denominat cognitum. quia amor et odium sunt a voluntate hanc denominant amantem et odio habentem quae solet probari supra negata causalis. Negabis primam, et dices hanc esse veram causalem; ideo cognitio denominat cognitum quia unica realiter, et formaliter tendentia repraesentativa obiecti tendit in ipsum; sed actus contritionis gemina formaliter tendentia quarum una est prosecutiva, et alia aversiva peccati tendit in Deum, et in peccatum; ergo etc.

Negabis 2dam, quia secus mea volitio indivisibiliter a Deo, et mea voluntate producta Deum denominaret volentem quod est falsum. Vera itaque causalis est, quia amor, et odium sunt a voluntate vitaliter operante eam denominant etc. Ita enim actus vitales duntaxat

oriuntur a potentia creata, ex qua causali ut fiat paritus inferri debet, ergo quia amor et odium tendunt in Deum et in peccatum tendentia simul aversiva, et prosecutiva utrumque denominant etc. Hunc autem negato suppositum, videlicet quod actus contritionis eandem tendentiam habere possit et habeat; neque mireris eandem formam respectu diversorum praestare diversas denominationes tum pro forma naturae, tum pro capacitate subiecti, nam eadem cognitio intellectus denominat cognoscentem, et obiectum cognitum; eadem visio denominat oculum videntem, et obiectum visum etc. Quid ergo mirum, si eadem contritio etc. Ut quid ergo fingere distinctionem virtualem ad etc.

103. Ad confirmationem vero respondeo negando concludere eos syllogismos; uterque enim affirmat in conclusione praedicatum non affirmatum in praemissis; quia primus in conclusione affirmat Deum odio habitum, quod neutra praemissa affirmat. 2dus vero affirmat in conclusione odium Dei de odio contritionis, quod neutra praemissarum affirmat, quae praedicta si affirmarent, tum primi, tum 2di syllogismi praemissae essent falsae ex supra dictis; ergo in utroque syllogismo sunt quatuor termini; si enim sunt quatuor termini in syllogismo, cuius conclusio distribuit terminum non distributum in praemissis, erunt a fortiori, quando conclusio affirmat praedicatum non positum in praemissis; ergo uterque peccat contra canonem Terminus esto triplex.

Caeterum mirum sane est, quod tot Scholastici, cum Thomistis, audeant provocare ad artem syllogisticam, cum suis distinctionibus evertunt; si enim iuxta ipsos inter duo attributa identificata possunt absque contradictione verificari contradictoria, poterunt etiam verificari inter duo extrema identificata cum eodem 3tio, ita ut videlicet sint idem cum 3tio, quin sint idem inter se, sicque sine formidine negari poterit consequentia cuiuslibet demonstrationis in utraque eorum sententia, ut magis patebit ex capite sequenti.

Quod si amor et odium contritionis reflexe sumantur, tunc actus contritionis repraesentatus a cognitione amor Dei solam habet apparentiam amoris Dei; et sub hac apparentia non respicit peccatum; sicut idem actus cognitus cognitione odium peccati solam habet apparentiam aversionis peccati, et sub hac apparentia non respicit Deum. In hoc autem sensu reflexo amor praestat solam denominationem amati, et odium solam denominationem odio habiti; sed in hoc sensu amor et odium distinguuntur sola distinctione formali extrinseca.

104. Nam ad solvenda contradictoria derivata ex actu creato supernaturali et ex actu peccaminoso adverso probo, quod vitalitas et supernaturalitas actus salutaris realiter identificatae exigunt tum principium vitale naturale, tum supernaturale, quia ambo haec principia, quae simul sumpta et unita adaequate continent, et producunt actum salutarem, unde tam vitalitas, quam supernaturalitas actus realiter exigit utrumque principium, unde de neutra verificantur contradictoria exigit, non exigit. Quare inter eas non est opus distinctione virtuali.

Advertito 2do facta etiam suppositione, quod realitas actus peccaminosi, seu materiale et formale peccati sint duo positiva realiter identificata, advertito, inquam, Deum ad utrumque concurrere concursu pure physico, sed non physico-morali. Deum concurrere ad peccatum concursu pure physico est Deum per modum causae efficientis universalissimae praecise producere simul cum creatura totum peccatum a creatura volitum et electum. Deum vero concurrere concursu physico morali ad peccatum esset Deum concurrere ad illud per modum causae volentis, determinantis, ac eligentis peccatum. Sed Deus ad peccatum concurrit solo concursu physico; creatura vero demum concurrit concursu physico morali, quia haec sola eligit, vult, et amat peccatum. Denominatio autem causae peccati, auctoris peccati, peccantis habetur tanquam a forma a concursu physico morali, et non a pure physico; ergo sola creatura est causa, seu auctor peccati: ergo etc.

105. Hic praeterea advertito ad solvendam hanc aliam Thomistarum contradictoriam: intellectus intelligit, voluntas non intelligit; haec amat, ille non amat etc. Licet intellectus et voluntas sint realiter idem, advertito, inquam, falsum esse in sensu reali membrum negativum, nempe voluntas non intelligit, intellectus non amat, quia cum voluntas et intellectus realiter sint eadem anima indivisibilis, quae realiter intelligit simul et amat, necesse est, quod tam voluntas quam intellectus intelligat simul et amet.

Quare in sensu reali denominationes istae intellectus et voluntas non significant potentias realiter distinctas, sed eandem indivisibilem animam, quae cognita in ordine ad intellectiones vocatur intellectus, sicut voluntas in ordine ad volitiones; ut etiam sub hac diversa cognitione intellectus melius cum dicitur potentia necessaria habere pro obiecto verum etc. voluntas vero stricte cum comparata ad volitiones dicitur potentia caeca libera habere pro obiecto bonum. Item sub duplici ea diversa cognitione dicitur intellectus intelligere et non amare, voluntas amare et non intelligere, sed in casu eadem cum sumitur in sensu reflexo sub duplici nempe cognitione quarum una eam comparat ad intellectiones, et sub ista cum apparet intellectus seu intelligens; et alia illam comparat ad volitiones, et sub ista apparet voluntas etc.: sensus autem iste reflexus ex dictis non infert distinctionem intrinsecam.

106. Hinc non ideo intellectiones sunt intellectiones, quia procedunt ab intellectu; sicut volitiones non ideo sunt volitiones, quia procedunt a voluntate; sed illae sunt intellectiones, quia habent tendentiam repraesentativam obiecti, et istae volitiones, quia habent tendentiam volitivam eiusdem, ex quibus diversis tendentiis promiscue tum illae, tum istae ab eadem indistincta anima procedant, constituuntur actus specifice distincti. Hinc etiam videnda contradictoria ab adversariis conficta circa divina attributa: Deus per Misericordiam parcit et non punit, per Justitiam punit et non parcit: Deus ut primum verum est obiectum visionis beatae et non amoris; ut primum bonum est obiectum amoris beati et non visionis etc.

quia vel ipsæ denominationes sumuntur in sensu reflexo vel directo? Si primum ea omnia vera sunt absque contradictione ob diversas cognitiones diversimode eundem Deum repræsentantes in ordine ad diversos effectus. Si autem 2dum, falsa sunt omnia membra negativa quia quidquid vere prædicatur de uno ex identificatis, vere etiam prædicatur de alio.

Neque infertur: ergo Beati uniuntur summo bono per visionem intuitivam, et primo vero per amorem; male enim infertur, quia unio affectiva petit tendentiam prosecutivam, qua caret visio beata, unio autem mentalis exigit tendentiam repræsentativam, qua caret amor; ergo licet Deus primum verum et summum bonum terminet tum amorem tum visionem beatam, tamen Beati non uniuntur summo bono per visionem, et primo vero per amorem. An fingens distinctionem virtualem necessariam esse ad salvandam summam eminentiam Dei? sed hæc distinctio primo infert distinctionem realem, 2do realem compositionem quæ summe opponuntur divinæ simplicitati. Præterea virtualis defectibilitas non est necessaria ad salvandam summam libertatem Dei; ergo distinctio virtualis non est etc.

107\. Hic autem circa denominationem tria ad illam necessaria requiri, ipsum subiectum capax denominari, forma apta denominare et debita utriusque applicatio, idest unio, quibus habitis habetur denominatio, quæ desinit vel uno ex iis deficiente. Hinc licet anima rationalis communicetur, seu uniatur corpori, corpus non denominat spirituale, sed duntaxat animatum, quia capax est huius denominationis, sed incapax denominationis spiritualis. Hactenus contradictiona extrinseca, adeoque distinctiones formales et virtuales intrinsecas expugnavimus, nunc vero tamen contradictiona extrinseca, et præcisionem obiectivam, quæ est fundamentum utriusque memoratæ distinctionis.

## Caput Quartum
## De Distinctione Virtuali Extrinseca Præcisione Obiectiva
## Deque Maiori Explicatione Nostræ
## Distinctionis Formalis Extrinsecæ

Duabus sectionibus absolvam hoc caput, in prima statuam conclusionem, in 2da vero illam augebo ab experientia ex negata præcisione obiectiva, et a pari deducta.

### Sectio Prima
### Statuitur Conclusio Nostra

108\. Ante conclusionem ex supra dictis adverto, seu melius repeto, quod distinctio virtualis extrinseca sit capacitas seu virtus eiusdem indistincti rei ad excursandam contradictiona extrinseca. Item repeto, quod præcisio obiectiva sit cognitio ita repræsentans unum ex prædicatis realiter identificatis in obiecto, ut cætera nullatenus attingat, ac si essent realiter distincta: sicuti præcisio formalis e contra est cognitio ita imperfecte repræsentans obiectum in ordine ad unam conditionem, ut licet omnia eius prædicata realiter identificata obiective attingat, videatur tamen attenta eius repræsentatione unicam repræsentare: exemplum

præcisionis formalis est cognitio aāl, sed hominis, quæ licet ex parte obiecti attingat etiam raāle, solum tn aāl repræsentare videtur; ergo aliud præcisio obiectiua, si nullatenus attingeret raāle. Nunc sit.

## Conclusio

109. Nec datur distinctio virtualis extrinseca, nec præcisio obiectiua. Ita cum pluribus Nominalibus contra Scotistas, et Thomistas omnesque alios.

## Fundamentum

Distinctio virtualis extrinseca et præcisio obiectiua (idem dico de virtuali, et formali intrinseca legitimè inferentibus præcisionem obiectiuam) diruunt principium syllogismi expositorii: quidquid verè enunciatur de uno ex identificatis verè enuntiatur etiam de alio, adeoque syllogismum expositorium; quia data una ex illis non concludit hic expositorius: hoc aāl est cognitum, sed hoc aāl est hoc raāle, ergo hoc raāle est cognitum; secus non daretur præcisio obiectiua, aut distinctio virtualis extrinseca, si utrumque cognosceretur eadem cognitione: ergo tam illa distinctio, quam præcisio obiectiua diruit etc. Accedit quod data una ex illis, ne dum verificarentur contradictoria de virtualiter distinctis aāl et raāle sed etiam de virtualiter indistincto aāli, quod probo sic.

110. Cognoscatur aāl Petri non cognito raāli eiusdem, tunc iuxta obiectiuè præscindentes vera est hæc propositio: hoc aāl est cognitum; sed hoc aāl non est cognitum, adeoque falsa, ergo verificantur contradictoria de eodem aāli. Probatur mi: hoc expositorio: Hoc raāle non est cognitum sed hoc aāl est hoc raāle, ergo hoc aāl non est cognitum; ergo vera mi: Quid ad hæc? Nunquid idem aāl virtualiter indistinctum dicetur cognitum et non cognitum? sed quid proderit demonstratio si identitas medii patitur contradictoria? Hinc ruit etiam principium contradictionis ex consensu Aduersariorum verissimum.

111. Respondent tñ Recentiores ad euitanda contradictoria extrinseca cognosci et non cognosci, respondent inquam, ea contradictoria verificari quidem de prædicatis metaphysicis v.g. aāl et raāle, sed non idem esse reale in quo sunt idem, sed idem esse obiectiuum, in quo sunt diversa. In explicando autem hoc esse obiectiuo tres sunt sententiæ:

Prima docet speciem impressam, quæ est virtualis imago obiecti ab hoc emissa, simul cum intellectu causare cognitionem, quæ sub idem producit verbum mentis, quod dicitur species expressa et imago formalis obiecti; obiectum vero ut formaliter expressum in hac imagine dicitur esse in statu obiectiuo. 2da docet (in qua Ptolemæi) intellectum abstractiuè cognoscentem obiecta immediatè non attingere illa in se ipsis, sed mediatè in idea aduentitia pro obiecto supposita, seu in substituto phantasmate (ut loquitur ille) in quo reponit esse obiectiuum.

predictus Cardinalis stia asserit, cognitionem omnem reflecteri supra se ipsam, id est, representare praeter obiectum cognitum exhibitum, etiam se ipsam, in qua cognitionis expressione statuitur esse obiectivum rei cognitae.

Hinc Philosophi isti docent quod, licet obiectum sit semper idem a parte rei, potest tamen habere diversum esse obiectivum, cum diversae possint haberi species expressae, diversa phantasmata, et diversae cognitiones, quibus substat obiectum. In hoc autem multiplici diverso esse obiectivo v.g. essentiae hominis aliud est esse obiectivum animalitatis, aliud rationalitatis pro diversitate specierum, in quibus consistit ipsa obiectiva cognitiones; ergo iuxta istos Doctores non terminant ad praedicata metaphysica obiecti, ut sunt in obiecto realiter idem, sed terminant ad illa, ut sunt in suo esse obiectivo; sed unum in suo esse obiectivo est diversum ab alio in suo esse obiectivo; ergo absque contradictione potest unum cognoscere alio non cognito; ergo ex contradictoriis male impetitur precisio obiectiva. Ita nec? sed quaeso attende

112\. Vel haec precisio obiectiva non est precisio obiectiva, vel si est, non evitat contradictoria, quae secum trahit precisio obiectiva; ergo ruunt illae omnes sententiae; ergo robustum est nostrum fundamentum. Probatur antecedens. Haec precisio obiectiva vel consistit in hoc praecise, quod eadem cognitio terminet ad unum esse obiectivum, et non terminet ad aliud; vel consistit in hoc, quod per unum esse obiectivum terminet ad unum praedicatum metaphysicum, et per aliud esse obiectivum terminet ad aliud praedicatum duntaxat. Si primum; ergo non est precisio obiectiva. Probatur haec consequentia. Precisio obiectiva est cognitio ita representans unum ex praedicatis realiter identificatis in obiecto, ut cetera nullatenus obiective attingat, ac si essent realiter distincta; ergo precisio obiectiva versatur circa realiter idem, sed precisio adaequationum versatur circa realiter distincta; ergo precisio adaequationum non est precisio obiectiva.

Si secundum est quidem precisio obiectiva, sed non evitat contradictoria precisionis obiectivae, quia eadem cognitio terminat, et non terminat ad idem; nam per esse obiectivum v.g. animalis terminat ad animal, et per esse obiectivum rationalis non terminat ad animal, ergo terminat, et non terminat ad idem. Nec prodest, quod mediate terminet, et non terminet ad idem, quia non minus sunt contradictoria mediate terminare, et mediate non terminare ad idem, quam immediate terminare et immediate non terminare ad idem; ergo non evitat contradictoria precisionis obiectivae. Praeterea quaero, vel esse obiectivum animalitatis v.g. nullatenus est esse obiectivum rationalitatis, vel est esse obiectivum etiam rationalitatis, sed exhibens ultramque sub apparentia animalitatis? Si primum; ergo idem esse obiectivum est, et non est esse obiectivum animalitatis, quia nullatenus est esse obiectivum rationalitatis, quae est ipsa animalitas, et hic repete expositorium. Et ecce contradictoria, quae inducit precisio obiectiva. Si secundum ergo est precisio nostra formalis sive, et solum nomen habet precisionis obiectivae; ergo etc.

113\. Hinc nil arguunt Ptolemaei defendentes cognitiones intuitivas for-

maliter, et abstractivas obiective praescindere: en illud. Ideo non daretur praecisio obiectiva, quia de uno, eodemque obiecto, ut est in se, verificarentur contradictoria cognosci, et non cognosci, sed haec non verificantur si praecisio obiectiva fiat per ideas alienas; ergo datur praecisio obiectiva facto per ideas alienas; ergo cognitiones abstractivae obiective praescindunt, ergo datur praecisio obiectiva. Probatur mi: si praecisio obiectiva fiat per ideas alienas, verificatur solum de obiecto ut est in se, nullo modo cognosci, quia per ideas alienas non cognoscitur ut est in se, sed cognoscitur in idea cogitative supposita pro eodem obiecto, ergo de obiecto ut est in se verificatur unicum contradictorium non cognosci, et falsificatur oppositum cognosci obiectum ut est in se; ergo etc. Ruit, inquam, hoc argumentum, quia falsa est causalis contracta ad solas ideas abstractivas, in ordine ad quas vera causalis est, quia de idea cogitative supposita verificarentur contradictoria supponi, et non supponi pro eodem indistincto obiecto. Hinc ideam illam cogitative suppositam fore esse obiectivum, et non fore esse obiectivum eiusdem indistincti rei, consequenter cognosci et non cognosci idem obiectum in idea pro illo supposita. Possent tamen hic adduci alia alia, sed haec sufficiant contra laudatum.

Ceterum si placeat loqui aliquo terminorum abusu bifariam duntaxat spectata potest esse obiectivum, nempe in actu primo et in actu secundo. Esse obiectivum in actu primo est ipsum obiectum ut est in se, quod qualemus obiici potest intellectui, et ab isto repraesentari dicitur fore in esse obiectivo. Esse obiectivum vero in actu secundo importat obiectum, et cognitionem illius; unde est concretum logicum cognitum cuius subiectum est ipsa res, et forma est ipsa cognitio, qua subiectum denominatur cognitum, et constituitur in esse obiectivo. Sed iam audiamus adversarios.

## Sectio Secunda
## Dissipantur Momenta Obiective Praescindentium.

114. Oppones primo ab experientia vancidum, sed celebre in hac materia argumentum. Intellectum obiective praescindere unum praedicatum ab alio identificatum cum illo, est intellectum obiective cognoscere unum praedicatum alio obiectivo non cognito licet realiter identificato cum illo. Sed de facto intellectus creatus obiective cognoscit unum praedicatum alio obiectivo non cognito licet realiter identificato cum illo; ergo de facto intellectus creatus obiective praescindit unum praedicatum ab alio licet realiter identificato cum illo. Maior patet ex definitione praecisionis obiectivae. Probatur itaque minor ex famoso casu, quo quis eminus videat hominem se moventem, sed ita, ut non discernat, an sit homo, vel brutum. Probatur inquam sic. Videns hominem a longe se moventem obiective cognoscit animalitatem, obiective non cognita rationalitate, sed animalitas cognita est realiter rationalitas; ergo obiective cognoscit unum praedicatum alio obiective non cognito licet et cetera.

Probatur ma: Illud tantum cognoscit videns hominem a longe se moventem quod potest affirmare; sed tantum potest affirmare animalitatem dicendo quod video est animal, et non potest affirmare rationalitatem dicendo quod video est rationale; ergo tantum cognoscit animalitatem obiective non cognita rationalitate; ergo obiective praescindit animalitatem a rationalitate. ergo de his verificantur contradictoria cognosci, et non cognosci eadem cognitione. Hoc idem argumentum ponit Ptolemaei applicatum magneti facta suppositione quod eius attractiva virtus sit realiter idem cum vi se convertendi ad polum in eodem magnete; sed nihil novi adducit cum sit utrobique eadem difficultas eademque solutio.

XIX. Respondeo concessa ma: negando mi: ad probationem omissa consequentia nego ma: ad huius probationem omissa ma: distinguo mi: sed tantum potest affirmare animalitatem, idest hominem cognitione generica animal et non potest affirmare rationalitatem, idest hominem cognitione discretiva, seu differentiali rationale concedo; tantum potest affirmare animalitatem, idest hominem visum cognitione generica animal et non potest affirmare eadem cognitione generica rationalitatem nego mi: et consequentiam (idipsum dicunt alij sub distinctione claritate animalis, claritate rationalis.)

Sicuti duplex est cognitio ita duplex affirmatio una generica et confusa, alia differentialis discretiva, seu clara. Cognitio generica hominis est cognitio comparans totam hominis essentiam ad sensiones conditatus commune homini et brutis; et haec cognitio attingit ac repraesentat totam indivisibilitatem hominis essentiam ut est animal seu causa sensationum. Cognitio autem discretiva, seu differentialis hominis, est cognitio comparans eandem hominis essentiam ad discursum dependentem a sensibus, et haec cognitio attingit, totamque repraesentat hominis essentiam, ut est rationalis, seu causa discursus. Iam vero cognitio animalis attingens totam hominis essentiam ad quam terminat ex facta suppositione determinat quidem intellectum videntis hominem a longe se moventem ad affirmationem genericam et confusam hominis quod video est animal; sed nec determinat, nec determinare potest ad affirmationem discretivam quod video est rationale quia cognitio determinans debet esse superioris, aut saltem aequalis claritatis cum affirmatione determinata ut est cognitio animalis aequalis claritatis cum affirmatione quod video est animal; sicuti est inferioris claritatis cum affirmatione quod video est rationale. ergo licet determinet primam affirmationem nequit determinare secundam.

Hinc adversarius arguens (nequit affirmare quod video est rationale, ergo non cognoscit rationale, ergo obiective praescindit etc.) argumentatur a negatione cognitionis et affirmationis discretivae ad cognitionem omnis cognitionis, quae est fallacia consequentis a negatione antecedentis ad negationem consequentis. Mirum ergo non est, quod prophetica arte syllogistica pergat adversarius ad evertendas reliquas argumentationis species.

116. **H**inc pmo negabis hanc sequelam: si cognosceret rtãle posset affirmare etiã rtãle dicendo qd video est rtãle, sicuti cognoscens aãl pt affirmare aãl dicendo etc: ex ratione numeri anterioris, quia ipsi affirmationi discretivæ totius essentiæ hominis prælucere debet apprehensio discretiva eiusdem; sed apprehensio aãl non est discretiva hominis; ergo etc.

**H**inc 2do si adversarius arguat: Quia eminus videns hominem cognoscit aãl, pt affirmare: qd video est aãl; ergo a contrario quia nequit affirmare qd video est rtãle non cognoscit rtãle: dices pmo adversarium insistere defectui iam fallaciæ, quia a negatione affirmationis discretivæ hominis qd video est rtãle sequitur sola negatio apprehensionis discretivæ eiusdem: non aũt negatio apprehensionis genericæ aãl repræsentantis hominem ut cadit sensionum. 2do negabis causalem antecedentis, quia si adesset sola species substantiæ, per corporis et cognosceret aãl hominis magis generica apprehensione substantiæ, vel corporis non posset affirmare obiectum cuius ẽe aãl; ergo falsa est causalis, quia cognoscit aãl etc: Vera itaque causalis est quia cognoscit obiectum determinata cognitione referente illud ad sensiones pt affirmare qd sit aãl. Inferat ergo adversarius; ergo quia non cognoscit illud obiectum determinata cognitione illud referente ad discursum nequit affirmare qd sit rtãle et infert bene, sed nostram sententiam.

117. **H**inc 3tio videns hominem a longe se moventem ut supra sola claritate generica cognoscit tam aalitatem hominis qm rtalitatem, non aũt illam clare et hanc obscure. Neue dicat adversarius. Animalitas hominis cognita cognitione aalitas est cognita sub proprio formalis conceptu; rtãlitas aũt hominis cognita eadem cognitione ãalitas non est cognita sub proprio formalis conceptu; sed ãalitatem cognosci sub proprio formalis conceptu est ãalitatem cognosci clare et rtãlitatem non cognosci sub proprio formalis conceptu est rtãlitatem non cognosci clare: ergo saltem aalitas cognoscitur clare, et rtalitas non cognoscitur clare eadem cognitione ãalitas; ergo contradictoria cognosci clare et non cognosci clare verificantur in nostra sententia.

**N**ego quippe suppositum maioris pmo, qd realiter seu independenter ab intellectu sint formalitates ãalitas et rtãlitas. 2do qd a parte rei habeant proprios formales conceptus. Quare realiter tam ãalitas hominis qm rtãlitas est hõo, qui cognitus cognitione illum comparante ad sensiones dicitur cognosci sub proprio formali conceptu ãalis, et cognitus cognitione illum comparante ad discursum dicitur cognosci sub proprio conceptu formali rtalis. Qd si adversarius dicat se loqui in sensu reflexo, tunc omissis præmissis nego suppositum pmi consequentis, nempe qd cognitio aalitas repræsentet rtãlitatem, ut falso supponit adversarius.

118. Nec urgeat primo obiectio praescindentis. Tantum substantiae cognoscimus pro statu viae, quantum indicant accidentia et effectus illius; sed in casu hominis a longe visi motus progressivus indicat animalitatem et non rationalitatem. Relativum enim etiam formaliter expressa cognitione habet vim dumtaxat excitandi cognitionem sui correlativi; sed correlativum motus progressivi est animalitas et non rationalitas; ergo non excitat cognitionem rationalitatis; ergo cognoscitur animalitas et non rationalitas; ergo obiectivae praescinditur etc. Confirmatur. Relativa sunt simul cognitione; sed in casu cognitionis animalitas non cognoscitur discursus; ergo non cognoscitur rationalitas; ergo cognoscitur animalitas et non rationalitas; ergo etc.

Respondeo primo ad primum omissa maiori negando suppositum minoris et omissa maiori implicite probationis huius minoris nego iterum suppositum minoris ipse quod independenter ab intellectu sint istae formalitates. Quare correlativum motus progressivi est tota realitas obiecti se moventis; sed hoc in casu est homo, et homo est realiter indivisibiliter animal rationale; ergo correlativum motus progressivi in casu est realiter animal rationale, seu animalitas identice rationalis; ergo motus progressivus excitat cognitionem animalitatis rationalis. Et ecce argumentum contra suum auctorem. Respondeo 2do distinguendo maiorem: tantum substantiae cognoscimus quantum indicant accidentia, idest cognoscimus ea cognitione quam determinant eius accidentia concedo, idest aliquid substantiae cognoscimus et aliquid non subdistinguo: si substantia intrinsece constet partibus, deinde concedo, secus nego maiorem, et minorem ipse propositionem hanc sed motus progressivus indicat animalitatem et non rationalitatem quia concedente adversario indicat animalitatem quae est causa talis motus; sed animalitas quae est causa talis motus est rationalis; ergo motus progressivus excitat cognitionem rationalitatis; sed sub sola idea animalis quia conditio motus est communis homini et bruto. Quod si motus repraesentat causam suam non ut est in se, sed in idea animalitatis in hoc sensu vel animalitas distinguatur formaliter obiective a rationalitate excitata cognitione non repraesentante rationalitatem. Sed hoc non facit ad rem.

119. Ad confirmationem distinguo maiorem: Relativa sunt simul cognitione formaliter explicante eorum relationem concedo, formaliter non explicante eorum relationem nego maiorem et concessa minore distinguo consequens: ergo non cognoscitur rationalitas cognitione explicante relationem seu ordinem rationalitatis ad discursum concedo, cognitione explicante relationem ad motum quem causat rationalitas animalis hominis, nego primum et 2dum consequens. Nam licet relativa (idest quae se mutuo connotant, ut rationalitas tamquam causa et discursus tamquam effectus) cognoscantur simul per per cognitiones formaliter explicantes eorum relationem, ut patet in cognitionibus Pater Creator etc. in quarum prima simul cognoscuntur Pater ac Filius, et in 2da Creator ac creatura quia utraque formaliter explicat eorum relationem: non cognoscuntur tamen simul per cognitiones formaliter non explicantes eorum relationem. Patet hoc in in cognitionibus homo Deus etc: in quarum prima cognoscitur homo qui est Pater, quin cognoscatur filius, et in 2da cognoscitur Deus, qui est Creator, quin cognoscantur creaturae, quia neutra formaliter explicat eorum relationem,

ergo licet rationalitas et discursus cognoscantur simul per cognitionem rationalem formaliter explicantem eorum relationem, non cognoscuntur tamen simul cognitione animali, quia haec formaliter non explicat ordinem illorum; ergo cognitione animali cognoscitur rationalitas, et non cognoscitur discursus: ergo cognoscitur animalitas et rationalitas sic, idest homo

120. Nunc urgeat 2do In casu hominis amentis cuius ita se habet rationalitas ac si non esset. sed si non esset, non cognosceretur, ergo de facto non cognoscitur. Probatur maior. Auferat Deus per impossibile ab homine isto rationalitatem, aut ipso accidente homini subsistat bone, in hac hypothesi eadem esset cognitio quae nunc est, dum obiectum est rationale; sed in hac hypothesi non cognosceretur rationalitas; ergo nunc non cognoscitur rationalitas; ergo ita se habet, ac si non esset.

Respondeo negando maiorem: ad probationem retorqueo argumentum. Auferat Deus per impossibile ab animali principium visus, et remaneat principium motus in hac hypothesi eadem esset cognitio quae nunc, dum animal est principium motus, et visus, sed in hac hypothesi non cognoscitur principium visus. ergo nunc non cognoscitur principium visus; sed principium visus est animal; ergo nunc non cognoscitur animal; ergo obiective praescinditur a se ipso. Directe potest responderi primo negando maiorem cum iis qui putant cognitionem ita essentialiter alligari obiecto, ut hoc mutato, mutetur. Responderi potest 2do attenta hypothesi impossibili negando suppositum maioris, quia supponit adversarius impossibile, quale est animalitas, ut sic separata a rationalitate remaneret, et posse obiectum intellectus, quod probabilius est falsum. Responderi potest 3tio cum aliis negando hypothesim in terminis repugnantem quia remaneret animalitas ut fert hypothesis, et non remaneret rationalitas, quia desineret rationalitas, quae est essentialiter animalitas, ergo non remaneret animalitas. Responderi potest 4to distinguendo sequelam maioris: esset eadem cognitio formaliter (idest attenta eius sola repraesentatione) quae nunc omitto, esset eadem cognitio terminative, idest ex parte obiecti cogniti nego maiorem: et concessa minori: nego consequentiam. Responderi potest ultimo omissis praemissis distinguendo primum consequens: ergo nunc non cognoscitur rationalitas ut obiectum necessarium, omitto, ut obiectum sufficiens nego primam, et secundam consequentiam.

121. Obiectum sufficiens cognitionis est quod ita repraesentat cognitio, ut etiam eo ablato haberi possit formalis repraesentatio eius cognitionis, quia aliud haberi potest quod repraesentet ea cognitio. Obiectum vero necessarium cognitionis est, quod ita repraesentat cognitio, ut eo ablato haberi nequeat formalis repraesentatio illius, quia aliud haberi non potest quod repraesentet dicta cognitio.

Iam vero obiectum necessarium cognitionis animalitas est repraesentabilitas in ratione animalis, quia absque ista haberi nequit formalis illius repraesentatio, cum nihil possit repraesentare ea cognitio, nisi habeat repraesentabilitatem animalis, sed quia haec repraesentabilitas est in singulis hominibus et brutis, singula repraesentat, aut repraesentare potest ea cognitio, ita, ut quolibet ablato habeatur aliud

predictũ repraesentabilitatẽ aālis. Quare unaquaeque istorũ est obiectũ sufficiens illius cognitionis; usque dum ergo manet obiectũ, quod est aāl rāāle, tamdiu hoc repraesentat claritatẽ aālis; hoc autẽ mutato, et posito alio, tamdiu hoc repraesentabit etiam claritatẽ aālis; ergo adhuc cognoscitur rāālitas ut obiectum sufficiens.

Quod si adversarius petat, an praedictum affirmatũ de homine in hac propositione: quod video est aāl, possit affirmari de leone v.g.: etiã ego petã, an ea affirmatio reddat sensum singularem: quod video est hoc aāl, et sic non potest affirmari de leone, ut patet de se: an vero reddat sensum disiunctivum: quod video est aliquod aāl, et sic licet affirmatur aāl cũ suis differentiis, potest affirmari de leone, quia vera est propositio leo est aāl rāāle, vel irāāle, ut patet ex Dialectica.

122. Nec urgeat ultimo. Ille nullo modo cognoscit rāālitatẽ, cognita aālitate, qui est certus de aālitate, non est certus de rāālitate, potest dubitare de rāālitate, imo hanc negare, non potest, non potest dubitare de aālitate, nec hanc negare; potest videre rationẽ de aālitate, non potest videre rationẽ de rāālitate; sed ita se habet eminus videns hominẽ se moventẽ; ergo eminus videns hominem se moventem nullo modo cognoscit raalitatem cognita aalitate.

Respondeo negando suppositum maioris supponentis aālitatem, et rāālitatẽ hominis intrinsecè distinctas, quod est falsum; eminus ergo videns hominem se moventem certus est de tota indivisibili hominis essentia relate ad cognitionem genericã aāl, et non est certus de eadẽ relate ad cognitionẽ discretivã rāāle, potest dubitare de eadẽ relatè ad cognitionẽ discretivã rāāle, imo negare raalitatem, sed non relatè ad cognitionem genericã aāl, potest videre rationem de eadẽ tota essentia relate ad cognitionem genericam, et non potest videre rationẽ de illa relatè ad cognitionẽ discretivã eiusdẽ, quia talem cognitionem non habet. Cn sensũ resterẽ eanũ affirmationum, et negationum.

Nec timeas huiusmodi contradictionis apparentia, quia, licet sint de eadẽ re, sunt tamen 2dũ diversas illius cognitiones, in quo non est contradictio. Non ne si petas ab idiota, an sit rāālis, statim ille affirmabit? at si petas, an sit aāl, statim negabit, et negabit hanc, si foras erit etiã baculo haesitabit? Verũ quis dicat illum sibi contradicere, si nomine aālis bestiam intelligit?

123 Opponis 2dò ex negata praecisione obiectiva. Disquiro. Negas praecisionẽ obiectivã? ergo obiectivè praescindis. Probatur consequentia. 2dò negas praecisionẽ obiectivã vel cognoscis quod negas, vel non? si 2dum; ergo temerè negas, quia negas incognitũ; si primũ; ergo datur praecisionẽ obiectivã; ergo obiectivè praescindis. Probatur consequentia: si cognoscis quod negas, cognoscis cognitionem obiectivè praescindentem aālitatẽ v.g. a raalitate; ergo cognoscis cognitionẽ obiectivè praecisã a rāālitate; sed hoc est facere praecisionem obiectivam; ergo etc.

Respondeo primo palàm retorsionem in praecisione formali quam etiam utpote evidentiorem concessio in praecisione obiectiva inter aal et caam sensionem quam negat adversarius. Inter aal et caal sensionem negas praecisionem obiectivam, ergo obiective praescindis aal a caa sensionem. Probatur consequentia: quando negas aal obiective praescindi a caa sensionem vel cognoscis quod negas, vel non? Si 2dum, ergo temere negas ignotum. Si primum, ergo facis praecisionem obiectivam inter aal et caam sensionem; ergo etc. Probatur consequentia eodem modo ut supra adversarius. Directe concesso antecedenti nego consequentiam; ad probationem concesso dilemate et omissa prima consequentia (quae tamen negari posset, quia ne temere negetur impossibile, quale ex probatis est praecisio obiectiva, sufficit cognoscere nomen significans impossibile, quod est incognoscibile, seu cognosci non potest) inde nego 2dam; ad cuius probationem distinguo antecedens. Si practice cognosco quod nego, cognosco cognitionem obiective praescindentem aalitatem etc. concedo. Si speculative cognosco quod nego, cognosco etc: nego antecedens, et consequentiam.

Qui speculative cognoscit solum, et negat praecisionem obiectivam, cognoscit illam impossibilem, ac ut talem negat praecisionem obiectivam inter gradus identificatos; qui autem practice cognoscit et negat praecisionem obiectivam, practice cognoscendo facit praecisionem obiectivam. Ego itaque pure speculative cognoscens praecisionem obiectivam ut impossibilem, ex quo cognosco hanc veritatem necessariam: quidquid vere dicitur de uno ex identificatis vere etiam dicitur de alio, nego illam quin faciam praecisionem illam impossibilem, ergo etc.

124\. Denique ad plenam vindiciam praecisionis formalis adverto, quod si proponantur particulae petitae ex voluntate, et potentiis corporis, v.g.: voluntatem egroti amare in medicina caam sanitatis, et non caam amaritiei; oculum a longe videntem obiectum album videre colorem, et non alborem etc. Adverto, inquam, haec et similia absolute neganda esse in sensu reali, quia in hoc sensu implicat amari, videri etc. unum ex identificatis quin ametur et videatur aliud; unde particulae favent nobis. Quod si adversarii dicant particulas illas intelligendas esse in sensu formali, concedi debent, quia hinc nihil contra nos disputantes in sensu reali de formalitatibus rerum. Ast autem profunde intellectus nil exponendum superest ad plenam cognitionem idearum praescindentium idem a se ipso iuxta Nominales, sed colligendus manet dissertationis fructus, idest recta axiomatum huc pertinentium intelligentia. Haec ergo desit fructus, qui tertiae controversiae est meta, et finis sit.

## Ponderatio Critica
## Axiomatum Huc Pertinentium.

125\. Axiomata huc spectantia alia sunt basis conversionis logicae, alia vero dici de omni, alia regulam contradictionis etc: quapropter operae pretium est ea severe examinare ne ad

malos sensus delata pariant errores, vel ne cum quibusdam contra rectæ rationis dictamen contemnantur, aut cum alijs plus justo venerentur tanquam oracula falli, et fallere nescia. Sunt itaque.

**D**uo identificari, seu duorum identitas non est contingens, sed necessaria, vel impossibilis. Duo distingui, seu duorum distinctio non est contingens, sed necessaria, vel impossibilis. Hic nota illa duo. Quæ semel sunt idem, semper sunt idem; quæ semel sunt distincta, semper sunt distincta. Quæ realiter separantur, realiter distinguuntur. Identitas unius cum alio, sicut distinctio unius ab alio est necessario mutua. Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. Quæ sunt equalia uni tertio, sunt equalia inter se. Quæ repugnant uni tertio, repugnant inter se. Dictum de omni, dictum de nullo. Quidquid vere affirmative aut negative enuntiatur de uno ex identificatis, vere enuntiatur etiam de alio. Impossibile est idem simul esse, et non esse. Quodlibet est, vel non est. Hic autem secundo ad exposita. Idem manens idem semper facit idem. Cognitiones specificantur ab objecto. Quæ sunt similia uni tertio, sunt similia inter se. Relativa sunt simul cognitione. Primum enim expoui n. 70, et 75. 2dum n.° 60. 3tium n.° 170. Ultimum denique n.° 114.

126. **I**d vero primum intellectum de identitate reali metaphysica, et physica adequata est verum, sed intellectum de identitate physica partiali est falsum et idem dico de alio significante distinctionem duorum necessariam, vel impossibilem.

**R**atio primi est. Res et ejus essentia sunt penitus idem, ut est certum ex sensu Optimorum communi. Quo posito sic. Implicat idem mutare essentiam, sicut indivisibile dividi; ergo sicut si indivisibile divideretur non esset indivisibile, sed in partes divisum, ita si idem mutaret essentiam non esset idem, sed a seipso distinctum; sed si identitas metaphysica realis aut physica adequata duorum (idem dico de distinctione reali adequata duorum) non esset necessaria, vel impossibilis, sed contingens idem mutare posset essentiam, ut idem mutare potest accidentia v.g. ignorantiam in doctrinam, peccatum in gratiam, etc. quia hæc sibi contingenter conveniunt; ergo identitas realis metaphysica, et physica adequata duorum (idem dico de reali adequata duorum distinctione) non est contingens, sed necessaria, vel impossibilis.

127. **R**atio autem 2dæ partis petitur ex facto, nam de facto compositum humanum, idest homo physice spectatus partialiter identificatur cum anima rationali, et corpore humano seorsim sumptis, sicut hæc vicissim cum illo (idem dico de distinctione reali inadequata) attamen in morte hominis desinit compositum remanentibus anima separata, et corpore humano; ergo perit realis identitas inadequata compositi cum partibus distributive sumptis; secus periret etiam anima, et desineret corpus humanum in morte hominis, quod partim est falsum ex fide, partim ex recta ratione, et experientia, ergo identitas partialis physica non est necessaria, aut impossibilis sed contingens.

Hinc soluta est controversia an sit possibilis identitas contingentia, qua unum ex realiter identificatis cum alio possit ab eo realiter distingui, aut duo realiter distincta possint identificari; vel qua unum obiective distinctum ab alio sit intrinsece indifferens ad obiectivam identitatem cum illo; nam ex dictis (sola excepta identitate partiali physica qua denuo cum partibus suis homines nunc mortui recuperabunt in de Rechionis unitis) impossibilis est omnis alia identitas contingentia. Haec doctrina nota est contra Scholistas.

118. Quod si loquamur de identitate formali, quarto vel sermo fit de formali metaphysica, et sic pariter axioma est verum, quia unum formaliter metaphysice identificari cum alio est unum definiri per aliud, quod si esset contingens, et non necessarium, aut impossibile, illud unum posset mutare essentiam, quod repugnat ex n.° 126. Aut sermo est de identitate formali logica, et sic iterum quarto: vel necessitas identitatis spectat super cognitione repraesentante obiectum, vel super obiecto ita repraesentato. Si primum: proloquium denuo est verum, quia cognitio essentialis est repraesentatio plurium ad modum unius; adeoque cognitio mutare non posset eam repraesentationem, secus mutaret essentiam; si 2dum: est falsa, quia contingenter accidit pluribus repraesentari ad modum unius; sicut eidem rei repraesentari ad modum plurium, ut patet ex dictis. In hoc autem eodem sensu intelligi debent duo illa: Quae semel sunt idem, semper sunt idem. Quae semel sunt distincta, semper sunt distincta.

129. Quintum vero: Quae realiter separantur, realiter distinguuntur universim est verum, quia ubi est realis separatio, ibi est multiplex esse reale, sed ubi est multiplex esse reale, ibi est distinctio realis, ergo ubi est realis separatio, ibi est realis distinctio, ergo Quae realiter separantur etc. Sed si invertatur sic: Quae realiter distinguuntur, realiter separantur est falsum, quia distinctio realis non est connexa cum reali separatione ut patet primo in divinis personis realiter personaliter distinctis, attamen inseparabilibus. 2do in omnibus fundamentis connexionis metaphysicae realiter distinctis a suis terminis respectivis, attamen ab istis penitus inseparabilibus; ergo licet ex reali separatione necessario sequatur distinctio realis, ex hac tamen non infertur realis separatio.

130. Sextum autem et septimum, nempe identitas unius cum alio est necessario mutua, distinctio unius ab alio est necessario mutua, quae solent exponi sic: necesse est, quod si unum identificatur cum alio, hoc aliud vicissim identificetur cum illo uno, necesse est quod si unum distinguitur ab alio, hoc aliud vicissim distinguatur ab illo) Faber Isquierdo vocat duplex proloquium quod omnes admittimus; sed dico tota esse, adeoque verum intellectum de identitate, et distinctione realibus quaecumque sint, falsum vero intellectum de identitate, et distinctione formalibus.

Ratio primae partis: Quod est unicum vel primarium fundamentum

conuersionis propositiones enunciantium identitatem, aut distinctionem realem extremorum, sed identitas et distinctio realis mutua sunt tale fundamentum conuersionis etc. ergo identitas et distinctio realis sunt mutuae; sed ex supra dictis identitas et distinctio duorum non sunt quid contingens, sed necessarium, vel impossibile, ergo identitas et distinctio realis sunt necessario mutuae. Probatur maior: quod est fundamentum consequentiae semper necessariae est universum verum, secus consequentia semper erit bona, ut supponitur, et aliquando mala, quod ipsum vacillat fundamentum, sed conuersio logica est consequentia semper necessaria vel ex Dialectica sit unius ad aliud per extremorum transpositionem consequentia necessaria, idest semper legitima, ergo unicum, aut primarium fundamentum conuersionis etc. est universum verum. Nunc probatur etiam minor primo syllogismi. Unicum fundamentum conuersionis sunt istae propositiones: omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo. Nullum animal est lapis, ergo nullus lapis est animal sunt identitas et distinctio realis mutua extremorum inter se; si enim posset homo non mutuo identificari cum animali, et animal non mutuo distingui a lapide, utraque illa consequentia esset mala; ergo unicum, aut primarium fundamentum conuersionis etc. sunt identitas et distinctio realis mutuae.

131 Nunc dices: Mala est utraque sequens conuersio Nulla Persona Divina est communicabilis, ergo nihil communicabile est Persona Divina. Aliquod communicabile est Persona Divina, ergo Persona Divina est communicabilis; licet mutua sit identitas realis inter utriusque extrema; ergo vel identitas, et distinctio realis mutuae non sunt fundamentum conuersionis etc.; vel conuersio non est consequentia semper necessaria. Quod autem mala sit utraque conuersio, patet ex eo, quod in utraque verum est antecedens, et falsum consequens; ex vero autem non sequitur falsum ex canone Dialectico.

Nam respondeo utramque malam esse ob alicuius regulae conuersionis exigentis, ut subiectum conuersae mutetur in praedicatum, et praedicatum mutetur in subiectum conuertentis, ut patet ex Dialectica. Hoc autem non fit in oppositis conuersionibus. Ne ergo arbitrarie conuersione exponamus utramque conuersam Nulla Persona Divina est communicabilis, aliquod communicabile est Persona Divina: quarum prima reddit sensum: Nulla Persona Divina identificatur cum communicatione Persona Divina, et secunda reddit istum aliquod communicabile communicatione essentiae est Persona Divina; nam alia est communicatio personalis, et alia essentialis ex n° 72; nunc autem cognito earum sensu conuertamus illas sic: ergo nihil identificatum cum communicatione Personae Divinae, seu nihil personaliter communicabile est Persona Divina; ergo aliqua Persona Divina est communicabilis communicatione essentiae, seu essentialiter. Hinc neque consequentias natas ex alicuius conuersionis quod autem sit falsus praeloquium intellectum de identitate et distinctione formalibus tam logica, tum Metaphysica suppono ex disserenda prima Metaphysices, in qua docebo causas modis conuertendi propositiones reflexas enuntiantes identitatem et distinctionem formalem. Quare statuta basi conversionis pergo ad fundamentum humani discursus.

132 Antis itaque syllogisticae basis sunt axiomata: Quae sunt eadem uni tertio, quae repugnant uni tertio etc. Dictum de omni, dictum de nullo. Quidquid vere affirmative aut negative enunciatur de uno

ex identificatis etc: nam primo qualiter sunt bases syllogismi de medio termino communi duo affirmativi affirmativus, et duo negativi negativus, quibus in re mathematica accedit illud: Quae sunt aequalia uni tertio sunt aequalia inter se. Ultimum vero affirmativae cooperatio est basis expositorii affirmativi, et negativae sumptum est basis negativi. Praedicta tamen proloquia nec debent adeo recipi cum simplicibus, ut etiam fides ad illa trium ad veritatem normam exigatur. Nos enim docet S. Petrus Apostolus Epistola 2 cap. 1. Habemus nos firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernae ardenti in caliginoso loco. Firmior autem sermo est ille Sancti Joannis Evangelistae et hi tres unum sunt, atque Pater, Filius, et Spiritus Sanctus sunt unus Deus.

Quapropter dicta lucerna non attendens Guillelmus Episcopus Pictaviensis erravit abutens primo proloquio, ac fingens Divinam Essentiam realiter distingui a Divinis Personis, et inde etiam nata sunt tot sententiarum discordia inter Theologos. Nec debent certo impetu recipi cum imperiosis ex eo quod in aliquo casu sint falsa, quasi universaliter talia forent, in iis illas negandi nos non erimus Pyrrhones, nec in asserenda omni veritate erimus meri Pythagorei, sed fide Divina nobis praelucente veri Christiani manere fungemur.

133\. Quare suppono primo illud Mathematicorum: Quae sunt aequalia uni tertio, sunt aequalia inter se esse universaliter verum, quia aequalitas nec patitur magis et minus, nec miscetur cum ulla inaequalitate ex numeris, 67 et 100, universaliter inquam verum ubi supponuntur termini aequales et inaequales, secus vero ubi non supponuntur, ut patebit nunc ex Dissertatione de infinito.

Suppono 2do illud Aristotelis: Quae sunt eadem uni tertio etc: cum mixtione identitatis cum distinctione falsum esse primo ubi identitas realis essentiae miscetur cum reali personali distinctione ut patet in Mysterio Trinitatis, in quo Divinae Personae sunt penitus idem cum essentia Divina, quia sunt unus Deus, attamen non sunt idem inter se, quia non sunt unica Persona. Falsum esse 2do, ubi identitas realis miscetur distinctione physica partiali, ut patet in homine, in quo corpus, et anima rationalis sunt idem cum homine, atamen non sunt idem inter se. Tertio ubi identitas cum tertio seu medio termino miscetur distinctione intrinseca formali ex natura rei, aut virtuali contraversa, quia ut sit verum illud: quae sunt eadem uni tertio etc debet esse verum hoc aliud: quidquid vere dicitur de uno ex identificatis cum tertio, vere dicitur etiam de alio, sed quidquid vere dicitur de uno ex identificatis cum tertio identitate mixta distinctione intrinseca ex natura rei, aut virtuali controversa, non vere dicitur de alio, ut patet ex contradictoriis intrinsecis, aut extrinsecis, quae verificari concedunt Scholistae, et Thomistae simul de praedicatis metaphysicis; ergo falsum est ubi etc. Ultimo falsum esse patebit ex Dissertatione primo Metaphysicae intellectu de identitate, et distinctione formalibus logica, et Metaphysica; ergo axioma illud quae sunt eadem etc universaliter intellectum est falsum.

134\. Quapropter universaliter est verum sequenti limitatione

(alijs omissis) rejiciturs, quæ sunt eadem uni tertio identitate reali adæquata et pura, realiter sunt eadem inter se. Dixi primo identitate reali ad excludendam identitatem formalem, de qua intellectus est falsum. 2do reali adæquata ad excludendam omnem distinctionem partialem. 3tio pura ad excludendam omnem distinctionem realem personalem, intrinsecam ex natura rei, et virtualem controversam ab identitate extremorum cum 3tio. Denique addidi realiter eadem inter se, quia eius veritas essat in unico sensu reali. Et sub hac eadem limitatione debet esse universaliter verum etiam illud: Quidquid vere affirmative aut negative enunciatur de uno ex identificatis identitate reali adæquata et pura, vere affirmative, aut negative enunciatur etiam de alio. Illa vero: Dictum de omni, dictum de nullo patent ex numeris 32 et 33 2dæ partis Dialecticæ. Nunc tandem sit

**F**undamentum limitationis. Si extrema, quæ sunt idem cum 3tio identitate reali et pura (v.g. extrema ens sensitivum, et rationale cum medio termino animal in hoc syllogismo: Hoc animal est ens sensitivum, sed hoc rationale est hoc animal; ergo hoc rationale est ens sensitivum.) non essent realiter idem inter se, de ijsdem extremis verificaretur esse realiter idem, et non esse realiter idem cum medio termino animal, sed hoc est penitus impossibile ex principio contradictionis paulo post ostendendo, ergo est penitus impossibile, quod extrema, quæ sunt idem cum 3tio identitate reali adæquata et pura, non sint realiter idem inter se. Probatur maior: Omnis identitas realis est mutua ex n.° 130; ergo si extrema ens sensitivum et rationale sunt idem cum medio termino animal tali identitate, reali adæquata et pura, etiam medius terminus animal tali identitate est mutuo idem cum extremis ens sensitivum, et rationale; ergo extrema, et medius terminus sunt mutuo idem inter se; ergo si extrema quæ sunt idem cum 3tio et non essent realiter idem inter se, essent, et non essent realiter idem cum 3tio. Hinc patet artem syllogisticam ultimo indirecte resolui in principium contradictionis, quod est omnis veritatis humanæ indirectum criterium.

135. **P**rincipium itaque contradictionis est illud: Impossibile est idem simul esse et non esse, sicut principium exclusi medij dicitur illud: Quodlibet est vel non est, universim intellectum est falsum, et primo aplicatum partialiter identificatis, nam homo est mortalis, non enim animal; animal rationalis est purus spiritus, non enim homo etc: 2do aplicatum identificatis identitate mixta distinctione intrinseca rejecta Scholastica, et Thomistarum doctrina. 3tio aplicatum subiecto falsæ suppositionis v.g. Impossibile est aliquem Deum simul esse, et non esse sapientem etc. Ultimo falsum est aplicatum rei 2dum diversum statum, locum, tempus etc; et sic animalitas hominis realiter est rationalis et formaliter non est rationalis absque oppositione. Petrus in hoc loco canit, in alio non canit, hodie est sanctus, cras non est sanctus etc: absque ulla repugnantia.

136. **V**niversim itaque est certum, ac metaphysice evidens insersu reali

principium contradictionis, si ea quibus applicatur sint idem identitate reali adaequata et pura, si sint simul simultate adaequata loci temporis subiecti, actionisque, si denique non applicetur subiecto falsae suppositionis. Fundamentum est quia simultas utriusque veri contradictorii esse et non esse est summa repugnantia iuxta illud. Non est possibilis maior distantia quam inter duo contradictoria; unde natum est aliud scilicet sive unum contradictoriorum est existere aliud, idest falsitas unius necessario infert veritatem alterius contradictorii. Contradictoria enim esse et non esse per se praecise distant, ac immediate mutuo se evertunt. Ergo non est possibilis simultanea veritas aut falsitas utriusque, si duo illa, quibus applicatur principium contradictionis sint idem identitate reali adaequata, et pura, si sint simul simultate adaequata loci, temporis, subiecti actionisque, si denique non applicetur subiecto falsae suppositionis.

Hinc principium contradictionis ita limitatum tanta evidentia se prodit ex terminis, ut ex mente cuiuslibet hominum consensum non pertinacem, non cavillosum, non petulantem sed doctum assensum extorqueat. Quapropter ita intellectum reddit hunc sensum istorum absolute verum: Impossibilis est tam simultanea veritas quam falsitas utriusque contradictorii; vel hunc alium: (Namque servantur esse et non esse obiective (a quo prosendit axioma) Impossibile est idem habere utramque simul.

Dixi tamen in sensu reali, quia ad sui veritatem in sensu ipsorum intellectuali exigit praeterea identitatem formalem mutuam, ut patet in homine, et animali ipsorum sumptis, quae quia non sunt idem identitate formali mutua de homine ipsorum sumpto vere dicitur quod sit species, et non genus, de animali vero quod sit genus, et non species. Hinc meridie clarior est extrema praesentis disputationis necessitas, quia eiusdem doctrina tota fere Dialectica redditur inconcussa, eius enim beneficio, ut oportet intelliguntur, invictisque probantur vera cardinalia discursus humani principia tandem quae oppr... ac dis... insidiae sophistarum; fame itaque sua silentio proiiciant semedocti, vulgo (nedum alla moda), ne videantur ... ex odii praesumptione ignorata damnare ut ait D. Hieronymus in praefatione Isaiae ex hebraica veritate

# Pars Secunda
## De Apprehensionibus Praecisivis Plura Repraesentantibus Ad Modum Unius

In prima parte disputationis nobis explicavi modum quo per ideas formaliter praecisivas habetur multiplex eiusdem rei diversa cognitio, dicta distinctio rationis ratiocinatae, in hac vero ostendam modum quo per ideas formaliter praecisivas habetur unica plurium realiter distinctorum cognitio ad modum unius vocata iam unitas negativa, iam universalitas, iam identitas rationis, ut entia attributa realiter identificata quae habent diversam mentalem apparentiam dicuntur

formaliter extrinsece distincta: ita extrema a parte rei distincta, quae habent eandem mentalem apparentiam, vocantur formaliter identificata. Super hac itaque unitate seu identitate rationis disputabimus primo, quomodo habeatur per apprehensionem praecisivam, et ostendemus eam sufficere naturae universali in essendo. 2do disputabimus de universali in praedicando. Ultimo breviter expediemus ideas universales. Sit itaque

## Caput Primum

## De Essentia Naturae Universalis In Essendo, Sententiis, et Modo Quo Idea Formaliter Praecisiva Multa Repraesentante ad Modum Unius.

### Paragraphus Primus

### De Essentia Naturae Universalis In Essendo

1. Universale ex ipsa nominis ethimologia significare videtur unum versus alia; adeoque necessario importare unitatem et multiplicitatem. Quare vel unum respicit alia producenda, et dicitur causa universalis; vel respicit alia significanda, et dicitur vox universalis; vel respicit multa repraesentanda, et cognitio hoc, et vocatur cognitio universalis; vel respicit multa inferendo, et axioma totum est majus parte, et vocatur principium universale; vel denique multa, in quibus est per identitatem, et est natura universalis in essendo dicta in scholis universale metaphysicum, quod est subiectum praesentis controversiae.

2. Universale itaque in essendo, seu metaphysicum definitur unum aptum inesse multis per identitatem cum ratione sui multiplicatur. Dicitur primo unum non tantum unitate nominis sed etiam naturae significatae per nomen, unde aequivoca et analoga non sunt in rigore universalia. Unitas autem quae facit ad rem praesentem duplex est, una fundamentalis, et alia formalis. Prima est quantum reale, ipsa similitudo naturae realis in se multiplicis aut multiplicabilis, ex cujus intellectus naturam realiter multiplicem sibi repraesentat ad modum unius, seu facit formaliter unam. Unitas autem formalis est indivisio naturae in multis neque vel forma per quam natura realiter multiplex est formaliter una, idest repraesentatio, seu mentalis apparentia naturae realiter multiplicis ad modum unius, quam apparentiam habet natura in apprehensione praecisiva naturae ab ejus multiplicitate.

3. Dicitur aptum inesse multis per identitatem, quia natura universalis praeter unitatem debet etiam habere veram potentiam, seu capacitatem essendi in multis per identitatem, unde non exigit actu, sed solum posse identificari cum multis. Dicitur ultimo cum ratione sui multiplicitate aut multiplicabilitate, quia universale praeter dictam unitatem et aptitudinem

requirit etiam, ut tota ratio naturæ, seu tota nãa, quæ est formaliter una, sit multiplex in iis, in quibus est per identitatem. Hinc primo nãa solis est universalis, quia pt̄ ēē una formaliter, et realiter multiplex in multis per identitatem. Hinc 2do universalia in producendo, significando, repræsentando, et inferendo non sunt veræ universalia, quia non sunt per identitatem et realem multiplicitatem in iis, quæ respiciunt.

Hinc 3tio Divina Natura non est universalis, quia nec est, nec ēē pt̄ multiplex, sed unica, et immultiplicabilis est per identitatem in tribus Divinis Personis, quæ ideo sunt unicus Deus docente Fide, et demonstrante ratione. Hinc 4to Natura Humana Christi definitive replicata in Hostiis Consecratis non est universalis, quia in illis non est realiter multiplex, sed unica singularis nãa. Hinc 5to nec ōā miraculose replicata in multis corporibus, nec plures naturæ supernaturaliter penetratæ sunt universales; non illa defectu multiplicitatis, non istæ defectu unitatis. Hinc ultimo concretum universale duo essentialiter importat, nempe videlicet realiter multiplicem tamquam subiectum denominatum, et unitatem ac potentiam essendi in multis per identitatem tamquam formam denominantem nempe unam seu universalem. Sed ubi nam gentium erit hæc natura, quæ sit una et multiplex? an non pugnant inter se unitas et multiplicitas eiusdem naturæ.

## Paragraphus Secundus
## De Auctorum Sententiis

4 Quatuor sunt Doctorum sententiæ circa unitatem universalem naturæ. Prima docet unitatem realem naturæ extra singularia; 2da ante singularia; 3tia in singularibus; Ultima denique unitatem duntaxat intentionalem post singularia. Prima itaque (quæ Platoni tribuitur ab Aristotele) docet universale ideale, seu fingit naturas improductas æternas, et indefectibiles ut æternum exemplar, seu imaginem rerum singularium, quæ ad eius similitudinem producuntur in tempore. Istæ autem naturæ vocantur tum formæ, tum ideæ: formæ, quia denominant individua cuiuslibet speciei denominatione illis convenienti; ideæ etiam, quia individua finguntur produci ad earum similitudinem; sicuti desinere, cum ab illarum participatione desistunt.

5. Secunda est Alberti Magni docentis duo ēē naturæ status, nempe statum possibilitatis, et statum existentiæ. Primus est, in quo nãa est tempore prior singularitatibus, adeoque in se intrinsece indifferens ad contractionem seu identitatem cum singularitatibus. 2dus vero est, in quo nãa est iam contracta, seu identificata cum singularitatibus. In statu itaque possibilitatis nãa dicitur una, seu universalis, quia indivisa in plura singularia. In statu autem existentiæ est realiter multiplex, quia divisa est in plura singularia. Hanc sententiam amplexus est P. Fonseca, statum possibilitatis

tũm appellans statũ realis præcisionis, et solitudinis in quo intelligitur nãa 2dũ se, seu eius essentia realiter præcisa a singularitatibus, adeoq; universalis; statũ aũt existentiæ vocat statũ realis contractionis, in quo nãa est identificata cũ singularitatibus, adeoq; realiter multiplex. En naam universalem ante singularia.

6. Tertia est Scholistarum qui sicuti inter gradus realiter identificatos habentes diversas definitiones admittunt distinctionem formalem intrinsecam, ut patet ex pmã Dissertationis parte; ita inter individua realiter distincta habentia eandẽ definitionem concedunt identitatem formalem ex nãa rei; ut enim (aiunt illi) quæ habent diversas definitiones licet sint realiter idẽ, sunt ex nãa rei distincta; ita quæ habent eandẽ definitionẽ, licet realiter distincta, sunt idẽ ex nãa rei, seu unitate formali. Sed alij tũ Scholistæ docent unitatem positivam naturæ, quatenus eadẽ entitative nãa v.g. Petri, sit in omnibus hominibus mãaliter solũ, ac extrinsecè multiplex, et distincta ratione singularitatis realiter distinctarum: et ecce naam dictam universalem per inexistentiam. Alij vero docent unitatem indifferentiæ, quatenus eadẽ formaliter entitative nãa est intrinsecè 2dũ se indifferens ad identitatem realem cum qualibet singularitate, quia licet de facto constituat Petrum v.g. 2dũ se tũ poterat constituere Paulũ. Et ecce naam dictam universalem per indifferentiam. Alij deniq; volunt unitatem convenientiæ, et similitudinis individuorum in essentia sufficere ad universale. En naam universalem in singularibus.

7. Ultima vero docet unitatem universalem post singularia, seu haberi solũ in statu reflexo, quia cũ ista præsupponat nãas singulares, tum ipsa, quā unitas ex eo habita dicitur post singularia. Quare hæc sententia docet unitatem formalem naturæ habitam dependenter a cognitione præscindente naam ab eius multiplicitate seu repræsentante naam realiter multiplicem ad modum unius. At cũ alij auctores doceant præcisionem obiectivam, et alij formalem, ideo alij volunt unitatem universalem naturæ esse apparentiam, quam habet in cognitione obiectivè præscindente, et alij volunt esse apparentiam unius, quam habet in cognitione formaliter præscindente naam ab eius multiplicitate. Nunc autem

8. Adverto tres primas sententias niti ex multis falsis suppositis. Prima enim falso supponit primo esse possibilem naam improductam a Deo distinctam, quod est falsum. Falso supponit 2do naam semel distinctam a singularibus posse cũ istis in tempore realiter identificari, quod pariter est falsum, nã ex præsenti Critica consideratione: Quæ semel sunt realiter distincta, semper sunt ita distincta. Secunda sententia hoc eodẽ supposito falso laborat, videlicet quod nãa in statu possibilitatis, ac realis præcisionis tempore prior, et semel realiter distincta a singularitatibus possit cũ istis realiter identificari in statu existentiæ, et realis contractionis. Falso supponit 2do, inter prædicata metaphysica realiter identificata possibilem esse identitatem contingentem, quod esse falsum patet ex numeris 126, et 127.

9. Tertia vero secula falso supponit inter naām, et singularitates distinctionem formalem ex nāā rei impugnatam in prima parte Dissertationis; ita falso supponit, omnia individua eiusdem speciei habere naām unam, vel unitate formali positiva ex nāā rei; vel unā unitate formali indifferentiæ, et sic ambæ sententiæ Scholistarū supponunt identitatem formalē ex nāā rei, quæ a rebus exulat, ut exulat distinctio formalis eorū. 2dā aūt præterea supponit possibilem identitatem contingentiæ inter gradus metaphysicos. 1mā vero in rebus naturæ facit Mysterium longe maius Mysterio Trinitatis, mirabilius enim est unā, eandemq. entitatiuè naām, v.g. humanā eē identificatā realiter cū omnibus individuis humanis loco, et tempore separatis Beatam in Christo, damnatam in Juda etc., quam unicam divinā Beatissimam esse per identitatem in tribus divinis Personis naām.

Præterquod sicuti personalitates divinæ realiter identificantur cū divina nāā, non multiplicant istam, ita singularitates creatæ realiter identificatæ cū nāā creata formaliter una, non multiplicant naām creatā, ergo si ex supra dictis ista nāā debet eē una, et realiter multiplex ad hoc ut sit universalis; sicuti nāā divina non est universalis, ita non est nāā creata ex nāā rei una.

Deniq. unitas similitudinis non sufficit ad universale; nam unitas, quæ sufficit ad universale, debet eē talis, ut nāā quæ est una, possit eē per identitatem in multis idem totam rationē formalē, 2dū quā est una; secus universale non esset unum aptum inesse multis per identitatem cum reali sua multiplicitate; sed nāā una unitate similitudinis, seu multiplicitas naturarum similium formaliter importata in unitate similitudinis nequit eē tota per identitatem in multis, alias idem hōō, et singuli possent eē omnes hōēs, ergo unitas similitudinis non sufficit ad universale.

## Paragraphus Tertius.

## Scholistarum Obiectiones Prænotatis Solutæ.

10. Prænoto itaq. primo tres sequentes propositiones. unitas formalis positiva naturæ est indivisio per principia formalia, nāā ut ex nāā rei distincta a singularitatibus est una, nāā ut ex nāā rei distincta a differentiis individualibus est eis, quibus arguunt Scholistæ supponere eorum distinctionē formalem alibi reiectam; quare hoc unū verbum nego suppositum diruetria eorū argumenta.

Prænoto 2dō falsā eē hanc propositionē: Petrus realiter excludit singularitatem, et non naām Pauli, sed excludit singularitatem, et naām Petri, quia æque repugnat Petrum realiter identificari cū Paulo, ac cū Petro. Prænoto 3tiō Petrū et Paulū definiri eadē definitione probare inter eos solā unitatē similitudinis, quæ est fundū intellectui ad unicā illorū definitionē, non aūt ad unitatem formalē intrinsecā. Prænoto 4tō malaē eē consequā a negatione unius oppositi ad affir=

mationem alterius in mãa supponente falsum, e.g. in ossa Petri et Pauli non sunt diversæ formalis speciei a parte rei, ergo sunt eiusdem speciei formalis; ut male est ista: duo Angeli non sunt diversi coloris etc., ergo sunt eiusdem etc. Unde istæ et similes argumentationes solvuntur negando suppositum consequentis. Hinc falsæ sunt etiam duæ sequentes propositiones: eo modo quo res non est multiplex est una, in ea ratione in qua duo non distinguuntur, identificantur; secus quia Petrus non est multiplex lapis, esset unus, quia duo Angeli non distinguuntur in natura corporea, in hac identificarentur.

11. Prædico 6to falsam esse causalem istam: quia humana nãa a parte rerum est numerice multiplex, non est formaliter una; vera enim causalis est hæc: quia in rebus non sunt identitas et distinctio formalis ex nãa rei, et quia etsi forent, ex dictis non sufficerent ad unitatem universalem. Hinc locum non habet paritas: Realis distinctio Personarum in Divinis non opponitur identitati naturæ, quia non est in eadem linea; ergo nec distinctio realis singularitatum, seu multiplicitas opponitur unitati formali, quia Disparitas veris unitati formali supponitur identitas et distinctio ex nãa rei. Et si locum haberet esset contra adversarios; nam ideo realis distinctio Personarum non opponitur identitati naturæ, quia divina nãa nullatenus multiplicatur a Divinis Personis; sed nãa creata formaliter ex nãa rei una multiplicatur a singularitatibus, cum quibus est realiter idem, secus non esset una et realiter multiplex, ut exigit universale; ergo etc.

12. Prædico 7mo, nãam humanam realiter esse minus diversam nãa aãlis diversione opposita similitudini, non autem distinctioni reali; quia hæc maior indivisio humanæ naturæ comparata ad sua individua est perfecta eorum similitudo, et minor indivisio aãlis comparati ad suas species est imperfecta eorum similitudo: unde sequitur solam humanam nãam realiter habere unitatem perfectæ similitudinis, et nãam aãlis habere unitatem similitudinis imperfectæ, quæ duæ unitates sunt fundamentum intellectui ad sibi repræsentandos omnes homines ad modum unius in cogne hõis et omnia aalia similiter in cogne aãlis; hinc autem sequitur in rebus esse unitatem fundamentalem, et non formalem naturæ universalis. Et ecce soluta argumenta, quæ favent unitati positivæ, mox solvam alia, quæ favent unitati indifferentiæ Scotistarum.

13. Prædico itaque 8vo, nãam sumptam se, seu nãam in se ipsis esse essentialiter singularem, et a cogne formaliter præscindente nãam ab eius singularitatibus fieri extrinsece unam unitate universali, sicuti extrinsece cognitam denominari ab eadem cogne; unde nequit fieri paritas a denominatione intrinseca per identitatem ad denominationem extrinsecam, e.g.: nãa essentialiter rãalis fieri nequit irrãalis; ergo nãa essentialiter rãalis fieri nequit universalis, quia fit universalis per formam naturæ extrinsecam.

Prancto 3tio, naam in se nec ēē nec ēē posse realiter priorem et indifferentem ad singularitates, cum quibus est penitus intrinsece idem; adeoque cum illis contracta, et multiplex; sed ēē logice, et in subsistendi consequentia solum priorem singularitatibus, quatenus ab idea praecisiva naturae ab earum multiplicitate exprimitur totalitas formalis, idest tota essentia naturae absque singularitatibus, ex quibus ut terminis inferioribus recte infertur naa tamquam terminus superior. Hinc potius: Universalia sunt priora singularibus intellectus de prioritate logica est verum, sed falsum est intellectus de prioritate reali.

14. Quapropter iuxta S. Patrem reddendae sunt Deo gratiae, quod nos potius fecerit homines quam bruta, vel lapides in hoc sensu quod potens Deus condere tot possibiles creaturas prae nobis, et nos prae illis creare dignatus est. Itaque Rex Nabucodonosor semper fuit hōo, et ratione quorundam effectuum et effectuum extrinsecorum solum cuius est induisse naam brutalem. Neque ex eo quod Deus fecit eos ex nihilo, et magis distet nihil ab ente quam eos ab eum, potest Deus ex ente facere eos hoc sensu quod realiter distincta possit identificare ut patet ex supradictis; sed quia solum possibilis identitas contingentiae supra recta inter metaphysice identificata. Solum ergo potest ex ente facere eos producendo dependenter a subiecto formam aliquam eius, sub certo unire, ut ex ipsa unione resultet aliquid novum compositum. Hinc individua eiusdem speciei differunt in naa quatenus sunt naturae realiter distinctae, non autem quatenus sunt naturae dissimiles; unde vera est haec causalis: Quia Petrus est hic hōo non habet quid commune cum Paulo; sed falsa est haec alia: Quia Petrus est hōo (attributo hōo indefinite et absolute sumpto) non habet quid commune cum Paulo.

15. Prancto ultimo sequentem paritatem ineptam ēē probare unitatem similitudinis sufficere ad universale. Licet Petrus v.g. sit actu divisibilis in partes essentiales realiter distinctas, quia tamen non est divisibilis in plures v.g. homines, haec indivisio tamen sufficit ad illum denominandum hominem formaliter singularem; ergo licet naa humana actu divisa sit et divisa in plura singularia, quia tamen non est divisa in plures homines specie diversos, haec indivisio, seu unitas similitudinis sufficit ad eam denominandam formaliter universalem.

Disparitas enim est, quia singulare seu individuum definitur indivisum in se, et divisum ab omni alio; sed ex quo Petrus dividi nequeat in plures homines, est indivisus in se et divisus ab omni alio; ergo est hōo singularis, seu individuus. E contra universale definitur unum aptum inesse multis per identitatem cum reali sui multiplicitate, sed ex quo naa humana v.g. dividi non possit in plures homines specie diversos, non est una apta ēē in multis per identitatem cum eis; ergo non est universalis; ergo illa indivisio etc.

# Paragraphus Quartus
## Unitas Universalis Cum Suo Fundamento Reali Sique Perficitur Apparatus

16. Unitas universalis, dicta etiam unitas intentionalis, unitas formalis extrinseca, seu reflexa, vel identitas rationis, et etiam identitas formalis logica negativa exposita n.° 33 primae partis Dissertationis, est ea apparentia ad modum unius, quam habet natura realiter multiplex in cognitione praecisiva naturae ab eius multiplicitate, unde cognitio praecisiva naturae ita tendit, ac attingit multas realiter naturas, ut formaliter appareat natura sine earum multiplicitate; sicut cognitio praecisiva unius partis metaphysicae ab alia ita obiective attingit omnia eiusdem indistinctae rei attributa, ut formaliter appareat unum sine aliis. Quare sicut ex prima parte Dissertationis ad formalem distinctionem intrinsecam a se ipso requiritur, et sufficit multiplex diversa cognitio eiusdem rei; ita ad unitatem, seu identitatem formalem extrinsecam plurium realiter distinctorum requiritur, et sufficit cognitio seu formalis repraesentatio eorum ad modum unius.

17. Hinc sicuti cognitiones homo, animal rationale formaliter non sunt distinctio rationis ratiocinatae hominis a se ipso, quia non sunt diversae formales repraesentationes eiusdem, ita cognitiones omnis homo, multi homines, aliquis homo non sunt identitas formalis extrinseca humanae naturae, quia non sunt formalis repraesentatio hominum ad modum unius. E contra sicuti cognitiones hominis animal, et rationale sunt distinctio formalis extrinseca hominis a se ipso, quia licet ambae hominem attingant, in utraque tamen habet homo diversam formalem apparentiam, ita cognitiones homo animal rationale sunt identitas rationis humanae naturae, quia licet ambae obiective attingant omnes homines, in utraque tamen omnes habent eandem naturae apparentiam ad modum unius. Ex quo tamen cognitio praecisiva attingat multa, quin formaliter exprimat eorum multiplicitatem, nec debet, nec potest repraesentare positivam eorum unitatem, seu singularitatem. Quare dicta cognitio praecisiva attingit naturam realiter multiplicem, ac ita repraesentat, ut sicut ex eius formali expressione non discernitur naturae multiplicitas, ita non appareat positiva eiusdem unitas, secus esset cognitio singularis, et falsa contra illud: Praecindentium non est mendacium. Et hinc unitas universalis in Scholis dicitur Unitas praecisiva, seu negativa, sicut natura universalis vocatur praecisive, seu negative una.

18. Ad maiorem tamen huius rei claritatem adverto primo, quod sicut corporea ovi imago ita repraesentat multa ova, ut repraesentaret infinita, si essent perfecte similia; et ita repraesentat unum, ut in suppositione quod omnia perirent, illo uno excepto, adhuc illud repraesentaret, quia adhuc esset vera imago ovi; nam adhuc haberet obiectum sufficiens, ac suae repraesentationi respondens, licet nec expresse multa, nec positive unicum ovum repraesentaret, ita cognitio praecisiva hominis ita repraesentat omnes homines inter se perfecte similes, ut unicum repraesentaret si unicus esset, quia adhuc est vera eius imago; nam adhuc in eo, sicut in quolibet, esset sufficiens suae repraesentationis obiectum, nempe animal rationale.

quod ita exprimit ea cognitio, ut nec appareat illius multiplicitas, nec singularitas.

Adverto 2do duplex esse objectum cognitionis praecisivae, v.g. hominis. unum est objectum materiale dictum etiam totalitas materialis naturae universalis; et aliud est objectum formale vocatum etiam totalitas formalis naturae universalis. Objectum materiale est illud omne quod objective attingit cognitio praescindens naturam ab eius multiplicitate, adeoque est complexus omnium, in quibus est natura per identitatem quod complexus est totalitas materialis naturae. Objectum vero formale est id, quod formaliter repraesentat idea praecisiva naturae ab eius multiplicitate, quae integra natura essentiae ab eius singularitatibus praecisa, quae dicitur totalitas formalis naturae. Hinc primo objectum materiale (dictum etiam totalitas materialis naturae) cognitionis hominis est complexus omnium hominum, et objectum formale eiusdem (vocatum etiam totalitas formalis) est aoāl vitale. Hinc 2do singularitates naturae dicuntur esse extra essentiam eiusdem quia non apparent in totalitate formali naturae. Ex his autem patet unitas universalis naturae.

19 Neque haec fingit intellectus aliquo fundamento reali; nam sicut ex parte spectationis fundamentum distinctionis formalis extrinsecae sunt diversa conceptus, imperfectio intellectus; ita fundamentum identitatis formalis extrinsecae sunt realis plenum similitudo ex parte naturae; et virtus intellectiva ex parte mentis humanae; ut enim conceptuum dissimilitudo menti est fundamentum dividendi in multa quod est unum; ita similitudo individuorum etiam est fundamentum eidem confundendi in unum, seu identificandi quae sunt multa. Praeterea cum intellectus sit immaterialis in essendo potest praescindere a materia in operando iuxta illud: Modus operandi sequitur modum essendi (materia autem in qua dicuntur singularitates etc. quia pertinent ad solam totalitatem materialem naturae) et sic potest praescindere a materia, potest cum fundamento reali formaliter identificare seu exprimere ad modum unius ea, quae sunt realiter multa.

# Caput Secundum

## De Natura Universali In Essendo Habitam Per Ideam Formaliter Praecisivam

### Paragraphus Primus

### Conclusiones

### Prima

20. Universale fundamentaliter tale, idest fundamentum naturae universalis in essendo existit a parte rerum. Ita communiter Doctores.

### Fundamentum

Universale metaphysicum fundamentaliter tale, seu fundamentum naturae universalis esse a parte rerum significat in rebus existere naturam realiter multiplicem, eamque praebere reale fundamentum intellectui, ut eam exprimat ad modum unius; sed in rebus existit natura v.g. humana realiter multiplex, eaque

praebet reale fundamentum intellectui ut eam concipiat ac exprimat ad modum unius, ergo universale etc. seu fundamentum etc. Maior est explicatio terminorum, unde patet; sicuti patet prima pars minoris ab experientia, quae certa est multiplicitas humanae naturae. Probatur itaque minor quoad 2dam partem sic.

Naturam humanam praebere reale fundamentum intellectui ut eam concipiat et exprimat ad modum unius, est naturam humanam ostendere intellectui realem similitudinem individuorum, qua habita intellectus formaliter praescindit actualiter realia a multitudine individuorum, eamque in abstracta ratione comuni ita confundit in unam, ut repraesentet ad modum unius, et habeant unitatem intentionalem, idest apparentem unius; ut enim dissimilitudo ex prima parte disputationis est reale fundamentum intellectui ad repraesentandum ideam ad modum plurium, ita similitudo est eidem fundamentum ad repraesentanda plura ad modum unius; ergo est vera etiam 2da pars minoris.

## Secunda

21 Universale metaphysicum formaliter tale fit ab intellectu formaliter praescindente naturam ab eius multiplicitate, seu forma, qua natura realiter multiplex evadit una, seu universalis est idea formaliter praecisiva naturae ab eius multiplicitate. Ita Nominales defendentes praecisionem formalem contra Thomistas, aliosque praecisionis obiectivae Patronos.

## Fundamentum

Universale metaphysicum formaliter tale fieri ab intellectu formaliter praescindente naturam ab eius multiplicitate significat, quod forma, per quam natura realiter multiplex evadit universalis sit apprehensio formaliter praescindens naturam ab eius multiplicitate; sed forma, per quam natura realiter multiplex evadit universalis est apprehensio formaliter praescindens naturam ab eius multiplicitate, ergo universale metaphysicum etc. fit ab intellectu formaliter praescindente etc. Probatur minor. Forma per quam natura evadit universalis, est forma, per quam natura evadit una, non quidem realiter ex capite antea, sed formaliter, idest in repraesentatione mentali; sed forma per quam natura evadit formaliter una est apprehensio formaliter praescindens naturam ab etc.; quia ex prima parte disputationis non est possibilis praecisio obiectiva; ergo forma, per quam natura evadit, seu denominatur formaliter universalis est apprehensio formaliter praescindens naturam ab eius multiplicitate. Maior patet quia hic termini una et universalis sunt synonimi. Probatur minor.

Apprehensio formaliter praescindens naturam ab eius multiplicitate est cognitio ita obiective attingens multa naturae individua, ut formaliter exprimat naturam absque ulla differentia naturae; sed cognitio ita obiective attingens multa naturae individua ut formaliter exprimat naturam absque ulla differentia naturae, est forma, per quam natura evadit formaliter una; ergo forma, per quam natura evadit formaliter una est apprehensio formaliter praescindens naturam etc. Maior est certa; est enim definitio cognitionis formaliter praecisivae.

versantes circa realiter distinctam mi. aūm probatur duplici paritate, una petita a statu reali; et alia a statu intentionali. Pro prima

22. Si naã realiter nulla haberet ratione dividentem et multiplicantem naãm, naã ex terminis esset realiter una, et indivisa; ergo si naã formaliter nullãs habet raõnãm divi-dentem, et multiplicantem naãm, naã ex terminis est formaliter una, et indivisa; sed in cognẽ ita obiective attingente multa naturę individua, vel cognitio formaliter exprimat naãm absq ulla naturę differentia, naã formaliter nullãs habet raõnẽs dividentem et multiplicantem naãm: (ratio enim dividens naãm in genere sunt differentię specificę; sicuti ratio dividens naãm in specie sunt differentię individuales, seu singula-ritates) secus non repraesentat naãm absq ulla naturę differentia, ergo in ea cognẽ naã est formaliter una, et indivisa, ergo cognitio ita obiective attingens multa naturę individua, vel formaliter exprimat naãm absq ulla differentia, est forma, per qm naã evadit formaliter una.

Hinc si naã formaliter exprimitur absq ulla differentia tum specifica, tum individuali, ut accidit in cognẽ oãl naã evadit una unitate universali generica; si aũt formaliter exprimatur solũ absq ulla differentia individuali, ut fit in cognitione hõ̃s vel oãl ratle; naã evadit una unitate universali specifica. Nunc secundo 2dam paritatem.

Cognitiones ita tendentes in omnia eiusdẽ indistincta rei puncta, ut unicãl formaliter exprimant, v.g. cognẽs hominis oãl et ratle sunt forma, per qm idem hõ est formaliter multiplex et divisus, idest a se ipso distinctus distinctione formali extrinseca; ergo a contrario cognẽs ita tendentes in multa naturę individua ut formaliter exprimant naãm absq ulla multiplicitate, seu differentia sunt forma per qm naã est formaliter una, et indivisa ergo forma per qm naã est formaliter universalis est cognitio etc: ergo universale metaphysicũ etc. tandẽ habetur dependenter ab intellectu etc.

Tertia

23. Exposita unitas formalis, per qm naã realiter multiplex est for-maliter universalis, sive una, sufficit ad universale in essendo. Ita cõ praecitatis Nominalibus contra etc

Fundamentum

Vnitas sufficiens ad universale in essendo est unitas, per qm naã est una apta eẽ in multis per realem identitatem cũ reali sui multiplicitate, sed exposita unitas formalis est unitas per qm naã est una apta eẽ in multis per etc; ergo exposita unitas sufficit ad uni-versale in essendo. Ma: patet ex definitione universalis. Probatur mi. Vnitas formalis exposita supponit eã multiplicitatem, per qm naã est per identitatem in multis realiter multiplex; patet hoc, ergo eadẽ naã

quae est una unitate formali exposita, est etiam realiter multiplex, patet etiam hoc; ergo eadem natura iuxta nos est una apta esse in multis per identitatem cum reali sui multiplicitate, nam bona est consequentia ab actu ad potentiam, seu aptitudinem; ergo unitas formalis exposita naturae est unitas, per quam natura est una apta esse etc.; ergo universale in essendo habetur per naturam realiter multiplicem, ac expositam unitatem formalem, qua habita habetur etiam primaria proprietas universalis metaphysici, nempe praedicabilitas dicta universale in praedicando, seu logicum, sed implicat haberi primariam rei proprietatem absque completa essentia rei; ergo completa essentia universalis metaphysici est natura realiter multiplex, et unitas formalis exposita.

## Paragraphus Secundus

### Corolaria

#### Primum

24 Universale metaphysicum est concretum logicum, sicuti concretum cognitum; ut enim subiectum concreti cognitum est res terminans cognitionem, et forma denominans est ipsa cognitio, ita subiectum concreti universale est natura realiter multiplex, at forma denominans naturam universalem est ipsa cognitio praecisiva naturae ab eius multiplicitate. Item sicuti concretum, seu denominatio cognitum est semi-extrinseca rei terminanti cognitionem, ita denominatio universale est denominatio semi-extrinseca naturae, quia a cognitione praecisiva illi extrinseca trahit forma natura denominationem universalis. Denique sicuti concretum cognitum, quia accidentale non multiplicatur ad multiplicationem formae, sed ad multiplicationem solius subiecti. Ita concretum universale non multiplicatur ad multiplicationem formae seu unitatis formalis, sed ad multiplicationem naturae, quae est subiectum concreti.

#### Secundum

25. Unitas nostra formalis, idest idea formalis praecisiva seorsum exposita est quidem unitas singularis in essendo subiective, et in se, qualenus est unica cognitio; sed non in repraesentando obiective, et in sua formali expressione, quia licet attingat naturam realiter in se multiplicem, istam tamen repraesentat formaliter divisam ab eius multiplicitate, seu ad modum unius.

Hinc patet falacia huius paralogismi: indivisio naturae in plura individua est unitas singularis; sed unitas nostra formalis est indivisio naturae in plura individua; ergo unitas nostra formalis est unitas singularis mutantis suppositionem medii termini indivisio naturae in plura individua de directa in reflexam, nam in maiori medius terminus directe suppositus reddit sensum: realis indivisibilitas naturae in plura individua est unitas singularis naturae in minori vero suppositus reflexe sensum reddit; sed nostra unitas formalis est repraesentatio naturae multiplicis

ad medium unius. Nunc quis non videat conclusionem, ergo unitas formalis est unitas singularis.

## Textum

26. Aptitudo naturæ universalis ita convenit naturæ universali, ut nãa nedum secundum eam rationem, secundum quam est una, sed etiam secundum totam rationem formalem, secundum quam est una, possit esse per identitatem in multis realiter multiplex. Ratio primi est, quia diversitas status realis, in quo nãa est realiter multiplex, et status intentionalis, in quo est formaliter una, non mutat naturam, eiusque rationem; ergo nãa universalis secundum eandem rationem secundum quam est una, debet esse apta per identitatem in multis realiter multiplex, seu eadem nãa non esset realiter multiplex, et formaliter una, si non esset multiplex, et una secundum eandem rationem, licet in diverso statu.

Ratio secundi est, quia tota formalis ratio naturæ est tota essentia naturæ formaliter expressa a cognitione, in qua est una, ut tota formalis ratio humanæ naturæ est animal rationale formaliter expressum a cognitione hominis, in qua una est omnium hominum nãa, ut etiam tota formalis ratio animalis est corpus sensitivum formaliter expressum a cognitione animalis, in qua una est nãa omnium animalium etc. sed tota hæc formalis ratio, seu tota essentia naturæ formaliter expressa a cognitione, in qua est una, debet esse apta in multis per identitatem realiter multiplex, seu eadem nãa non esset una et multiplex, ergo nãa universalis nedum debet apta esse in multis secundum eam rationem, secundum quam est una, sed secundum totam eam rationem.

Hinc tota ratio humanæ naturæ, ipsum animal rationale, una in cognitione hominis, quia in hac non apparet hominum multiplicitas, est tota per identitatem in multis realiter multiplex, quia a parte rerum omnes homines sunt animal rationale, et multiplex animal rationale. Et idipsum dico de qualibet nãa universali.

27. Ex parte naturæ universalis aptitudo ad essendum in multis etc. respicit identitatem cum multis non ut actu physicum realiter distinctum, sed ut actum metaphysicum realiter indistinctum, ad quod habet solam logicam indifferentiam, non autem physicam, quæ est ad actum realiter distinctum, seu esse non possit per realem identitatem in multis, quia semel realiter distincta sunt semper distincta. Consequenter aptitudo ista naturæ universalis ad essendum in multis etc. non est realis; realiter enim est multiplex aptitudo, ut multiplex est nãa, sed est formalis, nam sicut multiplex nãa realis fit formaliter una; ita multiplex aptitudo realis naturæ fit formaliter una aptitudo eiusdem ad essendum in multis etc. habita in rebus sola unitate fundamentali ex n.° 20.

Hinc in singularis inferioribus naturæ universalis est obiectum formale adæquatum cognitionis præcisivæ, quia in singularis est tota nãa universalis totalitate formali, sed in singularis nec est, nec esse potest obiectum materiale adæquatum cognitionis præcisivæ, quia in singularis nequit esse tota nãa universalis totalitate materiali, ut patet mediante dicta n.° 18.

28. Identitas realis obiecti formalis cum obiecto materiali cognitionis præcisivæ,

v.g. cognitio hominis non est identitas realis objecti formalis cum toto objecto materiali hoc sensu quod idem actuale reale v.g. identificetur realiter cum complexo omnium hominum, sed est identitas objecti formalis cum parte objecti materialis hoc sensu quod in singulis hominibus per identitatem realem sit actuale reale quod est objectum formale cognitionis hominis.

Hinc non est locus retorsioni. Quae sunt eadem uni tertio etc. quia Petrus v.g. qui posset assumi extremum ut extremum, vel ut tertium sequitur: Quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se; sed Petrus, et objectum materiale cognitionis hominis identificantur cum objecto formali ejusdem, idest cum actuale reali; ergo identificantur inter se. Petrus in quantum est pars duntaxat objecti materialis inadaequati solum identificatur cum objecto materiali unde ex consideratione axiomatum premissa mala est adducta argumentatio, quia habetur in ea sola identitas partialis mixta distinctione reali. Hinc radicitus evertuntur, et paucis solvuntur multae objectiones.

## Paragraphus Tertius
## Diluuntur Objectiones

Objectiones solvendae, aliae petuntur ab unitate universali, et aliae ab ideo formaliter praecisiva. Solvam itaque primo petitas ex primo capite, inde solvam derivatas ex secundo

29. Opponunt igitur ex primo capite adversarii. Unitas necessaria ad universale debet esse intrinseca universali, quia haec unitas praedicatur de natura universali; sed unitas nostra formalis non est intrinseca naturae universali, ut patet ex dictis; ergo non est unitas necessaria ad etc. Confirmatur primo. Constitutiva sunt intrinseca constituto, sed unitas est constitutivum et natura universalis est constitutum, ergo unitas est intrinseca naturae universali; sed unitas intentionalis non est intrinseca naturae universali; ergo non est unitas universalis. Confirmatur secundo. Quandiu unitas non est intrinseca naturae universali natura est multiplex; sed quandiu est multiplex non est una; ergo quandiu unitas non est intrinseca naturae universali haec non est una, sed quandiu non est una, non est universalis; ergo etc.

30 Respondeo distinguendo majorem: Unitas etc. debet esse intrinseca naturae universali reduplicative sumptae concedo, specificative nego majorem: et distinguo minorem: sed unitas nostra formalis non est intrinseca naturae universali specificative sumptae concedo, reduplicative nego minorem et consequentiam. Universale juxta nos est concretum accidentale, cujus subjectum in recto importatum est natura in se realiter multiplex, et forma in obliquo significata est unitas nostra formalis, cujus causa universale dicitur concretum logicum, seu intentionale, sicut concretum cognitum. Jam vero concretum natura universalis vel sumitur pro solo subjecto seu specificative, et sic unitas est extrinseca naturae reali, quia cognitio est extrinseca objecto cognito. Vel sumitur reduplicative, idest pro subjecto et forma simul; et sic est intrinseca naturae universali quia sic natura universalis est complexum ex natura realiter multiplici, et unitate formali tanquam partibus; sed pars est

intrinseca complexo partium ex terminis; ergo unitas formalis, licet extrinseca sit naturæ universali specificativè sumptæ, est tamen intrinseca eidem reduplicativè consideratæ.

Ad primam confirmationem supposita retorsione in concretis logicis amatum cognitum etc. distinguo maiorem: constitutiva sunt intrinseca constituto reduplicativè sumpto concedo, specificativè accepto nego maiorem universim intellectam, et concessa minori distinguo consequens; ergo unitas est intrinseca naturæ universali reduplicativè sumptæ concedo, specificativè nego consequentiam. Hinc ad reliqua.

In concretis physicis, et metaphysicis causa unionis physicæ et identitatis realis partium inter se, quæ est simpliciter intrinseca toto, sed non ita in concretis logicis cognitum amatum universale etc. in quibus forma est distincta, et extrinseca subiecto, quia, licet reduplicativè sumpta sint complexum ex forma, et subiecto, specificativè tamen sumpta important solum subiectum, seu rectum concreti, quod est unica pars, sed pars realiter distincta, et extrinseca alteri ex terminis non est eidem intrinseca; ergo etc.

Ad 2dam ethasim distinguo maiorem: quandiu unitas non est intrinseca naturæ universali, natura est intrinsecè multiplex concedo, extrinsecè nego maiorem: et distinguo minorem: sed quandiu est multiplex intrinsecè non est una intrinsecè concedo, non est extrinsecè una nego minorem: et reliqua, quia tantum abest quod unitas extrinseca opponatur multiplicitati intrinsecæ reali, ut imo istam necessariò supponat. Nunc autem

31\. Ad implicitam probationem maioris obiectionis quia hæc unitas prædicatur de natura universali quæro, an dicatur ab Adversariis prædicari hæc unitas in abstracto sic: Natura universalis est unitas, vel in concreto Natura universalis est una. Si primum, dicitur falsum, quia falsa est ea prædicatio, sicuti falsa est hæc cognitum est cognitio. Si autem 2dum, quæro denuo, an velit prædicari subiectum concreti in recto, et formam in obliquo sic: Natura universalis est natura realiter multiplex expressa ad modum unius a cognitione præcisiva, aut velit utramque partem concreti prædicari in recto sic: Natura universalis est natura, eiusque unitas, sive cognitio præcisiva. Atque ita prædicatio utroque modo est vera, quia primo modo rectum concreti est intrinsecum, imo idem cum natura universali; nam natura est natura ex terminis: 2do etiam, quia cum partes simul sumptæ in recto sint ipsum totum, et cum universale sit totum, eiusque partes sint natura, et cognitio præcisiva, in 2da subiectum, et prædicatum sunt penitus idem. Atque hinc rectum concreti natura universalis, licet non sit materialiter totum in multis, est tamen formaliter totum, quia natura v.g. humana ut substans menti ut expressa a cognitione præcisiva homo est animal rationale et hoc totum est in singulis hominibus.

32\. Hinc licet in rebus detur id, quod est universale, sive subiectum concreti universale, a parte rei tamen non datur concretum universale quia pro eo stat et totum denominatum, pro quo est forma denominans, sed forma naturam denominans universalem non habetur a parte

ergo universale non habetur a parte rei

rerum; Quare universale recte dicitur haberi dependenter ab intellectu a quo est forma denominans; sed forma denominans naturam universalem est ab intellectu; ergo universale fieri dicitur ab intellectu. Falsa est itaque secunda propositio. Omne concretum habet eam denominationem quae verificatur de recto concreti, secus eam de rectis concretorum cognitionis amatae praecisae etc. verificatur, quod sint a parte rei; id etiam verificaretur de concretis quod est falsum. Nunc

33. Opponunt 2do ex 2do capite: Id per quod natura aeque constituitur multiplex ac una, non est id per quod constituitur universalis; sed per cognitionem formaliter praecisivam natura constituitur aeque multiplex ac una, ergo per cognitionem formaliter praecisivam natura non constituitur universalis. Probatur minor: Ideo per cognitionem formaliter praecisivam natura fit extrinsece una, quia ea cognitio formaliter non exprimit naturae multiplicitatem; sed neque formaliter exprimit naturae unitatem; ergo per illam natura fit aeque multiplex ac una.

Respondeo concessa maiori negando minorem; ad probationem nego causalem; vera enim causalis est, quia ab idea formaliter praecisiva exprimitur totum et formale naturae quod insunt multis etc.; sed ab illa formaliter non exprimitur totum et materiale quod insit multis per etc.; ergo licet ab illa natura constituatur extrinsece una, non redditur extrinsece multiplex. Nec obest paritas: idea formaliter praescindens ab unitate naturae non reddit istam formaliter multiplicem; ergo idea formaliter praescindens a multiplicitate naturae non reddit istam formaliter unam.

Disparitas enim est, quia ad formaliter multiplicandam naturam requiritur cognitio formaliter repraesentans obiectum materiale multiplex: ut facit cognitio distributiva repraesentans obiectum suum v.g. haec: omnis homo, aut debet esse multiplex cognitio diversimode repraesentans obiectum, ut dicitur de distinctione rationis; sed cognitio formaliter praescindens ab unitate naturae nec repraesentat formaliter obiectum materiale multiplex, nec est multiplex cognitio diversimode repraesentans obiectum ut patet; ergo cognitio etc. E contra ad formaliter identificandum obiectum sufficit unica cognitio multa confundens in una ratione communi omnibus illis, quae formaliter exprimit ad modum unius, ut facit cognitio praecisiva naturae ab eius multiplicitate.

34. Hinc cognitio formaliter praescindens naturam ab eius singularitatibus licet obiective attingat naturae singularitates, et realiter supponat individuorum similitudinem ut fundamentum unitatis formalis, formaliter tamen nec illas, nec istam repraesentat, sed solam rationem formalem, in qua sunt unum, idest exprimit obiectum suum formale; in sua enim repraesentatione formali non est multiplex, secus non praescinderet etc. Nec multiplicitas realis naturae opponitur eius unitati formali, sicuti unitas realis obiecti non opponitur distinctioni formali eiusdem, unde sicuti realiter idem absque oppositione distingui potest formaliter in multa praedicata: ita realiter multa possunt in unum formaliter identificari absque oppositione ob diversitatem statuum realis et formalis. Falsae itaque sunt ambae istae propositiones: Si cognitio praecisiva immediate terminat ad naturam, natura est in cognitione quod est in se ipsa. Obiectum ut cognitum illud habet duntaxat quod cognitio repraesentat.

Falsa primo, tum quia res corporea aut infinita non est in cognitione quod est in se ipsa, tum quia natura per cognitionem est cognita quod nec est, nec esse potest in se ipsa. Falsa secunda, tum quia obiectum infinitum habet infinitas perfectiones, quas cognitio non repraesentat, tum quia obiectum formaliter a se ipso distinctum habet plures perfectiones, quas cognitio non exprimit, ergo sunt ambae falsae dictae propositiones. Quare cognitio, sicuti non facit, ita non mutat essentias rerum; unde eadem intrinsece indistincta possunt extrinsece distingui, et multa intrinsece possunt extrinsece identificari. Neque dicas: eadem est cognitio abstrahens a multis, ac ab unica singularitate naturae; sed cognitio abstrahens ab unica singularitate naturae non reddit naturam universalem; ergo neque etc. Nam dissimulata possibilitate cognitionis praescindentis naturam ab unica singularitate disparitas est, quia natura abstracta ab unica singularitate non est realiter multiplex; ergo non est universaliter apta inesse multis per etc. ergo non est universalis; econtra natura abstracta a multis est realiter multiplex; ergo per cognitionem praecisivam etc. evadit una apta esse in multis per etc.; ergo universalis.

35. Oppones ultimo ex eodem: si natura esset universalis per dictam cognitionem praecisivam, esset universalis per cognitionem fingentem. Probatur haec sequela. Si natura esset universalis per dictam cognitionem, esset universalis per cognitionem exprimentem obiectum aliter ac est in se, hinc esset universalis per cognitionem fingentem; ergo vera sequela. Probatur sequela maioris. Natura quae fit universalis per cognitionem praecisivam, fit universalis per cognitionem exprimentem plura ad modum unius, sed cognitio exprimens plura ad modum unius exprimit obiectum aliter ac est in se; ergo si natura etc. esset universalis etc. Confirmatur. Ficta cognitio debet immediate terminari ad unitatem obiectivam, vel fictam non obiectivam, quia natura est realiter multiplex; ergo terminat ad unitatem fictam; ergo fingit.

36. Respondeo negando sequelam, ad probationem distinguo sequelam maioris: esset universalis per cognitionem praecisive exprimentem obiectum aliter ac est in se, concedo, positive aut negative exprimentem etc. nego sequelam, et distinguo minorem: sed hinc etc. seu si esset universalis per cognitionem positive aut negative exprimentem obiectum aliter ac est in se esset universalis per cognitionem fingentem concedo, si esset universalis duntaxat per cognitionem praecisive exprimentem etc. nego minorem, consequentiam sub eadem distinctione, probationem maioris.

Positive exprimere obiectum aliter ac est in se, est affirmare de obiecto praedicatum, quod illi non convenit: negative exprimere obiectum aliter ac est in se, est negare eidem quod illi convenit. Praecisive autem exprimere obiectum aliter ac est in se, est exercite praescindere unum ab alio ex attributis obiecti. Jam vero tam primo, quam secundo modo repraesentare obiectum aliter ac est in se est fingere, quia est tribuere obiecto, quod illi non convenit, vel negare quod illi convenit; non tamen tertio modo, quia praescindentium non est mendacium; sed cognitio praecisiva nec affirmat realem unitatem

de nãa, neq eidem negat obiectivam multiplicitatem, sed exercite solum ab eius multiplicitate præscindit, ac repræsentat naãm ad modum unius; ergo non fingit.

37\. Ad confirmationem nego antecedens, quia terminat immediate ad naãm non nude sumptam, sed præcisiue cognitaᵐ, non aũn ad unitatem obiectivaᵐ, aut fictaᵐ. Hinc licet illa fictione mens faciat irrãale, qd est rãale, non tñ fictione facit unuᵐ, qd est multiplex, quia denominationes rãale, et irrãale sunt denominationes intrinsecæ per identitatem; ergo mens nequit facere irrãale qd est rãale, nisi de isto affirmando irrealitatem eidẽ repugnantem. Contra denominatio unuᵐ et universale sunt denominationes logicæ habitæ per formaᵐ adæquate distinctaᵐ, et extrinsecaᵐ naturæ, ipsa per cognitionem præcisivaᵐ a multiplicitate naturæ; ergo secũ naãa absq fictione fit cognita, ita fit una. Nec fingitur cum dicitur hõo est species, est nãa universalis; nam humana nãa sub idea præcisiva hõo habet unitatem formalem extrinsecaᵐ, quia scãi ea apparet totũ eẽ formale humanæ naturæ qd est unuᵐ aptuᵐ inesse multis per identitatem etc. Nunc opinor, me qua claritate et brevitate fieri pt dedisse vobis arduaᵐ Quæstionem de Universali in essendo, annis elapsis Physicis expositaᵐ, mox dabo vobis aliaᵐ, qua disputatur universalis metaphisici proprietas dicta: Universale Logicuᵐ, seu in Prædicando.

## Caput Tertium
## De Universali in Prædicando

Celebris non minus in scholis est, qũm utilis controversia, utrũ terminus universalis de pluribus, vel unico inferiorũ prædicatus integraᵐ suaᵐ universalitatem conservet nec ne: Celebris inquaᵐ non minus qũm utilis est controversia quia quia dialecticis difficultatibus implexa cogit vel nolentes Candidatos Philosophos sibi comparare eaᵐ disputandi peritiaᵐ qũm adeo comendant Patres velati in ultimo Philosophiæ Rationalis Paragrapho, sed Physicis referendi in fine 3tiæ Dissertationis, ubi de exacta Disputatione.

### Paragraphus Primus
### Necessaria ad Conclusionem

38\. Universale metaphisicuᵐ sequitur eius proprietas metaphisica, dicta Universale Logicuᵐ, seu in Prædicando, qd definitur unuᵐ aptuᵐ prædicari de multis per identitatem cum etc. Si enim illud est unuᵐ aptum inesse multis per etc; evidenter est etiaᵐ aptuᵐ prædicari de illis. Sed trifariaᵐ de subiecto prædicari pt terminus indefinitus: pmo ita ut in actu prædicationis directo subiectuᵐ et prætuᵐ sint æque universalia v.g: hõo est aãl rãale; 2do ita ut prætuᵐ sit universalius subiecto v.g: hõo, vel omnis hõo est aãl, 3tio ita ut subiectuᵐ sit singulare, et prætuᵐ universale v.g: hic hõo, aut

Petrus est aãl. alys his talibus modis terminus universalis potest etiam subijci in predicatione indirecta v.g. aãl est hõo, hõo est Petrus etc. Nunc igitur disputari non debet an nãa fiat universalis per actum predicatum, neq; an conservet universalitatem, dum actu predicatur de subiecto æque universali.

39\. Quare difficultas unicé est, an terminus mentalis indefinitus predicatus de subiecto inferiori sic: Petrus est hõo, omnis hõo est aãl decidat indefinita sua universalitate, an vero istam integram, et itesam conservet absq; ulla restrictione ut eã habeat in precisis abstractionibus hõo aãl. Tota inquam difficultas hæc est, ita tñ ut quærere an terminus indefinitus hõo aãl integram conservet universalitatem in actuali predicatione de inferiori, sit quærere an predicatio v.g. Petrus est hõo attingat, et formaliter exprimat per terminum mentalem hõo nãam humanam precisam a multiplicitate, velex vi sua formalis expressionis ea predicatio restringat pratim hõo ad pauciores, vel unicam Petri nãam significandam. Si primum: predicatio conservat universalitatem attributi. Si aũt 2dũm: non conservat illam, adeoq; attributum hõo decedit sua indefinita universalitate. Nunc

40\. Prendo primo, ad cognitionem precisivam, seu simplicem abstractionem, qua terminus forma nãa fit universalis duo prorsus necessaria requiri, unum est positivum, ipsa obiective attingere nãam multiplicem, et aliud negativum, idest formaliter non exprimere naturæ multiplicitatem quam exprimunt termini mentales Plagiali, Generali, omnis hõo etc. necessario inquam requiri, quia ijs duobus positis habitis habetur cognitio precisiua seu forma per quam nãa fit universalis, uno aũt ex illis ablato n' habetur.

Necessario requiritur primum, idest attingere nãam multiplicem, quia cognitio debet attingere nãam quam facit universalem, ut patet de se, sed nãa, quam cognitio precisiua facit universalem est realiter multiplex, aut saltem capax multiplicitatis; ergo debet attingere nãam multiplicem. Necessario requiritur 2dũm, idest formaliter non exprimere naturæ multiplicitatem, quia ad universalitatem naturæ necessaria est unitas; ergo vel realis, vel ficta, vel mentalis; sed ex probatis non requiritur unitas realis, vel ficta; ergo unitas mentalis est necessaria; sed non positiua, quæ signate aut exercite excludat multiplicitatem naturæ, ergo est necessaria unitas mentalis negatiua, idest cognitio precisiua, quæ obiective attingat, sed formaliter non exprimat naturæ multiplicitatem; ergo utrumq; predictum est necessarium ad unitatem universalem.

41\. Hinc terminus indefinitus immediate affectus quantitate singulari v.g. hic hõo, vel particulari aliquis hõo, vel universali distributiua, aut collectiua v.g. omnis hõo in omni predicatione decidit indefinita universalitate, ut decidit in istis: Petrus est hic hõo, aliquis hõo omnis hõo est omnis hõo quia de essentia cognitionis precisiua, reddentis nãam universalem est obiective attingere

naturæ multiplicitatem, eamque formaliter non exprimere ex n.° superiori; sed in prima prædicatione Petrus est hic homo non attingitur natura obiectivè multiplex; in 2da verò, et 3tia Petrus est aliquis homo omnis homo est omnis homo attingitur natura realiter multiplex, et formaliter exprimitur naturæ multiplicitas, ut patet ex formali earum prædicationum repetitione, ex qua præcisè infertur singularitas naturæ Petri, et multiplicitas humanæ naturæ; sicuti ex his præcisè cognitis omnis Deus, aliquis Deus formaliter apparet multiplicitas divinitatis, quia termini mentales omnis, nullus, aliquis expressè significant multiplicitatem naturæ, quam immediatè afficiunt; ergo in prima prædicatione deest prædicati positiva, et in 2da ac 3tia deest negativa essentiale unitatis universali; ergo deest universalitas termini indefiniti. Hinc patet status quæstionis resolutus ab aliquibus aliter expositus.

42. Prœndo 2dò singularitatem, aut multiplicitatem realem naturæ non inferre actum prædicativum formaliter exprimere singularitatem, aut multiplicitatem naturæ, quia natura potest esse realiter multiplex, quin actus mentalis repræsentet eius multiplicitatem ut patet ex cognitione homo non exprimente realem naturæ humanæ multiplicitatem, ut eam non repetat hæc prædicatio homo est animal rationale. Item natura potest esse unica et singularis in se, et tamen formaliter repræsentari multiplex ut fit ab hac falsa prædicatione omnis vel aliquis Deus est Omnipotens dari exprimente multiplicem divinam naturam, licet unica sit, et immultiplicabilis; ergo realis singularitas, aut multiplicitas naturæ non infert actum mentalem formaliter exprimere singularitatem, aut multiplicitatem naturæ.

43 Prœndo 3tiò nec singularitatem, nec multiplicitatem subiecti transfundi in attributum ut patet ex his prædicationibus: Deus est omnis Persona Divina, omnis Persona Divina est Deus, in quarum prima subiectum Deus est singulare et attributum omnis Persona Divina formaliter expressè multiplex; sicuti in 2da multiplex est subiectum, et singulare prædicatum; ergo nec singularitas, nec multiplicitas subiecti nocet universalitati attributi. Prœndo ultimò prædicationem vocalem confundendam non esse cum mentali (quod facilè potest accidere, quia ipsæ vocibus exprimuntur) quia termini vocales significant ad humanum beneplacitum; mentales verò iuxta communem essentialiter significant quod significant; unde possunt illi, sed non isti pati significationis alternationem. His præmissis.

## Paragraphus Secundus
## Conclusio Cum Fundamento.

44. Terminus mentalis indefinitus prædicatus de unico vel multis inferioribus v.g. Petrus est homo, Petrus et Paulus sunt homo, omnis homo est animal, integrè conservat indefinitam suam universalitatem, unde sic prædicatus ab ea non decidit. Ita cum

Patre de Ulloa, et communi Scholasticorum sententia contra C. Aldomei, alios.

## Fundamentum.

Vel ideo terminus mentalis indefinitus praedicatus de unico aut multis inferioribus in actuali praedicatione mentali non conservaret integram suam universalitatem indefinitam, quia actus praedicationis obiective non attingeret naturae multiplicitatem, vel quia eiusdem multiplicitatem formaliter exprimeret, sed actus praedicationis obiective attingit naturae multiplicitatem, eamque formaliter non exprimit, ergo terminus mentalis etc. integram etc. Maior patet ex praenotatis. Minor habet duas partes, quarum secundam probabo infra, dum nunc probo primam sic indirecte.

Vel ideo actus praedicationis obiective non attingeret multiplicitatem naturae praedicatae, quia secus illae praedicationes essent falsae; vel quia indivisibilitas actus praedicationis non permittit subiectum esse singulare, aut multiplex, et praedicatum universale indefinitum, vel quia subiecti identificatio cum attributo eandem praedicationem, sed ista omnia nulla sunt, ergo actus mentalis praedicationis obiective attingit naturae multiplicitatem; ergo vera prima pars minoris; Maior huius syllogismi patet quia includit rationes fundamentales adversariorum. Minor autem probatur per partes, et mox quoad primam.

45. Ideo falsae sunt praedicationes: Petrus est homo, Petrus et Paulus sunt homines, omnis homo est animal si actus praedicationis obiective attingeret multiplicitatem naturae praedicatae, quia prima et secunda enuntiarent de Petro, ac de Petro et Paulo omnia individua humanae naturae, tertia vero enuntiaret de singulis hominibus omnes species, et omnia individua naturae animalis, sed hoc est falsum, ergo illae praedicationes non sunt falsae, licet actus mentalis praedicationis obiective attingat naturae praedicatae multiplicitatem. Probatur mi: Ex dictis praedicationibus nulla est distributiva, aut collectiva, quia nulla earum affirmat quod Petrus et Paulus sit omnis homo, et omnis homo sit omne animal, aut eorundem complexum, adeoque nulla enunciat de subiecto totalitatem materialem naturae praedicatae, quod si facerent essent falsae; Item nulla est disiunctiva vaga per omnia individua, et species naturae praedicatae sic. aliquis homo, aliquod animal; ergo nulla earum distributive, collective, aut disiunctive affirmat omnes species, et omnia individua de suo respectivo subiecto.

Omnes itaque sunt praedicatio indefinita enuntians de suo respectivo subiecto totalitatem formalem naturae praedicatae, idest essentiam humanae naturae, ipse animal rationale de Petro, et Paulo duae primae, et tertia essentiam animalis, videlicet corporum sensitivum de omni homine; sed vere Petrus, et Paulus sunt animal rationale, et omnis homo est corpus sensitivum; ergo illae praedicationes sunt verae licet actus praedicationis obiective attingat multiplicitatem naturae praedicatae.

46. Item indivisibilitas actus praedicationis (quae potest negari cum P. Ysquierdo) permittit subiectum esse singulare, ac determinatum, praedicatum vero universale distributum, ac indeterminatum, ut

patet ex his prædicationibus: Deus est omnis Persona Divina, Pater est aliqua Persona Divina, ergo etiam permittit subiectum esse singulare, aut multiplex, et prædicatum universale indefinitum, ergo falsa est etiam 2da causalis.

Denique si identitas subiecti cum prædicato impediret ne actus prædicationis obiective attingerent multiplicitatem naturæ prædicati, vel ideo esset, quia ad veritatem earum prædicationum necessaria esset identitas adæquata inter subiectum et attributum, aut quia dictæ prædicationes formaliter exprimerent identitatem subiecti cum attributo, sed utraque causalis denuo est falsa; ergo illæ prædicationes obiective attingunt etc. Probatur minor primo quoad primam.

Vera est prædicatio disiunctiva Petrus est aliquod animal, licet inter subiectum et prædicatum vagans per omnes species et individua animalis non detur identitas adæquata, ergo a pari veræ sunt illæ prædicationes licet inter subiectum Petrus et attributum homo, inter subiectum homo et attributum animal non detur identitas adæquata. Et certe ad veritatem prædicationis indefinitæ vel requiri dicitur identitas adæquata inter subiectum et totum esse materiale, vel totum esse formale prædicati. Si 2dum habetur, quia totalitas formalis humanæ naturæ est adæquate attensive idem cum Petro, sicuti cum omni homine totalitas formalis naturæ animalis; si primum: nec habetur, nec haberi potest, quia sensus esset prædicatio collectiva falsa, et non indefinita vera.

Item falsa est 2da causalis, quia alia est formalis repræsentatio huius prædicationis: omnis homo est identificatus cum animali, et alia est formalis expressio istius omnis homo est animal, in prima formaliter apparet identitas, sed non in 2da, et non apparet in ista: Deus est homo; ergo identitas subiecti cum attributo non impedit, quod actus prædicationis obiective attingat multiplicitatem naturæ prædicati. Nunc tandem

47\. Probatur 2da pars minoris primi syllogismi. Formalis expressio prædicationum: Petrus est homo, Petrus et Paulus sunt homo, omnis homo est animal est omnino similis formali expressioni istarum: Pater est Deus, Pater et Filius sunt Deus, omnis Persona Divina est Deus; sed isti actus prædicationis formaliter non exprimunt naturæ divinæ multiplicitatem, ergo nec actus prædicationis: Petrus et Paulus sunt homo, omnis homo est animal formaliter exprimunt multiplicitatem humanæ naturæ, vel naturæ animalis; ergo actus prædicationis obiective attingit multiplicitatem naturæ, eamque formaliter non exprimit.

Ad. dices utendo non esse paritatibus e sancti Mysterii? Nego: respondeo me uti paritate mentalium prædicationum circa illud Mysterium ad explorandam formalem expressionem aliarum prædicationum circa res naturales; non autem uti Mysterio ad transferendam ardicitatem illius in res naturales, ut faciunt Thomistæ et Scotistæ ad probandas suas respectivas distinctiones intrinsecas inter gradus metaphysicos naturales.

48\. Confirmatur. Si actus prædicationis Petrus est homo non consignaret universalitatem prædicati, ideo esset, quia prædicatum homo restringeretur a subiecto Petrus (ut ego dico) de quolibet simili

actu predicatiuo); sed hoc est falsum, ergo actus predicatiuus Petrus est hōō conservat etc. Probatur mi: In hac predicatione indirecta aāl est hōō, subiectum aāl non restringitur a predicato hōō, ergo nec in hac directa Petrus est homo predicatum hōō restringitur a subiecto Petrus. Consequentia patet ex identitate rationis. Probatur antecedens

Si in prima aāl est hōō, subiectum aāl restringeretur a predicato hōō uera esset predicatio, et adhuc haberetur restrictio dicendo omne aāl est hōō; sed hoc est falsum; ergo falsum est quod subiectum restringatur a predicato in predicatione aāl est hōō. Probatur ma: quia rōāle restringit aāl in hac predicatione aāl rōāle est hōō uera est predicatio, et habetur restrictio etiam dicendo omne aāl rōāle est hōō, ergo si in illa aāl est hōō, subiectum aāl restringeretur a predicato hōō, uera esset predicatio, et haberetur restrictio etiam dicendo omne aāl est hōō; sed hoc est certo falsum; ergo certo falsum est etc.

49. Urgeo adhuc ab absurdo. In hac predicatione Petrus est hōō uel subiectum ita restringit attributum, ut euadant termini conuertibiles uel non; si 2dum, ergo nullatenus restringit, quia non est ratio, quod restringat, si ad solum Petrum non restringit. Si primum; ergo idem est dicere Petrus est hōō, ac dicere Petrus est hic hōō, sed hoc est euidenter falsum primo, quia uera est hæc exclusiua de subiecto tantum Petrus est hōō; sicut est uera ista tantum Petrus est hic hōō ex n.o 57 primæ partis Dialecticæ 2do quia multa bona essent istæ consequentiæ est Petrus; ergo est hōō: est hōō; ergo est Petrus; non est hōō; ergo non est Petrus. non est Petrus; ergo non est hōō, quod certo falsum est ex n.is 23, et 24 2dæ partis Dialecticæ. 3tio quia concluderent hæ expositiones: Petrus est hōō; sed Paulus non est hōō; ergo Paulus non est hōō: et concludit ista: Petrus est hic hōō; sed Paulus non est hic hōō; ergo Paulus non est Petrus; sed hæc sunt certo falsa; ergo certo falsum est, quod subiectum Petrus restringat attributum hōō in ea predicatione, ergo terminus uniuersalis indefinitus decaro aut multis inferioribus predicatis conseruat uniuersalitatem etc; ergo non decidit indefinita sua uniuersalitate.

50. Hinc patet ad explorandam, et detegendam ueritatem propositionis attendi semper debere ad formalem expressionem, et modum enunciandi actus predicatiui; si enim spectatis formali expressione et modo enunciandi predicationis, attributum conuenit subiecto, propositio est uera; secus oppositum se secus. Hinc passim incipit Dialecticus illud: Talia sunt subiecta, qualia permituntur a predicatis; et talia predicata, qualia permituntur a subiectis ex quo nihil contra nos, sed pro nobis eruitur axioma iuxta premissa 2dum, et 3tium. Item nihil infertur contra nos ex eo: Modus predicandi sequitur modum essendi et patebit ex inferiori ponderatione, et reflexione facienda in predicatione disiunctiua.

Nunc autem aduersarii contrapositam conclusionem opponunt primo ex regulis Dialecticis, 2do ex formali expressione predicationis quam dicunt repræsentare multiplicitatem, aut singularitatem naturæ predicati. Hæc itaque soluam duplici Paragrapho.

## Paragraphus Tertius
## Obiectiones Dialecticae Solutae.

51 Oppones primo: Terminus inferior superiori coniunctus superiorem restringit; sed in praedicatione Petrus est hõo terminus inferior Petrus coniungitur superiori hõo; ergo superiorem restringit. Confirmatur. In hac praedicatione Petrus est hic hõo signum hic restringit praedicatum hõo; ergo etiam in hac alia Petrus est hõo subiectum Petrus restringit attributum hõo.

Respondeo ad obiectionem distinguendo maiorem: Terminus inferior superiori immediate coniunctus superiorem restringit, omitto; mediate coniunctus superiorem restringit, nego maiorem, et distinguo minorem: sed in praedicatione Petrus est hõo terminus inferior Petrus mediate coniungitur superiori, concedo; immediate, nego minorem, et consequentiam.

52. Regula restrictionis n° 25 primae partis Dialecticae relata exigit, ac praescribit ad habendam restrictionem opus esse unione immediata termini inferioris cum superiori, ita ut terminus inferior, et superior evadant terminus complexus v.g. hõo doctus; non autem sufficere unionem mediatam ita ut inferior sit subiectum, et superior sit attributum propositionis, ut patet ex praedicatione falsa omnis hõo est doctus defectu restrictionis, et hoc deficit ob carentiam immediatae unionis, ut patet ex hac alia praedicatione vera omnis hõo doctus est dignus honore, vera inquam ob restrictionem quae habetur ob immediatam unionem terminorum hõo doctus, sed in casu obiectionis non habetur unio immediata terminorum superioris, et inferioris; ergo in casu obiectionis illa regula non facit ad rem.

Dixi tamen terminus inferior superiori immediate coniunctus superiorem restringit omitto, quia licet habeatur restrictio ex cognitione aliunde habita videlicet ab experientia, revelatione aut alio fonte, ex quo nobis constet restrictio, quatenus nobis constat quod unus est terminus superior, et inferior alius; non habetur tamen restrictio ex formali expressione actus mentalis hõo doctus qui non manifestat quinam sit superior, et quinam inferior, sed habet eam formalem repraesentationem quam haberet in hypothesi, quod termini hõo doctus essent aequales; sed in suppositione hac ex terminis non haberetur restrictio; ergo nunc ex formali expressione actus non habetur restrictio. En novam responsionem qua etiam utebar in Biennis superioribus, quaque etiam uti possum. Ad confirmationem autem concesso antecedenti nego consequentiam ex ante dictis, quae sunt disparitatis requisita.

53. Oppones 2do Dialecticum illud. Plus negat negativa quam affirmat affirmativa; sed iuxta nos negativa negaret illud praecise quod affirmaret affirmativa, quia affirmativa Petrus est hõo affirmat indefinite omnium hominum naturam de Petro, quam solam negat negativa Petrus non est hõo

ergo iuxta nos non plus negat negativa, quam etc.; ergo terminus universalis in etc. non conservat etc. Confirmatur ex conversione. Praecise iuxta conversa negativa nullus lapis est animal fit eiusdem conversionis, ergo nullum animal est lapis; sed haec conversionis formaliter exprimit multiplicitatem animalis; ergo etiam conversa nullus lapis est animal formaliter exprimit etc.

Respondeo quaerendo ab Adversario an axioma illud velit intelligi de rigorosa pura negatione, aut vero de distributione. Si primum, maior est falsa, quia non plus negant hae duae haereticae propositiones: Verbum Aeternum non est Deus: Beatissima Virgo non est Mater Christi Dei, et hominis, quam affirmant contradictoria catholica Verbum Aeternum est Deus: Beatissima Virgo est Mater Christi Dei, et hominis. Imo est falsa in sententia adversaria, quia si subiectum Petrus restringit praedicatum homo non plus negat Petrus non est homo, quam affirmat contradictoria; unde nego maiorem. Si autem secundum, tunc ipse est sensus maioris: Plus distribuit negativa, quam distribuit affirmativa, quo supposito

54. Distinguo maiorem. Plus distribuit negativa, idest negativa aequivalenter obiective distribuit praedicatum quod distribuit affirmativa concedo, idest negativa formaliter expresse distribuit praedicatum quod etc. nego maiorem: et distinguo minorem: quae sic reformari debet sed iuxta nos negativa aequivalenter obiective distribueret praedicatum quod non distribuit affirmativa concedo distribueret formaliter expresse praedicatum quod etc. nego minorem, et consequentiam. Negatio aequivalenter obiective distribuit quidquid invenit post se capax distributionis, qualiter vera est propositio negativa etiam facta resolutione distributionis, v.g. Nullum corpus est Persona Divina, cuius praedicatum sic resolutum ex n.° 17. primae partis Dialecticae Nullum corpus est Pater, nullum est Filius, nullum est Spiritus Sanctus, quae resolventes sunt omnes verae, ut est vera illa: Nullum corpus est Persona Divina. Negatio e contra non distribuit formaliter expresse quidquid invenit post se, secus hic praestaret etiam in his propositionibus. Nullus Angelus est Deus, nullus est Christus, quod est contra

55. Ratio huius est, quia signum mentale universaliter significans multiplicitatem termini, supra quem cadit, illud significat etiamsi cadat supra terminum multiplicitatis incapacem, ut patet ex hac falsa praedicatione. Omnis Deus est Omnipotens, in qua signum omnis clare significat multiplicitatem divinae naturae, licet essentialiter sit incapax multiplicitatis; ergo si propositio negativa formaliter expressa, idest ex sua formali clara significatione distribueret praedicatum, semper distribueret illud, etiamsi foret incapax multiplicitatis; sed hoc ex dictis est falsum; ergo falsum est, quod propositio negativa formaliter expressa distribuat praedicatum, sed sola formalis expressa distributio praedicati aufert istius universalitatem, quia sola ista formaliter repraesentat multiplicitatem naturae praedicati

ergo falsa est, quod negatio auferat universalitatem praedicati.

Ad confirmationem nego antecedens, quia secus praecise habita conversa: nulla creatura est Deus posset inferri convertens ergo nullus Deus est creatura quod est falsum ex n.º 21 primae partis Dialecticae; ergo a pari. Hinc intellectus ante quam ex conversa inferat convertentem, debet praenoscere verum sensum propositionis ac terminorum eam componentium proprietates, ne exponatur periculo inferendi falsum ex vero. Quod si adversarius iuxta n.º 22 citatae partis ex abrecta conversa inferet convertentem formaliter sic: ergo nihil quod est animal est lapis; tunc concedo totum quia convertens formaliter non exprimit multiplicatem naturae animalis.

86. Oppones 3tio Nostra sententia diruit totum artis syllogisticae aedificium. Probatur hoc: Data nostra sententia non concludit hic syllogismus in Darii: animal rationale est homo; sed Petrus est animal rationale; ergo Petrus est homo; quia non distribuitur medius terminus animal rationale iuxta canones Dialecticos ut sub distribuit, hunc expraemissis altera distribuat: aut concludit etiam iste: homo est doctus; sed Petrus est homo: ergo Petrus est doctus quod est falsum; ergo nostra sententia diruit artis; ergo ut pars humani discursus est avicienda.

Respondeo negando primum propositionem, et inde antecedens probationis quoad utramque partem: quoad primam, quia licet medius terminus animal rationale non distribuatur, in pro formaliter expresse, tamen distribuitur aequivalenter obiective, quatenus vera est propositio animal rationale est homo etiam resoluta in distributivam omne animal rationale est homo, cui aequivalet ratione materiae necessariae; distributio enim formalis expressa medii termini non est adeo necessaria, ut non sufficiat distributio aequivalenter obiective talis ad bonam consequentiam; quippe nulla regula Dialectica postulat distributionem formaliter expressam. Item quoad secundam quia in 2do medius terminus homo nullo modo distribuitur. Falsa enim est universalis distributiva: omnis homo est doctus, cui non aequivalet indefinita homo est doctus, quia in materia contingenti. Distributio autem tum formaliter expressa, tum aequivalenter obiective talis medii termini, aut extremorum cognoscitur ope sincategorematum, aut notitia materiae. Si autem quaeras an praemissus syllogismus sit in Darii? Respondeo esse aequivalenter obiective, sed non formaliter quia ob ea principia dictum de omni dictum de nullo requiri videtur formalis distributio medii termini ad hoc, ut syllogismus in rigore sit in modo alicuius figurae.

87. Urgebis: Ex modo dictis, et ex n.º 7 2dae partis Dialecticae: Propositio indefinita in materia necessaria aequivalet universali distributivae, et in materia contingenti aequivalet particulari; ergo licet non distribuatur subiectum istius homo est doctus distribuitur subiectum illius animal rationale est homo, Accepto ut urges adversarium dicta aequivalentia non apparet ex formali repraesentatione

predicationis; secus, cum predicationum expressiones sint similes, utraque equivaleret universali distributioni, quod est falsum; ergo dicta equivalentia manifestatur a sola cognitione mentali necessario, ergo subiectum ãal vãale distribuitur solum equivalenter obiective ob cognitionem mẽtalem distinctam a predicatione ãal vãale est hõo; sed quando terminus solum equivalenter obiective distribuitur, predicatio obiective attingit, et formaliter non exprimit multiplicitatem nãe, et ex probatis, quando predicatio obiective attingit, et formaliter non exprimit nãe multiplicitatem, conservat universalitatem termini; ergo etc. Ceterum instantia probat nec terminum equale preditum de equali conservare universalitatem quod nec adversarii dicunt. Patent hinc iuxta nos convenientia canonum dialecticorum, quos inter se pugnantes facit sententia adversaria; ergo est postposita discursus humani debet eliminari.

## Paragraphus Quartus
## De Quibusdam Notandis ad Reliqua Dicenda

Prenoto itaque primo, aliud esse cognitionem formaliter exprimere seu representare differentias nãe, v.g.: ãalis materialiter sumptas, idest precise ut identificatas cum nãa ãalis prescindendo ab eo quod illam dividant ac multiplicent: et aliud toto celo diversum cognitionem formaliter exprimere differentias nãe, v.g.: eiusdem ãalis formaliter sumptas, idest ut dividentes et multiplicantes natũm ãalis ut accidit in his cognitionibus omnis hõo est multiplex ãal, hõo et leo sunt ãalia distincta in quibus exprimitur multiplicitas nature animalis.

Iam vero iste predicationes omnis hõo est ãal, hõo et leo sunt ãal formaliter exprimunt differentias ãalis materialiter sumptas; sicuti hec predicatio Pater et Filius sunt Deus exprimit Paternitatem, et Filiationem ut identificatas cum divina nãa; formaliter tñ non exprimunt differentias ãalis formaliter sumptas, idest ut multiplicantes natũm ãalis; sicuti predicatio Pater et Filius sunt Deus non exprimit paternitatem et filiationem ut multiplicantes divinam natũm, quia sicut hec predicatio, ita ille exprimunt solum differentias identificatas cum nãa prescindendo ab earum multiplicitate; ergo licet nulla cognitio formaliter exprimens differentias nãe formaliter sumptas, conservat natũm universalem, quia hanc formaliter multiplicat, idest exibet multiplicem; quelibet tñ cognitio formaliter exprimens differentias nature materialiter sumpta, constituit aut conservat natũm universalem quia hanc formaliter non multiplicat, idest non exibet istius multiplicitatem; sed ecce predicationi omnis hõo est ãal, hõo et leo sunt ãal formaliter exprimunt differentias nãe ãalis materialiter sumptas duntaxat; sicuti predicatio Pater, Filius, et Spiritus Sanctus sunt Deus representat differentias divinarum Personarum solum materialiter sumptas; ergo sunt cognitiones constituentes, aut conservantes naturam universalem.

Prenoto secundo, aliud esse, quod hõo et leo sint formaliter distincti,

aliud ēē, q̃d sint formaliter distincti in ratiōne ōālis ex cognitiōne aliunde habita, et aliud ēē q̃d sint formaliter distincti in ratiōne ōālis ex præcisis conceptibus hōīs, leo. Primūm est verum, quia hōō sub proprio conceptu est formaliter rāālis et leo sub proprio conceptu est formaliter irāālis; ergo sunt formaliter distincti. Idem aliud est verum, quia attentis principiis humani discursus, adeoque ex cognitiōne aliunde habita, eadem intrinsecè penitus indistincta res nequit identificari cum extremis realiter adæquatè distinctis; ergo prætium identificatum cum extremis realiter adæquatè distinctis est realiter multiplex; sed hōō et leo sunt extrema realiter adæquatè distincta ut aliunde constat; ergo ōāl identificatum cum homine et leone est realiter multiplex ōāl; ergo hōō, et leo sunt distincti in ratione ōālis ex cognitiōne aliunde habita.

Sed tertium est falsum, quia spectatis præcisè conceptibus hōō, leo, et seclusa omni cognitiōne aliunde habita apparent quidem hōō et leo ut formaliter distincti, sed non distincti in ratiōne ōālis, a quo præscindunt illi conceptus, sicuti in hac prædicatione Pater et Filius sunt Deus apparent sub propriis conceptibus duæ distinctæ Personæ; sed non apparent ut distinctæ in ratiōne Deitatis; ergo sicuti Pater et Filius sub his præcisè conceptibus apparent ut distincti, sed non ut Dii distincti in hac prædicatione Pater et Filius sunt Deus, ita hōō, et leo sub his præcisè conceptibus apparent ut distincti, sed non ut ōālia distincta, seu ut multiplicantes naām ōālis in hoc actu hōō et leo sunt ōāl; ergo attenta hujus prædicationis expressione hōō et leo non sunt, et non apparent distincta ōālia, seu multiplex ōāl; sed hoc nobis constat ex cognitiōne aliunde habita.

Hinc primo, sicuti intellectus ex ea præcisè formalis apparentia hujus prædicationis Pater et Filius sunt Deus nequit judicare multiplicitatem divinæ naæ, ita nequit judicare multiplicitatem naæ ōālis ex præcisa apparentia istarum omnis hōō est ōāl, hōō et leo sunt ōāl, quia licet appareat identitas naæ ōālis cum multis, non apparet tamen multiplicitas naæ ōālis ut hic ispse doctrinam n.° 58. Neque dicas ex n.° 59 q̃d naā identificata cum extremis realiter adæquatè distinctis qualia sunt hōō et leo, non est una, sed multiplex naā, quia hoc non est verum attenta præcisè formali tendentia dictarum prædicationum, sed cognitiōne aliunde habita. Neque dicas iterum q̃d nisi intellectus captivaretur in obsequium Fidei triplicem crederet divinam naām ob identitatem cum tribus Personis, quia si hoc faceret, deceptus faceret; non autem quia præcisa identitas divinæ naæ cum tribus Personis per se, et naā sua proponeret triplicem divinam naām absolutè; ergo etc.

Hinc 2do sicuti Pater Æternus et Filius, licet ex solis suis conceptibus non permittant se ēē absolutè, et in omni ratiōne idem, patiuntur tamen se ēē idem in ratiōne Deitatis; ita hōō et leo ex solis suis conceptibus non permittunt se ēē absolutè et in omni ratiōne idem, sed præscin-

Sendo a cogne aliunde habita permittunt se ēē idem in ratione aālis, quia ab hisce multiplicitate praescindunt. Nam arguens: Hō ex solo suo conceptu est aāl; sed ex solo suo conceptu est distinctus a leone; ergo ex solo suo conceptu est aāl distinctum a leone. Nam utrumque argumentum. Talis Christus ex solo suo conceptu est Deus; sed ex solo suo conceptu est distinctus a Filio; ergo ex solo etc. est Deus distinctus etc. Denique argumentum est fallacia discursionis terminorum in praemissis, et coniunctionis eorum in conclusione, similis huic: Illa avis est mater; illa avis est tibi; ergo illa avis est mater tua.

61. Prendo 2do Aristotelis dictum: ab eo quod res est vel non est propositio vera vel falsa dicitur, falsum ēē in sensu exclusivo intellectum, idest, ita ut veritas propositionis repetatur solum ab eo quod res est vel non est, quare veritas propositionis non dum petitur ab aliquo quod res est vel non est, sed etiam ab eo quod enuntiat propositio et modo enuntiandi illius; secus essent falsae omnes propositiones disjunctivae, cum nulla distinctio, et inaequalitas realis quae sit earum verificativum.

Prendo ultimo duplex ēē obiectum istius iudicii (idem in propositione de dicto) hic hō est hō, unum ex parte pdti quod est tota totalitate forma [illegible] humana nāa quae universaliter universaliter, non afficit quantitate singulari, atque non distinguit [illegible] ex parte subiecti [illegible] est hoc singularis nāa de qua est affecta quantitate singulari praedicat nāam humanam indefinite, suppositam, seu totam formaliter humanam nāam ita ut praedicatio hic hō est hō attingat ex parte obiecti nāam realiter multiplicem quin formaliter exprimat eius multiplicitatem. Nec obest singularitas subiecti universalitati praedicati ex supra dictis. Nam

62. Facile capies quid sit compositio mentalis subiecti et pdti, et istorum mentalis divisio. Compositio itaque mentalis pdti et subiecti est unio pdti et subiecti facta per affirmationem pdti de subiecto; sicuti divisio intellectualis pdti a subiecto est separatio eorum facta per negationem pdti de subiecto. Cum ergo dicitur verbi gratia hō est aāl compositio non fit ex rebus entitate distinctis, sed ex vocibus et conceptibus pro eadem re suppositis, quia idem hō cognitus cognitione generica aāl affirmatur de se ipso cognito cognitione specifica hō; vox enim, et conceptus hō supponuntur pro eadem re pro qua supponuntur vox et conceptus aāl quare subiectum et pdtum dictae propositionis sunt idem ex parte obiecti, sed formaliter, idest ratione vocis et conceptus seu cognitionis quae sunt subiectum, et pdtum aut quod seu forma denominantes obiectum iam attributum iam subiectum, sed formaliter inquam sunt distincta; sicuti enim in rebus non datur propositio formalis, sed istius obiectum; ita non datur praedicatio formalis, sed obiectum praedicationis formalis. Haec de propositionibus directis enuntiantibus identitatem aut distinctionem realem praedicati de subiecto.

63. Quod si sermo fiat de reflexis enuntiantibus identitatem, aut distinctionem formalem, esto, licet videantur enunciare attributum de subiecto, directe enunciant sufficientiam aut non sufficientiam

claritatem cognis subiecti ad dividi affirmandum vel negandum prædicatum de subiecto ex n.º 32 partis antecedentis, quam relege. Sed cum dicitur animal est genus, homo est species, in quibus de animali et homine reflexe sumptis affirmantur concreta logica genus, species, sensus est natura animalis ut expressa a cognitione confundente omnia animalia in unum, est unum aptum inesse multis, per identitatem tamen partis materialis essentiæ metaphysicæ illorum, natura humana ut expressa a cognitione in unum confundente omnia humana individua est unum aptum inesse multis per identitatem tamen totius essentiæ metaphysicæ eorum ut patet ex definitione generis et speciei. Eo quo modo vel in multis capi vobis definire membra tertius logici universalis

## Caput Ultimum

## De Vniuersalibus Rerum Ideis Specialium, et De Prædicamentis

Nullibi melius prædicamenta traduntur, quam ubi de universalibus, cum enim prædicamenta sint summa quædam genera et genera sint universalia, ideo agam hic duobus Paragraphis de universalibus in particulari, et de prædicamentis.

### Paragraphus Primus

### De Vniuersalibus Rerum Ideis Specialium

64\. Vniuersale tam in essendo quam in prædicando dividitur comuniter in quinque membra dicta iam prædicabilia, iam ideæ universales quæ sunt genus, species, differentia, proprium, et accidens, quibus addit Suarez prædicabile mixtum. Genus autem non sumitur hic pro multitudine rerum eiusdem speciei, ut dicitur Genesis 9: de Filiis Noe: Ab his disseminatum est omne genus hominum super terram; sed sumitur pro prædicato comuni multis specie diversis, quod ex n.º 29 Dialectica triplex est. Genus ut universale tum metaphysicum, tum logicum est unum aptum inesse, et prædicari de multis per identitatem eius realis cum multiplicitate tamen partis materialis essentiæ metaphysicæ illorum. Differentia vero propriè talis (de qua dicebam in citato n.º 29. et 30 Dialecticæ) tam ut universale metaphysicum, tum logicum est unum aptum inesse, et prædicari de multis per eta tamen partis formalis essentiæ metaphysicæ illorum.

Hinc patent duo munera differentiæ, unum est dividere genus ac ut partem maiorem pluribus specie diversis ad certam speciem metaphysicam determinare, ut forma physica v.g.: anima rationalis determinat materiam, sive corpus humanum ad speciem physicam humani compositi; ita forma metaphysica, sive differentia v.g.: rationale salva proportione dividendo, et contrahendo genus animal determinat illud ad speciem metaphysicam animalis rationalis. Aliud munus est constituere speciem, eamque ab omni non ipsa distinguere,

ut vera facit reale, secuti solum semper proportione ad reales constituit humanum compositum, ac ipsud physice distinguit ab omni alio reali composito.

65. **S**pecies qua universalis non significat venustatem ut Danieli 13: Species decepit te, neq externam cognoscibilitatem, ut Sapientia 13: A magnitudine speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri; neq ideam adventitiam, aut formalem, de quibus dicebam cap. 1. primæ partis Dissertationis; sed significat verum universale tum in essendo, tum in prædicando, atq ita sumpta est unum aptum intr, et prædicari de multis per ista tamquam tota eorum essentia ut est ad reale tota essentia metaphysica humana natura conveniens singulis hominibus. Hæc autem species triplex est, dicitur suprema, media, et infima, sed sola infima hic definitur, quia hæc vere est et prædicatur immediate ut tota essentia de individuis. Item hæc species alia dicitur prædicabilis, et alia subjicibilis. Prædicabilis est species nunc definita, subjicibilis vero est, de qua ut subiecto immediate prædicatur genus. Hinc omnis natura etiam essentialiter immultiplicabilis, ut est Divina, dici potest species subjicibilis, licet non prædicabilis.

66. **S**pecies tamen in genere quadruplex est, Logica, nempe, quæ constat genere et differentia realiter identificatis, de qua nunc dicebamus. Physica, quæ constat materia, et forma realiter distinctis, ut homo corpore, et anima reali. Moralis ergo duo, licet specie physica non differant, ita considerantur in ordine ad diversos effectus ac si distinguerentur, ut panis triticeus crudus, et coctus in ordine ad Consecrationem, et Eucharistiam. Denique Theologica, quæ saltem triplex est. Prima petitur ab obiecto formali cui conformis, aut difformis est actus humanus, sicq specie Theologica differunt furtum simplex, et sacrilegum quia primum est contra solum obiectum formale iustitiæ, et secundum est etiam contra obiectum formale Religionis. Secunda petitur a diverso modo, quo actus humani sunt conformes aut difformes eidem obiecto formali, sicq actus Spei, et Charitatis specie Theologica distinguuntur. Spes enim fertur in Divinam Bonitatem ut nobis bonam, et nostrum ultimum finem. Charitas vero in eandem, ut in se absolute bonam. Tertia petitur a principio, a quo procedunt actus humani, sicq actus naturales, et supernaturales specie Theologica distinguuntur ratione diversi principii, a quo oriuntur.

67. **H**ic opportune addi solet definitio individui quod est correlativum speciei. Individuum itaq est indistinctum in se, et distinctum a quolibet alio, seu indivisum in plura eiusdem rationis, idest individuum est res indivisa

bilis in plura, quorum singula sint illa res, ut Petrus v.g. est individuum, quia licet dividi possit in plures partes, dividi tamen non potest in plures homines, quorum singuli sint ipse Petrus.

67 Mala itaque est definitio individui, quod de uno tantum praedicatur, aut quod de pluribus non praedicatur, tradita ab Aristotele, quia divina natura vere praedicatur de tribus divinis personis, attamen est singularis et individua. Item mala est definitio individuorum quam tradit Porphyrius ex Christiano Jacobo Judaeo, individua esse videlicet quorum collectio proprietatum in nullo alio reperitur, Istae autem proprietates sunt forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, tempus, primo enim haec definitio non convenit individuis spiritualibus, 2do quia non implicat duo individua corporea habere omnes illas proprietates, ergo etc.

68 Sed iam redeo ad quartum universale, nempe proprium rigoroso tale, quod convenit omnibus solis, et semper individuis alicuius speciei, v.g. risibile. Hoc itaque proprium quatenus universale metaphysicum et logicum est unum aptum inesse, et praedicari de multis per etc. extra essentiam necessario. Nam ita de facto sunt, et praedicantur de multis proprietates cum essentia rei identificatae. Proprietas tamen in genere alia est physica, idest realiter distincta a re, cuius est proprietas, et alia metaphysica, idest realiter identificata cum illius rei essentia, a qua suo modo emanat.

Item haec proprietas metaphysica alia est generica, et alia specifica. Generica oritur concipitur ex praedicato generico, v.g. virtus loco motiva ex genere animalis. Specifica autem, quae praestare concipitur ex adaequata essentia rei, et ideo convenit omnibus solis, et semper individuis alicuius speciei, quae quia est proprietas metaphysica infima dicitur a Philosophis proprium in quarto modo dicendi.

69. Quintum universale est accidens, quod ut universale in essendo et praedicando est unum aptum inesse, et praedicari de multis per etc. extra essentiam contingenter, ut si dicam homo est sanctus, concretum sanctus duo importat nempe subiectum sanctitatis, quod quia est idem cum homine, nec est extra essentiam nec contingenter affirmatur de homine, et ipsam sanctitatem, eiusque unionem cum homine, quae ambo sunt extra essentiam, et contingenter enunciantur de eodem in concreto; unde propositio homo est sanctus reddit sensum copulativum homo est subiectum, cui physice unita est sanctitas, cuius prima pars est veritas necessaria ob identitatem subiecti

cum attributo; ista vero est contingens et accidentalis. Et ideo tota veritas copulativa est contingens, et accidentalis. Et ecce identitatem, et contingentiam huius universalis. Unde importat formam denominantem, ipsa sanctitatem, quae tamen in abstracto non affirmatur de homine sic: homo est sanctitas, ut patet de se, ut propositio sit falsa, atque ita debet intelligi, alio omnis similis praedicatio.

70 Hactenus de accidente reflexe spectato; quod realiter sumptum definitur id quod adest, et abest praeter subiecti corruptionem, idest cuius subiectum manet incorruptum, sive in eo sit sive non praedicatum accidens. Ergo istum accidens reale dividitur in morale, metaphysicum, et physicum. Morale est quod sive adsit, sive non, dummodo habeatur aliud aequivalens per se, aequivalet essentia rei in morali aestimatione, valor contractum emptionis etc sive fiat auro sive argento, nisi specialis obex opponatur.

Metaphysicum est, quod realiter est idem cum suo subiecto, a quo distinguitur distinctione formali extrinseca, et ideo reflexe intelligitur subiectum, seu tota essentia rei absque cognitione accidentis metaphysici, imo etiam hoc negato. Physicum est a suo realiter distinguitur ipso subiecto. Hoc autem accidens physicum aliud est modale, aliud absolutum. Modale est modus physicus, ut: motus, figura etc. Absolutum denique est qualitas realiter multo condistincta a substantia, ut gratia sanctificans ab omni reali.

71. Denique praedicabile mixtum est unum aptum inesse et praedicari de multis per etc iam ut pars materialis, iam formalis, ita non sub diverso respectu, ut est animal rationale, quod ex alibi dixi sub diverso respectu iam sunt genus iam differentia. Sed hoc diviso universalis tolerari potest, licet non sit immediata. Dixi primo tolerari potest, quia quidquid praedicatur de aliquo subiecto reducitur ad unum ex dictis universalibus. Dixi secundo, licet non sit immediata, quia universale immediate dividitur in essentiale et non essentiale. Illud subdividitur in genus, et differentiam, secundum non essentiale in proprium, et accidens.

Ubi tandem moneo ciis, Thomistas frustra laborare in probando quod salvetur species in unico individuo, genus in unica specie, suppositis aliis speciebus, et individuis impossibilibus. Quis enim serio dicat habere veram potentiam ad identitatem realem cum impossibilibus si ex supra dictis repugnat inter creaturas realiter distinctas.

# Paragraphus Secundus
## De Categoriis

72 Categoria, seu prædicamenta rigide loquendo nil aliud est quam ordinata series prædicatorum a supremo aliquo genere per genera et species intermedias ducta usque ad individua, seu recta distributio superiorum, et inferiorum prædicabilium sub uno summo genere inclusorum. Hinc patet prædicamenta, seu categorias esse summa quædam genera ordinate divisa, et distributa usque ad individua, adeoque spectare statum reflexum et esse intentionalem, et ideas universales. Jam vero super hac re alii concipiunt unicam categoriam nempe ens cum sua ordinata generum serie, alii duas nempe substantiam, et accidens. Verum inter sententias quæ nunc vigent in scholis duæ sunt præcipuæ nempe illa Recentium, qui septem docent categorias hoc distichon inclusas

Mens, mensura, quies, motus, positura, figura
Sunt cum materia cunctarum exordia rerum.

Et illa Peripateticorum qui cum Aristotele decem prædicamenta admittunt, nempe substantiam, quantitatem relationem qualitatem actionem, passionem, tempus, locum, situm, et habitum, quæ hoc durissimo distichon includunt.

Arbor sex servos fervore refrigerat ustos
Ruri cras stabo sed tunicatus ero.

73 Inde Peripatetici duo disputant acerrime super suis categoriis; primo nempe an bona sit facta divisio; secundo an Deus, vel Christus poni possit in prædicamento substantiæ. Verum super prima difficultate perditur oleum et opera. Super secunda vero affero duo loca solum, unum est S. Augustini docentis libro 5° de Trinitate cap. 8. Quædam prædicamenta dicuntur proprie de Deo, idest substantia, relatio, actio. Alterum est Ornatissimi Presbyteri Petri Gassendi ad dissipandas quamvis Regularium contentiones in hac materia. Cogita igitur a bona categoriis non includi res ipsas, sed conceptus rerum et nomina solum adeo ut res in sua natura sive finita, sive infinita relinquantur. Ut enim Deus inter causas, et nomina positus non desinit esse immensus; ita inter substantias non desinit esse infinitus.

Hæc si intellexissent boni Scholastici in hac materia tanta confidentia non contendissent. Certe si hæc vellent intelligere Nostrates et Recentiores quæstio jam foret resoluta, materia carens, vel carere clausi Deum si dicatur poni posse in prædicamento substantiæ. Deum poni in prædicamento substantiæ nil aliud est quam operatio mentis concipientis divinam naturam et per se existentem, in qua nec umbra ulla est politicæ absurditatis.

# Ponderatio Critica
## Axiomatum Huc Pertinentium

74. Prologiua hic examinanda sunt: Quod est tale per participationem reducitur ad aliquid tale per essentiam. Universalia sunt priora singularibus. Praedicari sequitur ad esse. Modus operandi sequitur modum essendi. Quae pertinent ad universalia in genere; sequentia vero spectant ad universalia in specie. Haec enim pertinent ad genus. Quidquid enuntiatur de genere, enuntiatur etiam de specie. Posito genere non ponitur species. Destructo genere destruitur species. Sequens respicit speciem. Posita specie ponitur etiam genus. Destructis autem speciebus omnibus destruitur etiam genus. Sequentia attinent ad differentiam. Forma, seu differentia est id, quo res est id, quod est. Si de aliquo potest enuntiari differentia totalis, de eodem potest enunciari etiam species. Forma seu differentia et species reciprocantur. Posita forma ponitur proprietas, sicuti aufertur ablata. Denique ista: Proprietas nec formam sequitur, quod dat esse, dat consequentiam ad esse respiciunt proprietates.

75. Iam vero sensus primi (cuius abusus Doctoris pro ideis aeternis et impressis universalibus) sensus, inquam, est, quod omnis creatura in tempore sapienter condita exhibito reducitur ad eandem primam universalem essentialiter praecontinentem omnes creaturas, non autem in fabulosam naturam universalem aeternam aut impurum fortuitum casum ut blaterant Atheistae; Deistae suo loco impugnandi. Sensus autem 2di patet ex dictis n.° 13 2dae partis Disputationis ubi dicebam universalia esse logice priora singularibus, non autem realiter.

76. Tertium vero et 4tum: Praedicari sequitur ad esse, et modus praedicandi sequitur ad modum essendi intellecta de praedicatione falsa aut de vera, sed de sequella adaequata, ita ut praedicatio in omnibus imitetur obiectum sunt falsa. Falsa sunt primo intellecta de praedicatione falsa, quia nulla praedicatio difformis obiecto imitatur obiectum ut patet de se, sed omnis praedicatio falsa est difformis obiecto ex n.° 744 primae partis Dialecticae; ergo etc. 2° vero intellecta de praedicatione vera sed de sequella adaequata sunt falsa primo quia modus intrinsecus obiecti potest esse substantialis, infinitus, corporeus etc. dum modus praedicationis est accidentalis, finitus, et spiritualis. 2do, quia nulla praedicatio formaliter aut obiective prosequendus unum ab alio ex attributis metaphysicis obiecti imitatur modum essendi realem obiecti, secus formaliter exprimeret omnia obiecti attributa qualia sunt in obiecto, adeoque non posset praedicari passiva. 3tio quia (supposito quod sensus sit praedicationem habendam esse per ideas adventitias obiecti proprias) quia, inquam, nulla praedicatio pure abstractiva habetur

per ideas proprias obiecti, sed multiplex est predicatio per abstractiua, ergo etc., ergo falsa sunt etc.

77. **E** contra intellecta de predicatione vera, et de sequela partiali sunt vera primo, quia omnis predicatio conformis obiecto aliqualiter imitatur obiectum, sed omnis predicatio vera est conformis obiecto, ergo omnis predicatio vera etc. 2do, quia predicatio vera sequitur modum essendi intentionalem obiecti, qualiter intellectus in predicationibus utitur suis speciebus, seu immaginibus, quibus apprehendit obiectum, ut docet experientia, species enim mouentes ad apprehensionem subseruiunt etiam iudicio, ergo etc. tertio, quia sicuti omnis predicatio, ut effectus oritur ab intellectu tamquam causa phisica, ita ut effectus oritur ab obiecto ut causa motiua, seu determinante; ergo omnis predicatio vera sequitur etc.

78. **Q**uintum autem: Quidquid enuntiatur de genere, enuntiatur etiam de specie, vel procedit de genere fundamentali realiter identificato cum sua specie, vel de genere formaliter tale sumpto, est verum, quia ex n.° 134 alterius ponderationis quidquid vere enunciatur de uno ex identificatis vere etiam enunciatur de alio, sed genus, differentia, et species fundamentaliter talia sunt realiter identificata, ergo quidquid etc. Si 2do est falsum, quia genus formaliter tale ex supra dictis est pars metaphysica speciei, et haec formaliter talis est totum logicum, sed quidquid vere enuntiatur de parte non semper vere enuntiatur de toto, ergo non quidquid enunciatur de genere formaliter tale etc.

79. **S**extum: Posito genere non ponitur species: destructo genere destruitur species, duas partes habet, quarum 2da vera est tum directe ratione identitatis realis, tum reflexe, quia destructa parte destruitur totum. Hoc enim est partium complexum. sed genus reflexe sumptum est pars totius logici speciei, ergo destructo genere etc. Hinc euidenter bona est consequentia a negatione termini superioris ad negationem inferioris.

**I**tem vera est prima pars in hoc sensu reali, quod posito genere fundamentali non ponitur omnis species; sicut posita specie fundamentali non ponitur omne individuum illius; secus dato equo vel homine a parte rei existere deberet omne equus et omnis homo, quod est falsum. Vera est etiam eadem prima pars in sensu reflexo, quia precise intellecta parte non intelligitur totum, ergo posito genere non ponitur species, sed est falsa tamen eadem pars intellecta de genere fundamentali cum determinata specie realiter identificata, quia implicat in rebus esse unum ex realiter identificatis sine alio

**S**eptimum: Posita specie ponitur et genus, destructis omnibus

speciebus destruitur etiam genus est absolute verum quoad utramque partem. Ratio primae est, Quia posito toto, ponuntur etiam partes ex definitione totius; sed species est totum, et genus est pars; ergo posita specie ponitur etc. Ratio etiam 2dae est, quia destructis omnibus constitutis, destrui debent etiam constitutiva realiter identificata; sed species sunt constituta, et genus est eorum constitutivum cum illis identificatum, ergo etc.

80\. **O**ctavum. Forma seu differentia est id, quo res est id, quod est, idest differentia est pars formalis intrinsece constituens ac distinguens rem ab omni non ipsa. est verum intellectum de differentia partiali quia contrahendo genus rei constituit, ac distinguit rem ab omni non ipsa; sed falsum est intellectum de differentia adequata, seu mixta, quia haec ex n.º 30. primae partis Dialecticae est ipsa species, seu tota essentia rei; sed tota essentia rei ex terminis non est pars formalis essentiae rei; ergo etc.

**N**onum. De quo potest vere enunciari differentia adequata rei, potest vere enunciari etiam species est verum ex modo dictis; sed applicatum differentiae partiali est falsum in sensu reflexo. Item decimum: Forma seu differentia et species reciprocantur intellectum de differentia adequata pariter est universim verum; sed de differentia partiali est falsum in sensu reflexo.

81\. **V**ndecimum. Posita specie ponitur proprietas, et auferetur ablata intellectum in sensu reali et de proprietate metaphysica est verum ex dictis ob realem identitatem; intellectum vero de proprietate physica realiter solum connexa cum sua forma potest esse falsum quoad utramque partem ex eo, quod Deus evidare potest connexiones pure naturales ut patet in Eucharistia Sacramento, in quo Deus ablata Panis, et Vini substantia miraculose conservat utriusque accidentia. In hoc eodem sensu vera sunt ultima duo Proprietas rei formam consequitur: Qui dat esse dat consequentiam ad esse idest proprietates metaphysicas, non tamen physicas, quas mediate solum producit, qui dat esse, quatenus producendo aliud communicat huic vim activam physice producendi suas physicas proprietates iuxta negantes systema causarum occasionalium. Ubi tandem moneo sequentes phrases genus constituit speciem, differentia contrahit genus; species consurgit ex utroque, proprietas metaphysica sequuntur etc. esse solum veras in sensu reflexo. Hactenus fuse de ideis precisiis; mox de iudiciis.


Linea Di-
recta
Linea
indirecta
Substan
tia
Dividitur
Linea
indirecta
in
corpore
um
in
incorpo
reum
Consistit
Repugnat
Corpus
Dividitur
in
anima
tum
in
inani-
matum
Consistit
Repugnat
Vivens
Dividitur
in
sensi-
tivum
in
insensi
tivum
Consistit
Repugnat
Anim
Dividitur
in
rationa
le
in
irationa
le
Consistit
Homo
Repugnat
Domi
nicus
Arbor
Porphyria
na.

# Dissertatio Secunda
# De Iudiciis.

Simplicem spiritualem repraesentationem objecti, ipse apprehensionem sequitur iudicium, videlicet spiritualis repraesentatio aliquid enuncians de objecto, ut dicebam in Dialectica expendens varias species iudiciorum, quibus addo nunc iudicia verum et falsum, probabile, et improbabile, certum et incertum, evidens, et inevidens, denique iudicium Fidei, quae variis Paragraphis doctrinaliter examinabo.

## Paragraphus Primus
## De Iudiciis Vero, et Falso, ac Statibus Ignorantiae Et Dubiis Mentis Humanae

1. Veritas in genere alia est moralis, alia realis, alia metaphysica, et alia logica. Moralis est conformitas, seu concordia sententiarum mentalium cum sermone vocali, aut aliis signis, quibus exprimi solent. Dicitur aūt moralis, quia haec veritas pertinet ad mores humanos; sicuti qui loquuntur ut sentiunt appelantur veridici. Huic aūt veritati opponitur falsitas moralis vocata mendacium a verbo mentiri, quod ex Augustino significat ire contra mentem. Mendacium itaque seu falsitas moralis est discordia sententiarum mentalium a sermone vocali, vel aliis signis quibus exprimi soleat. Huic simulatio reducitur ad mendacium. Sed de his agant Ethici.

2. Veritas realis, dicta etiam naturalis est ipsa existentia, essentia, relatio etc. rei spectata in se, ut est, et esse debet a parte rerum: huiusmodi veritatem habent hae propositiones: existit res cogitans, aurum est grave. Veritas metaphysica iuxta Scholas est conformabilitas, seu aptitudinalis conformitas rei cum actu vero, idest intrinseca rei cognoscibilitas, aut iuxta Recentiores est congruentia rerum factarum, aut possibilium cum aeternis immutabilibus ideis divinis. Duabus aūt his veritatibus naturali, et metaphysica nulla falsitas opponitur; nam res omnis, sicuti necessario est quod natura sua esse debet; ita necessario congruit aeternae immutabili scientiae Dei Sapientissimi, ac Potentissimi rerum omnium Creatoris, ac Gubernatoris.

3. Veritas denique logica est conformitas cognitionum nostrarum (in casu iudiciorum) cum veritatibus naturalibus rerum; sicuti opposita falsitas est difformitas earundem a veritatibus naturalibus rerum. Hinc nostra iudicia sunt vera cum affirmant de rebus quod illis revera convenit, et negant de iisdem quod illis revera non convenit; sicuti sunt falsa cum tribuunt rebus quae non conveniunt illis, vel negant quae conveniunt iisdem. Dicitur aūt haec veritas logica quia sicut Physici

munus est investigare veritates naturales, at Logici officium est tradere canones, quibus Physicus certo possit exequi munus suum. Item istae veritates dicuntur a Logicis propositiones certae, aut evidentes, aut etc. Cum autem istae veritates pertineant ad varias partes humanae eruditionis, ideo aliae vocantur physicae, aliae metaphysicae, aliae ethicae, aliae historicae, aliae juridicae, etc. denominatione derivata a variis idearum nostrarum obiectis; nam dicitur quaerere veritates physicas, qui phenomenum naturalium causas proprias inquirit, sicuti Geometricas, qui meditatur solutionem problematis, aut Theorematis geometrici demonstrationem. Idem cum proportione de aliis.

4. **S**tatus vero humanae mentis in ordine ad veritatem rerum sunt status ignorantiae, dubii, opinionis, et certitudinis. Status ignorantiae triplex est omnigenae ignorantiae, merae fidei et ignorantiae cum scientia coniunctae. In statu omnigenae ignorantiae sunt infantuli in utero Matris, qui nullam adhuc rerum ideam habent, quamvis fingere quod cogitent est hominibus sensum communem velle perimere.

**H**unc statum sequitur status merae fidei, et idearum confusarum, in quo aliquid cernitur, sed nihil clare, distincte, adeoque vere non iudicatur, sed sequitur, aut alieno nititur iudicio. Et in hoc statu sunt infantes ante rationem adultam, et homines stupidi, quorum propria sunt iudicia naturalia, ut ait Malebranchius, idest praeiudicia sensuum, et phantasiae, a quibus sine examine rerum rapiuntur ad iudicandum. Item propria sunt praeiudicia consuetudinis, et auctoritatis; tota enim eorum ratio iudicandi sunt verba, et exempla aliena. Ubi nomine praeiudicii non intelligo opinionem falsam, sed iudicium verum, aut falsum ab aliis, vel nobis factum, sed absque ullo examine acceptum tamquam verum.

5. **S**uccedit status ignorantiae cum scientia coniunctae, qui regnat in reliquum vitae humanae tempus, et in omnes homines; illi enim ipsi, quos doctissimos et eruditissimos vocamus, pauca sciunt, plurima opinantur, in multis haerent dubii, et infinita ignorant, qui propterea facta comparatione rerum, quas sciunt, et aliarum, quas nesciunt, recte appellantur ignorantes, et imperiti. Intellectus itaque noster circa ea, quae vel penitus non ignorat, vel dubitat, vel opinatur, vel est certus.

**D**ubitat, quando ex neutra parte sunt rationes moventes intellectum ad assensum, aut quando ex utraque parte habet rationes aequales, et aeque moventes eundem ad opposita. Primum est dubium negativum. Secundum est dubium positivum, et in casu dubitantis intellectus haeret suspensus veluti in aequilibrio instar lancis, quae in neutram partem declinat non praeponderante ex alterutra parte momento gravitatis, ut postulo ex ultima Dissertatione Metaphysicae.

# Paragraphus Secundus
# De Statu Probabilitatis
# Ac Iudiciis Probabili et Improbabili.

6. Status probabilitatis, vulgo opinionis, est ille, in quo mens humana latenti perplexione ac timide flectitur in alterutram partem, vel quia ex unica parte adsunt rationes graves moventes, vel quia rationes unius sunt graviores momentis alterius, licet non sint certae aut evidentes. Momenta vero animum nostrum inclinantia ad assensum unius prae alia parte sunt ratio, et auctoritas. Si ratio sola, habetur probabilitas intrinseca. Si vero auctoritas, probabilitas extrinseca. Status itaque probabilitatis medius est inter ignorantiam et certitudinem, unde distat ab utraque. Ubi duo moneo.

Primum est quod gradus distantiae a certitudine dici solet gradus probabilitatis, qui in collatione oppositarum opinionum numerantur in ratione inversa distantiae, ita ut quo plures sunt distantiae gradus, eo pauciores sint gradus probabilitatis, et quo pauciores sunt illi, eo plures sint isti; seu ita ut quo maior est distantia, eo minor sit probabilitas, et quo minor est illa, eo maior sit ista; sed has collationes opinionum et dimensiones graduum probabilitatis efficere solum potest qui certitudinem intuetur. Secundum est hic, et laudabiliter etiam solet esse, quod in scholis probabilitas et opinio habentur ut synonima; sed non ita apud veteres Latinos, quibus opinari idem est, ac temere assentiri iuxta illud Stoicorum: Sapientem nihil opinari; unde iuxta istos opinio vix habet tenuem ac umbratilem veritatis apparentiam.

7 Supposito itaque quod probabilitas et opinio sint synonima, opinio probabilis seu iudicium probabile est, quod nititur gravibus rationum momentis aptis movere intellectum ad prudentem assensum, nec contra se habet rationem evidentem aut certam auctoritatem. Hinc merito C. P. Segneri ad doctrinas probabiles tres exigit praerogativas: prima est ut contra se nullam certam rationis vel auctoritatis principium habeant; 2da ut seclusa omni praeiudicio, et post serium examen rationes moventes sint vere solidae ac sensatae; 3tia ut approbatae sint a Doctoribus maioribus omni exceptione.

Ridendi itaque sunt qui solidam probabilitatem Scholasticorum confundunt cum stulta et umbratili Academicorum probabilitate. Id probabile vel verisimile Academici vocant (ait S. Augustinus libro 2 contra Academicos cap: XI) quod nos ad agendum sine assensione potest invitare. Quare pudeat eos Marcum Tullium aut similes Academicos omnia certantes in [illegible] intrudunt velut Magistros, qui idonei sunt docere solum errorem, et insaniam.

8. Hinc opinio seu iudicium improbabile est quod levi nititur momento rationis, aut contra se habet rationem evidentem vel certam auctoritatem; levis enim ratio coniuncta

cum levitate vel alia mala indicante affectione scilicet defectum rationis gravis prudenter suadentis assensum, ac movet ad praeceps et inconsideratum iudicium vocatum iam improbabile, iam imprudens, iam temerarium, ut iudicium probabile dicitur prudens et rationabile. Ex quo tamen iudicium sit improbabile non sequitur quod sit falsum, quia defectus fundamenti gravis prudenter suadentis iudicium non connectitur cum falsitate iudicii, quod potest esse verum, esto ex levi ratione elicitum.

Hinc nota temeritatis, qua certis propositionibus aliquando inflixit Ecclesia non est nota falsitatis sed imprudentiae hominis temere eas proferentis. Cum autem circa fidem et mores maximi momenti sit prudentia doctrinae, ideo propositio destituta solido fundamento in materia fidei aut morum iuste taxatur imprudens, improbabilis, temeraria, praescindendo ab eius veritate. Nec unquam iniusta erit dicta censura, etsi postea Deus revelaret propositionis temerariae veritatem, quia semper verum erit quod tempore inflictae censurae temere proferebatur propositio illa destituta gravis rationis.

9. Ex his autem sequitur primo opinionem, seu iudicium probabile non oriri ex ratione certa certoque connexa cum eius veritate, secus esset iudicium certum seu certo verum et non probabile, sed oriri ex ratione gravi et seriata licet fallibiliter connexa cum veritate iudicii. Cum tamen haec ratio esse possit magis et minus gravis, ac solida, etiam iudicium esse potest iam magis, iam minus probabile, sed nunquam certum, quia multa falsa probabiliora veris. Probabilitas enim, seu prudentia iudicii est ratio gravis prudenter suadens iudicium; veritas autem eiusdem est conformitas illius cum obiecto, quae sicuti sunt duae res distinctae, ita sunt inconnexae. Hinc videndus esset qui rationem certam quaereret opinionis duntaxat probabilis. Sequitur secundo duplex formido, nempe radicalis et formalis. Radicalis est ipsa opinio directa seu iudicium directum probabile nixum motivo vere gravi, sed fallibili, quod qua tale permittit intellectui reflectenti supra hanc fallibilitatem motivi ut dicat forte fallor. Formalis vero est iudicium reflexum formidolosum intellectus dicentis forte fallor.

10. Sequitur tertio formidinem actualem non esse de essentia iudicii seu opinionis directe probabilis, sicuti certitudo et evidentia sunt de essentia scientiae, nam ista oritur ex ratione reduplicative ut certa et evidente. E contra opinio probabilis non oritur ex ratione qua fallibili sed qua gravi et prudente suasiva iudicii. Quarto opinionem directam probabilem non esse privative incertam et inevidentem, quia non excludit certitudinem ac evidentiam aliunde provenientem, sed esse duntaxat praecise incertam et inevidentem, quatenus ea de se nequit mentem certam facere de veritate sui obiecti, quapropter non est forma mentalis opposita cum scientia; unde scientia et opinio de eodem obiecto componi possunt in eodem intellectu. Propositiones ergo: Idem intellectus est certus, non est certus de eodem obiecto, et similia, cum oriantur a formis disparatis, sed non oppositis, apparent quidem sed non sunt contradictoria, ex n.° 66. 67. 68 primae partis Dialecticae.

11 Praeterea iudicium seu opinio directa probabilis componi potest cum scrupulo, et suspicione suae veritatis, idest cum apprehensionibus nunc maiusculo, nunc minusculo fundo conceptis circa falsitatem talis iudicii; quas opinans intellectus non vincit ea strenuitate, qua similes scrupulos vincit Catholicus in materia Fidei. Item componi potest cum actuali formidine, seu iudicio reflexo formidoloso forte fallor. Haec enim duo iudicia directum scilicet ita se habet, et reflexum falli possum ut specte nixum motivo fallibili licet gravi, non sunt inter se opposita. Sed cum dubio nullatenus componi potest iudicium, seu opinio probabilis, quia haec ex terminis est iudicium, dubium vero ex n.° 5 est suspensio iudicii; sed iudicium et suspensio iudicii ex terminis componi nequeunt in eodem intellectu circa idem obiectum; ergo iudicium probabile componi nequit cum dubio etc.

12 Sequitur 3.° propositiones enuntiantes affirmative, aut negative probabilitatem iudicii, vel obiecti esse reflexas v.g. Probabile est solem esse corpus igneum, quia licet videantur immediate procedere de ipsa re, tamen directe et immediate appellant super ratione movente ad iudicium, et mediate solum super ipsa re, unde praedicta propositio sensum reddit (idem dico de similibus) est ratio gravis ad hoc iudicium solem esse corpus igneum. Probabilitas enim physice consistit in ratione prudenter suasiva iudicii, sicuti improbabilitas consistit in huius rationis defectu; ergo enunciare probabilitatem iudicii, vel obiecti est enunciare existentiam dictae rationis gravis sicuti enunciare improbabilitatem est enunciare dictae rationis defectum; ergo sicuti ex numeris 52-53 primae partis Disputationis antecedentis reflexae sunt propositiones enunciantes identitatem, aut distinctionem formalem logicam, item reflexae sunt propositiones enunciantes probabilitatem, aut improbabilitatem iudicii, vel obiecti

13. Sequitur 6.° ob diversam structuram humorum, et qualitatum, quibus praedita sunt cerebra et ob varietatem idearum, et habituum, quibus donatae sunt mentes, quibusdam esse probabile, quod aliis est improbabile. Sequitur ultimo ob realem distinctionem inter probabilitatem et veritatem iudicii posse intellectum, cui clara est falsitas alicuius propositionis reflexe iudicare quod eius veritas sit alteri probabilis. Hoc autem saepe accidere potest, v.g. dum quis operatur aliquid intentione offendendi alium, et inde reflectens supra opus, eiusque circumstantias dicit in corde suo: Vere ille prudenter iudicabit me pravo animo id egisse tum quia gravia habet indicia, tum quia meam intentionem non expiscitur. E contra qui clare certoque cognoscit falsitatem alicuius iudicii nequit reflexe iudicare tale iudicium esse absolute, aut sibi probabile, quia ab evidentia, et certitudine falsitatis eliditur omnis ratio gravis in oppositum.

Hinc Catholicus iudicare potest quod propositio haeretica v.g. haec: In Eucharistia non est vera, realis Christi praesentia sit probabilis, vera, aut certa Haeretico ob ipsius ignorantiam aut errorem positivum qua dato uno errore in fide Abyssus abyssum invocat; sed non potest iudicare eam propositionem esse absolute, aut sibi probabilem, quia divina revelatio cui nititur Catholicus, sicuti propositio catholica contradictoria penitus enervat omnes

rationes Hæretici, ergo Catholicus certus de Verbo Dei iudicare debet rationes Hæreticæ inanes, et ineptas esse fundare iudicium probabile; ergo nequit rationabiliter iudicare opinionem hæreticam esse sibi vel absolute probabilem.

14 Verum cum Catholicorum sententiæ sunt hinc, et hinc probabiles, quia pro neutra parte adest evidens, aut certa ratio, licet quis absolute iudicet suam sententiam esse veram, et oppositam falsam, sicuti imbelles istius rationes, item licet nec dubitet, nec formidet de veritate suæ sententiæ, adhuc debet iudicare probabilem sententiam oppositam suæ, quia cum propriæ sententiæ rationes probabilitatis confinia non transiliant, non elidunt momenta oppositæ; ergo ista in conflictu est probabilis, ergo istam iudicare debet probabilem; secus ultra vendet pro margaritis. Cum autem ex n.º 6 exposita probabilitas sit ratio gravis eruta ex natura aut proprietatibus rei, vel gravis Doctorum auctoritas, iudicium probabile triplex est; intrinsece probabile dumtaxat, quod fit ex sola gravi ratione eruta ex ipsa natura, aut proprietatibus rei. Extrinsece solum probabile, quod fit ob solam gravem Doctorum Auctoritatem. Intrinsece, et extrinsece probabile, quod fit tum ex gravi ratione, tum ex gravi auctoritate, ut accidit discipulo, qui assentitur alicui sententiæ tum ob graves rationes, tum ob auctoritatem Magistri cui rationabiliter obsequitur iuxta illud Aristotelis: Addiscentem oportet credere.

## Paragraphus Tertius
## De Arte Hermeutica ~

15 Quoniam de probabilitate extrinseca fundata in Doctorum auctoritate diximus, nunc opportune dicemus de Arte Hermeneutica, idest arte recte intelligendi eorum verba, ac interpretandi eorum libros, paucos eiusdem artis, sed necessarios tradendo canones, qui partim externa, et partim interna respiciunt auctorum, et operum.

Canones itaque præcipui sunt sequentes. Primus. Librum aliquem interpretaturus perfecte calere debet linguam originalem, in qua est scriptus. Ratio est, quia secus, teste Ricardo Simonis in Historia Critica, versiones nec sunt, nec fieri possunt perfectæ, quæ ipsæ adhibeant plane mentem auctoris; nam primo linguæ inter se exactam correspondentiam non habent; secundo linguarum idiotismi, nativi colores Veneres, emphases etc. verti non possunt in linguam alienam. Tertio vertentes libros sæpe accipiunt voces in ordine ad obiecta, vel ad proprias notiones, cum debeant interpretari ex mente Auctoris, nec huic tribuant suæ falsæ sententiæ, aut inferantur calumniæ; ergo librum interpretaturus perfecte calere debet etc. Secundus. Interpres sibi procurare debet codices emendatissimos, quia codices interpolati, mutilati, aut depravati non raro sunt aberrandi a mente auctoris, vel ducant ad tribuendas eidem sententias non suas; ergo interpres sibi etc.

16. Tertius. Interpres discere, aut scire debet ætatem, patriam, antiquitates, mores, et Religionem eius gentis, ex qua est auctor, quia difficile est auctorem opinionum, morumque suæ gentis calore

propria scripta non inficere, et ideas proprias non tingere colore professionis Religionis etc. ergo interpres discere etc. Hinc videndi qui hebraicam, graecam et latinam antiquitatem ignari Hebraeorum, Graecorum et Latinorum libros interpretantur sola Grammatica et Lexicis contenti, quia misere fallunt alios et falluntur ipsi.

Quartus Interpres attendere debet ad finem Auctoris, quia aliter interpretari debet Physicus, aliter Orator, aliter Poeta etc. cum habeant diversos scribendi fines. Oratores enim et Poetae vel delectant, vel popularia sectantur etiam contra internam animi persuasionem, unde verum Poeticam atque oratoriam sunt vera popularia, idest praeiudicia saepenumero ut ait Doctus Modernus. Physici autem finis una est veritas, unde nisi pateat poetico more ludere, ubique severe debet interpretari. Hac autem regula duce ut observat S. Hieronymus ad Pammachium, loquendi sunt Antiqui Patres, qui aliter loquebantur in libris dogmaticis, et Epistolis ad Doctos Viros directis. Aliter autem in Homiliis ad Populum, in quibus alia subticebant, alia dicebant obscure ad conspectum et profanum gentilismum penitus declinandum

17. Inter canones autem interna librorum spectantes primus est: Verba literaliter accipi debent, nisi gravis ratio obligat a sensu literali recedere; sensus autem naturalis, seu literalis verborum est quem primum verba nata sunt, et cui translatus opponitur. Ratio canonis est, debet, quia aliter in Scripturis omnia dubia, et incerta forent, quod debet esse falsum; ergo etc. Hic autem canon ad mentem revocat necessitatem primae regulae, nisi peritiae linguarum, et proprietatis verborum, ut assequi possimus sensum naturalem eorundem. Duae autem sunt principes rationes recedendi a sensu literali. Prima quando Scriptor literaliter intellectus nullum sensum habet, vel habet sensum eius instituto repugnantem. Secunda quando habet sensum manifesto absurdum, qui vero duntaxat inepto tribui potest.

18. Secundus est: loca obscura interpretari debent per loca parallela clariora idest per ea loca in quibus Auctor de eadem re clarius scripsit, ac delucidius mentem suam expressit. Canon patet de se, sed ad illius observationem duo fieri debent. Primo passus comparabuntur, ac disponi debet totum Auctoris systema, ut uno quasi intuitu videatur. 2do fieri debet Lexicon proprium eius libri ut facile verba cum verbis, et sententiae cum sententiis conferri valeant. Verum tamen advertendum quod Scriptor potuit incidere in manifestam contradictionem, et mutare sententiam. Si primum, cessat Interpretis officium, cum contradictoria nequeant conciliari. Si 2dum: posterior sententia regulariter, ac ceteris paribus priori debet anteponi.

19. Tertius Subiecta et attributa debent sedulo investigari, et accurate examinari quia vocabula in omnibus linguis varias habent notiones, et ab eorum unione facta in propositionibus multo determinantur ad diversas significationes et suppositiones iuxta illud. Talia sunt subiecta, qualia permittuntur a praedicatis, et vicissim talia praedicata, qualia etc.; ergo notiones subiectorum ex attributis, et attributorum ex

subiectis debent investigari; ergo subiecta et attributa propositionum etc. Hinc primo nunquam licet exponere textum absque suo contextu; antecedentia enim solent accuratius explicari in subsequentibus.

Hinc 2do distingui debent propositiones principales ab incidentibus et accessoriis v.g.: Lingua Sinarum, quae Noetica est, omnium est simplicissima, ubi duo dicuntur primo Linguam Sinarum fuisse Noeticam, 2do eam omnium linguarum simplicissimam, quae posterior propositio est principalis. Cum autem Scriptores potissimum solliciti sint de principalibus, et minus de propositionibus accessoriis, ideo interpreti necessaria est notitia propositionum principalium, et incidentium, ne peccet contra Canonem Logicorum: Propositiones incidentes nec nimis debent urgeri, nec pertinaciter Scriptoribus imputari, cuius canonis usus necessarius est in lectione S. Patrum, qui antenati quosdam haereses bona mente protulerunt certas propositiones incidentes, quas post haeresum nativitatem non protulissent ad declinandum etiam mere apparentem haeresis favorem.

20. Ultimus. Ut recte interpretandum est rite legendum. Rite autem legitur primo si legantur libri, qui aliis lucem afferunt. 2do si liber continuo legatur; qui enim interpretis legit, lecta memoria non retinet, adeoque inter se conferre non potest; confusa lecta non intelligit. 3tio si tantum praecise legatur quantum ferre potest memoria; nam multa, aut multiplex lectio opprimit animi vires, 4to si lecta ruminentur, nam ita robustior fit memoria, sicque res cum rebus, sententia cum sententiis et verba cum verbis facile comparari possunt. 5to si consulantur adnotationes et commentarii perspicaciorum Eruditorum, quibus animus excitatur ad plura advertenda, quae non adverterit. 6to si Legens eam eligat notionem, quae conformior est fini et doctrinae auctoris. Denique si legat aeque probabiles interpretationes aliorum, ut nihil certo definiat in rebus obscure traditis a Scriptore.

## Paragraphus Quartus
## De Statu Certitudinis, ac Iudiciis Certo, et Incerto

21. Status certitudinis est ille, in quo intellectus enuncians aliquid de aliquo obiecto firmiter adaeret eidem, de quo iudicium tulit, seu is non possit certus. Haec autem certitudo alia est cui deus, de qua in Paragrapho sequenti, et alia incudens, et haec alia est infallibilitatis, et alia indubitabilitatis. Prima est determinatio actus ad verum, idest infallibilis connexio actus iudicativi cum veritate. 2da dicta etiam certitudo subiectiva est firma, et constans adhaesio intellectus obiecto, et utramque hanc certitudinem habet iudicium fidei supernaturalis v.g.: Verbum caro factum est. habet enim primam ob connexionem cum divina Revelatione talis veritatis; item habet 2dam ob firmam constantiam, qua Catholicus in obsequium Dei Revelantis Incarnationis Mysterium ita assentitur tali veritati, ut strenue repellat omnes suppositiones, et formidinem de opposito.

Ex utraque autem exposita certitudine resultat certitudo formalis definita necessitas ut actus mentalis sit firmus, et verus seu infallibilis, et firma determinatio intellectus ad verum

cui vero certitudini formali respondet certitudo obiecti. Dicta etiam fundamentalis quae est ea ratio quo obiectum fundat certitudinem iudicii mentalis, ut Mysterium Incarnationis media Revelatione fundat certitudinem Fidelis credentis.

22\. Porro multiplex est tam certitudo indubitabilitatis quam infallibilitatis. Illa enim alia est fallax, et imprudens, alia prudens et vera. Fallax est, cum quis elicit iudicium veritati naturali difforme de quo tamen nullo modo dubitat. Imprudens autem est cum iudicium gravi rationi non nititur. Vera econtra est, quoties iudicium est conforme obiecto, sicuti prudens quoties iudicium est factum ex motivo veritatis buius. Sed mirum est (ait Recentior) potuisse Philosophos fallaces certitudines negare, quae quotidie proferuntur in libris, et regnant in tota vita humana.

Nonne Sectarii certos habent sectas suas, licet a vero aberrantes, et etiam ab honesto? Nonne Lactantius nisi antipodes, quod vident Rotheri? Nonne Malebranchius ita certus erat de visione rerum omnium in Deo ut scripserit amare se melius vocari fanaticum quam a sententia recedere, dum Lockius certo iudicat omnia sciri sensu et meditatione? Quid Cartesio certius vacui repugnantia dum Neutoniani aiunt eos caecutire, quia vacui non vident existentiam? Tandem nonne (teste Ricaut In Historia Imperii Otoman. Libro 2 cap 12) nonne quidam Turca maluit pro Atheo comburi, quam eiurato tam impio errore vivere? Fallaces itaque certitudines Philosophus negare non potest; sed a nihilo magis, quam ab iis cavere debet. Nil enim veritati, et vitae humanae perniciosius, quam in falsitate quinio intelligentis.

23\. Haec autem certitudo fallax et apparens ex iisdem causis nascitur, ex quibus error videlicet ex mentis brevitate, praeiudiciis, pigritia, et affectibus. Nam primo mentis breves, utpote paucis ideis praediti illud unum quod ipsi sciunt, sciri posse iudicant, unde propriis iudiciis pertinaciter adhaerent et irrident ac rident eos, qui contra eorum errores insurgunt, ut patet in Plebeio Mahumedano, v.g.: qui, si probes Mahumedem fuisse solemnem impostorem et summum imperium rapuisse specie Religionis vehementer irascitur, bis insectatur ut veritatis hostem. 2do praeiudicia non permittunt unquam non dubitare de iis, quae tamdiu pro veris habuimus, nam hae duae causae, brevitas mentis, et obstinatio praeiudiciis fides sunt quasi semper unitae. 3tio pigritia facit ut primis ideis, ac cortice scientiarum contenti simus, et ultra progredi vetat. Hinc pigris nil odiosius praedicante severum studium, et saniorem doctrinam, unde pigri sunt delicatuli Apollinis fruges consumere nati. Tandem affectus mentem uni obiecto veluti clavum pala defixam tenent ita, ut nil aliud possit cogitare; unde affectus v.g.: pecuniae, et divitiarum (idipsum eadem proportione de aliis) cogit avarum recinere

O cives cives quaerenda pecunia primum est

Virtus post nummos

24\. Certitudo autem infallibilitatis cum ex n.° 21 sit connexio iudicii cum sua veritate, triplex est, quotuplex est connexio; unde alia est certitudo infallibilitatis moralis, alia physica, et alia

Metaphysicæ, ad quas intelligendas relegi debent dicta de conexione in prima parte Dialecticæ numeris 24. 25, et 26. Ubi tamen moneo solum iudicium certum certitudine infallibilitatis metaphysicæ numquam esse posse falsum, sed posse tamen hic et nunc esse temerarium, et impossibile, quia ex levi fundamento conceptum adeoque coniungi posse cum formidine de eius falsitate, sed non cum falsitate. Contra vero iudicium certum sola certitudine indubitabilitatis coniungi potest cum sua falsitate, sed non cum formidine eiusdem.

Hinc tamen iudicium Fidei supernaturalis certum utraque certitudine numquam potest esse temerarium, aut coniungi cum formidine de opposito, tum ob intimam conexionem cum Divina Revelatione, tum cum principio supernaturali impotente influere in actum falsum, tum ob motiva credibilitatis, quæ nequeunt esse valde levia. Ex his autem iudicia certa sunt, quæ habent requisitam certitudinem; sicut incerta, quæ carent eadem

## Paragraphus Quintus
## De Statu Evidentiæ
## Ac Iudiciis Evidenti, et Inevidenti.

25. Status evidentiæ humanæ mentis est ille, in quo mens ita clare veritatem cognoscit ut a se repellat omnem scrupulum, suspicionem, et formidinem oppositi, sicut accidit in cognitione veritatum: Quæ sunt equalia uni tertio sunt equalia inter se: Quæ sunt eiusdem duplicia, sunt inter se equalia: Totum est maius parte etc. Ubi tamen adverto solam evidentiam non repellere scrupulos, suspiciones, et formidines de opposito; quandoque enim id ipsum facit imperium voluntatis, quandoque firmitas, seu immobilitas iudicii, ut accidit in Viro Catholico a se removente recenter vel leves suspiciones contra veritates divinitus revelatas. Quare non semper habemus evidentiam veritatis, licet de ea dubitare, vel suspicari non possimus.

Hæc autem evidentia alia est fallax, seu apparens, quam præseferunt sophismata, quia falsum est id, quod fallaci claritate enunciat sophisma, et alia est vera simul, et apparens, ut illa, quam præseferunt axiomata ex terminis nota, et demonstrationes. Tum hæc evidentia vera alia est absoluta quam modo explicui, et alia respectiva, seu particularis, quam aliquis habet de re aliqua ob particularem notitiam, vel ob specialem ignorantiam. Hæc evidentia particularis quandoque est mera illusio humana, aut diabolica, et aliquando est vera v.g.: videns hominem furantem, qui communi opinione est probus, habet evidentiam furis, et furti, quod aliis erit falsum, et temerarium

26. Præterea evidentia alia est mathematica, et metaphysica, alia physica, alia moralis. Mathematica, et Metaphysica habetur quando veritas tanta claritate proponitur intellectui, ut huic evidenter appareat obiectum nec divinitus posse aliter se habere absque contradictione, et ista habetur in axiomatis, et demonstrationibus puris intellectionis, quæ nullatenus pendent a sensu, et phantasia ut sunt axiomata, et demonstrationes scientiis abstractis v.g. Matematica, et Metaphysica. Ubi tamen adverto esse aliquod discrimen inter evidentiam demonstrationum

pure metaphysicæ, et evidentiam demonstrationum pure Geometriæ. Hæc enim tenatior menti dicitur adheret, illa vero fugatior citius evanescit. Cuius rei teste Docto Recentiore duæ sunt causæ:

27. **P**rima. Ideæ Geometricæ, quæ numerorum et linearum memoriæ vivacius imprimuntur, unde diuturnior oritur evidentia. E contra Ideæ Metaphysicæ huiusmodi subsidiis non colligatæ, relabente ad phantasmata intellectu, quasi evanescunt cum sua evidentia. Arduum enim est mentem nedum a sensibus et phantasia distrahere, et ad pura intelligibilia elevare, sed magis arduum est eandem elevatam continere ne relabatur ad eosdem sensus.

**S**ecunda. Res Geometricæ non respiciunt Beatitudinem et miseriam nostram, unde nequeunt animum turbare, et agitare affectibus, qui per omnibus infuscant evidentiam. E contra res metaphysicæ ea tangunt, quæ connexa sunt cum nostra Beatitudine et miseria e.g. Deum, eiusque providentiam, animæ immortalitatem, bonum et malum morale, de quibus disputari, et serio cogitari non potest absque animi commotione quæ facile turbat mentis evidentiam. Addo posse, quod metaphysicæ rationes raro sunt adæquatæ, ideoque raro mentem quietam relinquunt.

**H**inc Athei, utrique Materialistæ rigidi, et Septici (quibus nescio quo fato adereant etiam illusi, vel decepti quidam Itali) pati nequeunt Metaphysicam, ideas abstractas, et disputationes earundem pro curvibus inhærenti rebus corporeis, et mathematicis, vel distrahantur ab æternis. Verum quod ita se gerant religionarii Angli, et huius farinæ homines, quorum fines sunt negotiatio, et commercium quo Provinciis afferunt divitias et commoditates, non miror: sed vehementer doleo, quod ab eodem spiritu perditorum hominum agantur Itali quidam Catholici non advertentes, quod paulatim ducuntur etiam ad [illegible] rerum Theologicarum, et etiam (utinam non) ad Religionis oblivionem: Cum enim cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foveam cadunt.

28. **E**videntia autem physica est, quam faciunt sensus, v.g. quando clare videmus lucem, et colores, audimus sonos, ac res corporeas attingimus; secus autem cum nobis videmur audire, videre etc. ut accidit in delirijs. Ad habendam tamen hanc physicam evidentiam unius ex conexis non sufficit clara sensio alterius; secus haberemus physicam evidentiam Dei clare videntes tot creaturas corporeas cum Deo conexas. Circa hanc evidentiam falluntur Populus, et multi Physici; isti enim nimis deiciunt sensus, eosque vident evidentiam; ille vero non intelligens evidentiam puræ intellectionis sensus, eosque evidentiam nimis attollit etiam supra Mathematicam, et Metaphysicam evidentiis videns Philosophos, ut Fanaticos. Sed falluntur utrique immemores dicti illius ne quid nimis, sed stupidius Populus blasphemans ea, quæ non intelligit. Ubi moneo, cohærenter ad dicta in prima parte Dissertationis antecedentis numeris 25, 26, 27 inique agere illos, qui physicam evidentiam exigunt in intelligibilibus, et Metaphysicam, aut Mathematicam in corporeis, propositus est hic ratiocinandi modus, ut videlicet intelligibilia sentire, et corpora intelligere, ut de more semper M. Augustinus. Quare æque peccabunt Platonici, in physicis mathematicam evidentiam exigentes, et Epicurei in intelligibilibus appellantes ad evidentiam physicam.

29. Deniq; evidentia moralis habetur ex ipso assentimur rei, quae simpliciter potest esse falsa, sed non temeraria, et improbabilis; attamen non est fundum ad prudenter dubitandum, aut est adeo levis, ut temere solum possimus de illa re formidare, huiusmodi claritate evidentia sunt Religio nostra, et Regimen humanum tam civile, quam Ecclesiasticum. Ubi adverto evidentias physicam, et moralem coniungi posse cum fallibilitate obiecti, cum falsitate iudicij, et etiam prudenter coniungi cum hoc iudicio reflexo: licet de facto sit hoc res absq; contradictione tamen potest non esse, quia solus Deus potest utramq; videre, ipso videre nequeat evidentias metaphysicas, et mathematicas; unde nulla ipsarum coniungi potest cum fallibilitate obiecti, cum falsitate iudicij, aut cum dicto iudicio reflexo.

30. Item alia est evidentia obiectiva (impropriè dicta evidentia) ipsum obiectum clara cognitione repraesentatum; alia est formalis, idest ipsa clara cognitio repraesentans obiectum (cui cognitioni soli propriè convenit claritas, verbi et certitudo) alia est immediata, dicta etiam simplicis intuitionis quam habent axiomata ex terminis clara; alia est mediata, seu demonstrationis dicta, quam habet conclusio syllogismi demonstrativi, quae clara est ex vi medij. Ubi moneo, evidentiam, seu scientiam axiomatum esse nobiliorem, et perfectiorem evidentia, seu scientia demonstrationum, aut theorematum, quia evidentia, seu scientia theorematum pendet ab evidenti connexione praemissarum cum conclusione; ergo evidentia mediata, seu scientia theorematum pendet a vivacitate, et facilitate memoriae, quae nisi in dicta serie iudiciorum expedite suppeditet ideas, mox evanescit nexus, et evidentia ratiocinij; ergo cum de humanae tenuis memoriae fidelitate dubitare possimus, evidentia mediata est ignobilior, et imperfectior evidentia axiomatum; ergo ista nobilior, et perfectior est evidentia theorematum.

Hinc primo pueri quibus si claro videant simplici intuitu, quae nos longa iudiciorum serie detegimus, tanto nobis sunt scientia praestantiores, quanto nos sumus illis in ratiocinando tardiores. 2do vis ratiocinandi, ac demonstrandi, in qua posita est humanae mentis praestantia maximum est humanae infirmitatis argumentum.

31. Ex his autem patet iudicium evidens esse quod habet expositam claritatem veritatis, et inevidens esse quod caret eadem. Iudicium tamen evidens aliud est tale ratione cognitionis abstractivae, aliud ratione cognitionis intuitivae, aliud ratione cognitionis quidditativae, et aliud ratione cognitionis comprehensivae. Haec autem iudicia dicuntur evidentia abstractiva, intuitiva, quidditativa, et comprehensiva, appellatione derivata a praedictis cognitionibus.

Cognitio ~~evidens~~ abstractiva obiecti est clara eiusdem cognitio determinata ab idea obiecto aliena; sic nobis sunt evidentia ex terminis prima principia quarundam scientiarum v.g.: Totum est maius parte etc. quia ut principia sunt evidentia, ut prima sunt evidentia per se quatenus probatione non egent, alias essent conclusiones derivatae ex primo principio. Denique ut universalia

non sunt intuitive nota, utpote non expressa a cognitione determinata ab omnibus eorum objectis ut propria illorum idea adventitia. Hinc non repugnat cognitio abstractiva immediate evidens, idest ita clara ex terminis, ut probatione non egeat.

32. Cognitio a contra evidens intuitiva objecti est clara cognitio illius non determinata a specie objecto aliena (vide definitionem cognitionis intuitivae evidentis in genere) vel quia a nulla specie determinatur, ut Divina cognitio intuitiva pure possibilium, vel quia immediate determinatur a proprio objecto ut cognitio, qua Angelus cognoscit se ipsum, vel quia determinatur a propria imagine objecti, ut nostrae cognitiones colorum lucis etc. determinantur a propriis earum rerum imaginibus.

Ubi moneo, triplex esse determinativum, seu verificativum cognitionis verae, nempe formale immediatum, radicale remotum et subiectivum. Formale immediatum est objectum expressum a cognitione, vel a propositione enunciatum. Radicale remotum est Divinum Decretum, quod licet non exprimatur a cognitione, necessario praerequiritur ad omnem cognitionem, vel enunciationem veritatis v.g.: sol lucet, cuius determinativum, seu verificativum formale est lux enunciata; sicuti causale remotum est divinum decretum.

Tandem determinativum subiectivum se tenet ex parte intellectus cognoscentis, et intime conectitur cum veritate cognitionis, seu iudicii, et sic omnis cognitio intime conexa cum sua veritate est suum determinativum, seu verificativum subiectivum. Hinc Medistae loquentes de determinatione Divinae Scientiae Mediae v.g.: hypothesis: Si esset completa libertas A esset eius consensus docent verificativum formale immediatum esse consensum enunciatum, sicuti determinativum subiectivum esse intellectum Divinum essencialiter determinatum ad perfecte sciendum omne scibile, et actum Divinum essencialiter conexum cum sua veritate, idest cum consensu conditionate futuro. Sed physici negant omne verificativum causale remotum, quia negant omne Divinum decretum essencialiter determinatum metaphysice per se conexum cum tali consensu ob eas rationes ob quas negant praemotionem phisicam controversam.

33. Cognitio autem quiditative evidens est cognitio clara essentiae seu quiditatis rerum, cum autem essentia rerum sit prior aliis omnibus, quae conveniunt rebus, ideo nec potest, nec dari potest ratio a priori quiditatis rerum. Quapropter definitiones non probantur, sed prudenter supponuntur ut per se notae. Cognitio denique comprehensiva evidens est cognitio clara adaequans mentem cognoscibilitatis objecti. Quod si vincat hoc mensuram est supercomprehensio. Hinc Deus scientia sua comprehendit se ipsum, et supercomprehendit omnia creata. An autem in creaturis detur cognitio comprehensiva, non est hic disputandi locus.

# Paragraphus Sextus
## Canones Evidentiæ
## Et Regula Solvendi Sophismata Quædam Reflexa

Canones, quos circa evidentiam statuo, extendi debent ad certitudinem, sola mutata voce evidentia eidem subrogando terminum certitudo; hoc notato sit.

### Canon Primus

37. Si Mathematicæ aut Metaphysicæ evidentiæ opponatur evidentia physica, hæc physica evidentia fallax iudicari debet. Ratio est, quia quidquid opponitur veritati infallibiliter evidenti, falsum debet iudicari, solum enim falsum opponitur vero; sed quando evidentiæ mathematicæ aut metaphysicæ opponitur evidentia physica, hæc opponitur veritati infallibiliter evidenti; ergo fallax iudicari debet; ergo si Mathematicæ etc.

### Canon Secundus.

Si Mathematicæ Mathematica, Metaphysicæ Metaphysica, Physicæ Physica evidentiæ opponatur, alterutra fallax esse debet; unde cum demonstratio demonstrationi, experimentum opponitur experimento, alterutrum eorum necessario debet esse falsum. Ratio canonis est: Duo contradictoria nequeunt simul esse vera; sed si quando Mathematicæ Mathematica etc. alterutra non essent falsa, duo contradictoria simul essent vera, nempe illa, quibus faverent oppositæ evidentiæ; ergo quando Mathematica Mathematicæ etc. alterutra falsa esse debet; ergo si Mathematicæ etc. Hic autem est casus, in quo consuli debet sensus Optimorum communis, de quo in sequenti dissertatione.

### Canon Tertius

38. Mathematicæ aut Metaphysicæ evidentiæ opponi non potest clara Dei Auctoritas. Ratio canonis est, quia ex certo Dialecticorum omnium axiomate verum non opponitur vero; unde Concilium Lateranense sub Leone X. sessione 8 hæc habet: Cum verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ Fidei contrariam omnino falsam definimus; sed si Mathematicæ aut Metaphysicæ evidentiæ opponi posset aut opponeretur clara Dei auctoritas, verum infallibile opponi posset aut opponeretur vero infallibili; ergo evidentiæ mathematicæ aut etc. opponi non potest clara Dei auctoritas. Hinc.

### Canon Quartus

Si Mathematicæ aut Metaphysicæ evidentiæ opponi videatur auctoritas divina, vel illa non est evidentia, vel ista non intelligitur (patet hic canon ex rationе sup.) ut vero cognoscatur, illa consuli debet sensus Optimorum communis, qui est evidentia eius; sic ut ista recte intelligatur, consuli debet Ecclesia divinæ auctoritatis interpretandæ Magistra; Hæc enim est columna et firmamentum veritatis, cui credita sunt Eloquia Dei.

## Canon Quintus

36. Si physicae evidentiae opponatur clara Dei auctoritas, illa iudicari debet sequi. Ratio est quia clara Dei auctoritas est suprema ratio clare docens aliquam veritatem. sed haec certe praeferri debet fallibili signum evidentiae physicae; ergo clara Dei auctoritas praeferri debet physicae evidentiae, ergo si physicae evidentiae opponatur etc. Quod si auctoritas Dei sit ita obscura, ut prudenter dubitare possimus de genuino illius sensu, nondum recedendum nobis est ab evidentia physica.

Hinc altimus. Si metaphysicae, Mathematicae aut Physicae evidentiae opponatur evidentia moralis, vel fides humana ambae istae falsae debent iudicari, quia cum nulla illa in dignitate aut securitate comparari possunt evidentia moralis et fides humana; ergo si Metaphysicae etc.

Nunc ab his pergo ad regulam solvendi paralogismos quosdam reflexos, v.g. sequentes

37. Certa est possibilitas alterius Mundi, sed existentia alterius Mundi est huius possibilitas, ergo certa est existentia alterius Mundi. Item supposita Divina Aeternitatis Revelatione, sed non Divinae Omnipotentiae: De fide est Aeternitas Dei; sed haec est Omnipotentia Dei; ergo de fide est Omnipotentia Dei. Regula itaque solvendi istos, ac similes paralogismos qui fieri possunt his plurasibus reflexis, et figuratis haec res est evidens, certa, obscura, probabilis: Regula inquam est ostendere, quod ob transitum, seu mixtionem status reflexi et directi, minor caret medio termino, adeoque premissae non inveniuntur Theologico: Quae sunt eadem uni tertio etc.; sed sunt disparatae et ineptae inferre conclusionem. Hoc autem ut fiat

Adverto, Veteres consuevisse, et adhuc vigere communem usum figurate loquendi tribuendo actibus mentis ea, quae proprie conveniunt eorum obiectis et principiis, sic dicimus Fidem Divinam actum illum, cuius obiectum formale est auctoritas Dei loquentis; sic etiam dicimus necessarium actum cuius obiectum est necessarium; sicuti contingentem aut impossibilem vocamus si eius obiectum sit contingens vel impossibile. Item tribuendo obiectis ea, quae proprie conveniunt cognitionibus nostris, sic dicimus haec res est certa, evidens, obscura, probabilis, improbabilis vera etc. quando res est obiectum cognitionis certae, evidentis, obscurae, probabilis, improbabilis, verae etc. ea enim attributa propria sunt cognitionum, et improprie solum conveniunt obiectis earum. Hinc coherenter ad numerum 11 huius Dissertationis propositiones omnes enunciantes dicta praedicata cognitionum propria de rebus sunt reflexae, quia immediate appellant supra cognitiones certas, evidentes, obscuras etc.; unde debent exponi ad evitandam confusionem reflexarum cum propositionibus directis, et ne tribuantur obiectis, quae propria sunt cognitionum, aut cognitionibus quae propria sunt obiectorum.

38. Quare propositio maior primi syllogismi Certa est possibilitas alterius Mundi est reflexa, et reddit sensum: Cognitio affirmans possibilitatem alterius Mundi est certa; minor autem

seu existentia alterius Mundi est eius possibilitas, est directa, quia de illis ut sunt in se affirmat identitatem realem; conclusio denique est reflexa, reddit sensum, ergo cognitio affirmans existentiam alterius Mundi est certa. Nunc en quomodo mutatur suppositio: en quomodo minor caret medio termino cognitio affirmans etc. quae denuo ponitur in conclusione; en denique sophisma quod apparebat demonstratio ob defectum identitatis extremorum cum medio termino in premissis. Denuo Maior adit: de Fide est Christus Deus est reflexa, et reddit sensum haec specialis divina Revelatio (Deus est Christus) existit. minor autem est directa, ut patet de se. conclusio denique est reflexa, quia sensum reddit. ergo haec specialis Divina Revelatio (Deus est Omnipotens) existit. Ecce mutatam suppositionem ecce minorem absque medio termino haec specialis Divina Revelatio Deus est Christus, quae rursus ponitur in conclusione contra illud Medicorum conclusio nihil; ecce tandem sophisma sub ementita facie demonstrationis. Moneo itaque similes paralogismos eadem semper solutione dissipandos etc. Nunc sit.

## Paragraphus Septimus
## De Fide, et Iudicio Fidei

39. Fides iuxta Ethicos est dictorum conventorumque constantia et veritas (ut ait Cicero Libro I de Officiis cap: 7.) sed haec est potius Fidelitas; iuxta Logicos vero et Theologos Fides est credere quod non vides ut ait vulgatum Adagium, idest est iudicare aliquid verum ob auctoritatem dicentis probitate, et scientia prediti; unde patet discrimen inter scientiam et Fidem; ea enim scire dicimur, quae sensu, intima conscientia, aut ratiocinio clare cognoscimus; credere autem dicimus ea, quae aliquis probitate et scientia praeditus narrat. Cum ergo Fides pendeat ab auctoritate dicentis; sicuti eiusdem auctoritas a scientiae, et probitatis opinione quam de dicente habent Auditores, auctoritas crescit in ratione directa huius opinionis, ita ut quo maior est dicta opinio eo maius sit pondus auctoritatis, et firmior Fides, sicuti quo minor est illa opinio, eo minus est pondus auctoritatis, et Fides infirmior.

Cum ergo ex dictis tota auctoritas docentis vel narrantis pendeat ab opinione, seu persuasione scientiae, et probitatis quam de eodem habemus, et cum dicta auctoritas crescat, aut decrescat in ratione directa talis persuasionis si in nobis est persuasio talis, ut auctor tantam habeat scientiam, ut nequeat falli, ac tantam bonitatem, ut nequeat fallere, auctoritas parit fidem certam; si autem vel de scientia perfecta, vel de probitate Doctoris possumus dubitare, pondus auctoritatis maius vel minus est in simplici scientiae, et probitatis ratione, vel in ratione ex utraque composita. Et cum auctoritatem statuamus in iis, qui nos docere possunt, et cum docere nos possint Deus, Angeli et Homines triplex est auctoritas, seu Fides, nempe Divina, Angelica, et Humana. Philosophus itaque serio debet examinare quales sint, et quanti dictae auctoritates, unde oriantur, et quinam faciendus sit usus.

40. Iam vero auctoritas divina est infallibilis, quia Deus falli, et fallere nequit docet. Ad usum autem Divinae auctoritatis tria debent esse certa. primo Deum esse locutum; secundo quaenam sint verba Dei

stio verborum sensus. Et si unum ex his defficiat, deficit auctoritas divina. Deus enim nos alloquitur vel via mentis, via phantasiae, et via sensuum. Via mentis, cum cogitationes, et voluntates suas nobis aperit, et sic locutus est quibusdam Prophetis Hebraeis. Via phantasiae, ubi imagines rei alicuius in cerebro nostro excitat, aut somnia immittit, ut saepius fecisse cum Patriarchis Hebraeis docet vetus Testamentum. Via sensuum praecipue cum verba fundit ad aures nostras, ut dicitur locutus Patriarchis Antiquis Adae, Noe, Abraham, Moysi, aliisque, vel cum signa obiicit oculis, quibus voluntatem suam explicat, ut erant olim flamma de coelo descendens, et victimas consumens, tremor in aere, visiones etc.

41. Verum sit ne Deus locutus, sint ne verba Dei, et quinam sit sensus eorum, consulendi docebit Ecclesia Catholica, a qua Verbum Divinum, eiusque verum sensum accipere debemus iuxta dictum illud semper M. Augustini Ego Evangelio non crederem, nisi Ecclesiae me commoveret auctoritas (haec audiant quaeso, et intelligant parvuli quidam Blaterones, qui omni Theologico Principio destituti, tanta confidentia de Verbo Dei, eiusque sensum iudicare praesumunt, quanta iudicarent de libris prophanis. [illegible] verba vomentes, modica Verbi Dei ac Ecclesiae, et minoris S. R. Sedis reverentia ne dicam veritas pestifero spiritu ultramarino, aut ultramontano ducti) ita enim certo vitantur impostores omnes, vel daemonis fraude, vel hominum vitio disseminati ad depravandos, multiplicandos, aut minuendos libros Canonicos; sicuti certo cognoscuntur auctores theopneusti, idest Divino Numine afflati ac certo distinguuntur libri Divini a profanis, et apocryphis, denique certo declinatur omne periculum errandi in materia Fidei, quae nil clarius, ac principalius esse debet Catholico [illegible] de his Theologis; [illegible] omissa auctoritate Angelica, pergo ad humanam

42. Auctoritas itaque humana vel attenditur in narrationibus, vel in dogmatibus. Auctor narrat, cum tradit suo, vel alterius tempore a se, vel ab aliis cognita, dicta, vel facta. Dogmata autem tradit, cum alienas tantum proprias, vel suas sententias affirmare docet. Narratio autem dicitur Historia quae triplex est politica, sive naturalis, et literaria. Politica narrat ea, quae hominibus accidunt, Naturalis, quae pertinent ad naturam, denique literaria quae spectant ad literas.

Historia Politica denuo triplex est, Divina, Religiosa, et Profana. Divina narrat res, quas Deus pro hominibus, et apud homines fecit, aut facit in dies. Religiosa narrat res, quas pro Deo, et erga Deum fecerunt, aut faciunt homines. Profana denique narrat res hominum nec divinas, nec sacras. Verum Historia tam Religiosa, quam profana vel est generalis, quae narrat res totius generis humani, vel est particularis, quae narrat res unius nationis, Provinciae etc. Hinc Historia Diodori Siculi, aut Justiniani, Trogi, licet imperfecte sunt universales. Contra Thucididis, et aliis particulares: nam ille narrat res gestas in Peloponesiaco 28 annorum bello, iste describit Romanas ab Urbe condita usque ad sua tempora. His addo vitas, et acta unius hominis quales sunt vitae Virorum Illustrium Plutarchi

43. Historia vero naturalis narrat omnes observationes, et experimenta physicorum,

et a quocunque facta circa corpora omnia tum viventia, quam non viventia, tum Cœlestia, quam Terrestria, unde vastissima est tum ob Nobilium Scriptorum copiam, tum ob rerum varietatem pulcherrima, tum vitæ et hominum societati utilissima; ea enim ostendit mutationes, ac vicissitudines totius universi, et hinc causas, fines, et ordinem rerum. Docet artes humanæ vitæ necessarias polire et augere, auget mentem humanam, exponit usum rerum corporearum etc. evellit superstitiones, stupidam admirationem etc. Ubi Philosopho notandum est discrimen inter observationes, et experimenta; ea enim dicimus experiri, quæ aliis opera nostra non succedunt, ea vero observare, quæ aliis opera nostra eveniunt. Phænomena itaque ut Meteora, ac brutorum, et plantarum generationes observantur, experimenta vero fiunt e.g. in machina vacui etc.

44. Historia denique literaria narrat Literatorum opiniones, et scripta, aut origines et progressus artium, et scientiarum, ut Historia Philosophiæ Laertii, acta Eruditorum, Bibliotheca selecta, Nouvelles literaires, et alia hujus generis. Hæc autem historiæ pars præter voluptatem affert maximam utilitatem, refert enim quæ de humanis, ac divinis rebus omnis ætatis, ac nationis homines opinati sunt. Ubi adverto, sensum communem hominum esse humanæ sapientiæ magistrum. Quare in Republica literaria non solum inculti, sed etiam minus docti habentur qui carent hac Historiæ parte. Innumera enim sunt, quæ non adcuratissent Viri non solum ingenio, sed etiam judicio summi, nisi ad ea alii excitassent alios Historiæ quamquam evidentiæ, et claritatis, qua verum a falso distinguimus unicus testis est communis Hominum Doctissimorum sensus.

45. Cum igitur homines nascantur aliquo usu rationis, quam in tota fermè infantia antevertit sensuum, et voluntati imperium, necessario uti debent sensibus, et auctoritate ante adultam rationem ne perpetuo vivant ignari. Et ecce gravissimam rationem, quæ movet Physicos Auditores, quos ad rectam sapientiæ investigationem paulatim duco, in genuino sensuum, et auctoritatis usu exerceo, præsertim cum homines adulti forte plura discant sensuum, et auctoritatis ope, quam ratiocinio, et meditatione. Divina igitur Providentia, et infallibili Beneficentia gratitur (ait opportune S. Augustinus de vera Religione) ait, medicina, dum auctoritas procedit, et rationi præparat hominem; sed hæc non plene juvarent, nisi etiam nobis aperirent dotes auctoritatis, quæ fidem parit. Dotes itaque auctoritatis sunt scientia, et probitas auctoris, sive Historici sive Dogmatici, quas exponam in Historico, ut easdem applicare possitis etiam dogmatico. Unde sit

## Paragraphus Octavus
## De Scientia, et Probitate Historici.

46. Circa Historici scientiam duo debent examinari, primo quanta capacitate, perspicacia, et judicio præditus fuerit; 2do an scire potuerit quæ narravit. Jam vero quoad primum: Historicus vere doctus severi judicii, et mentis perspicacis non patitur sibi fabulas imponi, sed omnia acri judicio expendit, ac

eliget magis verosimilia. Contra Historicus minus Doctus paulo studiosior, et credulus fraudibus detegendis est ineptus, scilicet fabulas a veritate separandas; ergo Decepti, et Deceptores pro veris historiis scribere solent Populi rumores; ergo ad auctoritatem cuiuslibet historici sive Profani, sive Ecclesiastici etc. maxime conferunt solida doctrina, mentis perspicacia, et acre iudicium; si enim tales fuissent omnes Historici nec tot fabulis referta redundaret Historia, nec tot puerilia, aut exigua iudicia legerentur in historia Literaria. Verum omissis plurimis fabulis penitus incredibilibus, quas simplices ac creduli veteres scripserunt, Teste Aulo Gellio in noctibus Atticis libro 9 cap. 4 haec adduco exempla.

47. **P**rimum sint lapides quidam ex Indiis ad nos advecti a Modernis viatoribus, quibus venatores magnas vires praedicabant. Eos autem lapides, de quibus miracula iactabantur, boni, et creduli homines dicebant eductos ex capitibus serpentium, quos Hispani vocant Cobras de Cabelo. Verum Cl. Franciscus Redi saepius eorum lapidum experimenta faciens magnas imposturas detexit. Additum sit, quod P. Philippus Cibaldi in Itinerario Libro II cap. 8. refert de quibusdam incolis Arabiae Felicis aiens: Maiores eorum pari castitate dicti fidus cum Diabolo inerunt, valdeque noxii sunt. Si alicui Fructum aliquem contuentur, medullam devorant intacto cortice. Eadem ratione hominum corda hauriunt. Sunt autem ipsi armorum ictibus impervii, adamantem fenire credentes. Quis legens, vel audiens ista risum contineat? Additum sit, quod graves narrant auctores ipsum corpus Muamedis Mezze situm ferreo incapsum in aere pendulum vi magnetica detineri, dum est certum quod eius sepulcrum iacet in Urbe Arabiae Meditalnabi. Verum nullibi maiori iudicii perspicacia, et acumine opus est, quam in historiis Literaria, et Religiosa. Si placet legatur hic Gravissimus Theologus Melchior Cano in II de locis cap. 6.

48. **N**unc examinemus scitum, idest an scire potuerit quae narravit; si enim ei defecit via, et ratio sciendi narrata, hortatu nulla erit, quam Historicus. Cognoscitur autem scire potuisse primo si fuerint Coaevi, secundo si Domestici. Nam Coaevi rei narratae veritatem facili negotio sciunt, et Domesticus non facile decipitur ab externis. Hinc duo temporis, et locorum distantia fere omnes historias alterant, quia utrumque per longam aliorum aliis narrantium seriem tradit, et in longa aliorum aliis narrantium serie aliquid additur, demitur, aut mutatur, ubi Coaevus, et Domesticus non eget hac serie cum ipse sibi testis existat fere semper, vel Coaevus, et Domesticus rei narratae non interfuerit, sed solum narrari audierit a suis Popularibus, in quo casu eius fides debet expendi, quia ubique gentium frequenter vulgantur fabulae, et vera gesta interpolantur, aut inveniuntur. Hinc Historicis nec Coaevis, nec Domesticis caute non creditur.

49. **Q**uare Historici non Coaevi, nec Domestici vel historias acceperunt ab antiquioribus, vel ex inscriptionibus sepulcrorum, columnarum, monetarum, vel aliquis sculpturis

vicinis aliisque monumentis aut collegerunt ex popularibus rumoribus et traditionibus. Tum eam tantum faciunt fidem, quam merentur Veteres et antiqua monumenta, ex quibus descripserunt et collegerunt. Examinari itaque debet quisque illorum. Livius v.g. antiquam Romanae Reipublicae Historiam collegit ex Annalibus maximis, ex Historiis Fabii Pictoris, ex originibus Catonis, monumentis Pisonis, Fannii, Veronis; sicut Plutarchus illustrium Virorum et Laertius vitas Philosophorum collegerunt ex antiquis monumentis.

Ad trutinam itaque haec omnia revocari debent, ut nobis pateat quâ ratione narrata scire potuerint, quia posteri Scriptores Antiquis nil auctoritatis addere, sed ob temporis et locorum distantiam plurimum detrahere possunt ex dictis. Quod si Auctor sequatur rumores populares, ut fecit Herodotus Historiae simul et Fabularum pater, tanto minorem fidem meretur Historia, quanto tenebra sunt, quae posteris reliquit incerta Maiorum traditio.

Hinc res Veterum Nationum ignoramus. Graeci enim vel ipso Platonis aevo tam barbararum quam suarum antiquitatum (teste Platone in Timaeo) egregie ignari, vel ex propria eius gentis garrulitate confixerunt, aut vulgaribus compilarunt rumoribus quidquid nobis tradiderunt. Ergo inanes sunt labores eorum qui deperditam historiam ex ruinis reliquiis restituere contendunt, qui plerumque multa agendo nihil agunt. Valeant igitur (merito concludit Hornius in Historia universali) omnia illa commenta et chronicorum speculantium tricae, ne impositum opus sit bonas horas in huiusmodi nugis perdere.

50. Si complures historici ex uno res omnes acceperint et non aliunde, eam habent auctoritatem quam ille ex quo acceperunt, ut patet in Bello Troiano quod nullis veris gestis monstrari testium copia confirmatum est; illud enim narrant Poetae, Oratores, Historici, Philosophi Graeci et Latini; sed quia omnes videntur illud descripsisse ex uno Homero qui illud poetica libertate forte finxit ad veri similitudinem non secus ac Bellum Soricum et Ranarum, ideo Critici quidam illud vertunt in dubium.

Quod si quaeratur quantam probabilitatem faciat unus vel alius Historicus, respondeo eam metiendam esse ex scientia et probitate eorum. Maximus enim probabilitatis gradus, qui parum distat a certitudine morali, est, quod unus vel alter Historicus vere doctus ac probus fuerit, rerumque narratarum, quae non vindicant eorundem captum, coaetaneus et praesens. Hinc qui negant homines tempore S. Augustini fuisse, qui comas ad vultum et a vultu ad occiput agitabant, immoto capite ut narrat idem Sanctus Civitate Dei se illos vidisse, qui siquid id negant, produnt se perfrictae frontis, quia narrat Historicus coaetaneus maxime probus et doctus.

Si vero unus vel alter Historicus coaevus fuerit, sed non praesens rei narratae aut quae sit supra captum illius, tum probabilitas valde minuitur, quia vel a rumore populari falli potuit, vel rem non intelligens se ipsum fallere potuit Historicus. Innumera sunt huiusmodi exempla in Historiis Politicis et Naturalibus; talia

sunt secreta, et arcana Principum Remotissimorum consultationes, quae leguntur in historiis politicis. Talia sunt experimenta relata in historia naturali a Physicis inventis; ut enim haec experimenta intelligi nequeunt nisi a peritis physicae disciplinae; ita nisi ab istis exacte revocari possunt. Item talia sunt plura facta naturalia, aut fabulosa, quae a viris bonis pro miraculis referentur in Historia Religiosa. Sed iam ad Historici probitatem.

51 Si probitas desit, actum est de probabilitate historiae. Cognoscitur autem defectus probitatem Historici, si notis aliunde nota sit eius vita, vel si in eius scriptis crebra mendacia deteguntur, et imposturae, vel si nimio odio, aut amore partium agitur, vel superstitione corruptus fuerit. Hinc Mahometis solemnis impostoris nemo credit miracula in Alcorano relata. Hinc etiam nemo credit Philostrato gesta Apollonii Tyanei referenti, quia ob superstitionem vera putabat, vel quia ob Gentilismi amorem Christo aemulum Mundo obtrudere voluit, ut Christianismo se opponeret; sicuti opinantur plures Viri Sapientes.

52. Vitium tamen praecipuum Historicorum, et universalius est partium studium, quod ferme omnes labefactat: et hinc etiam Domestici Historici crebro sunt suspecti: Nam Livius, et Caesar v.g. maiores fortes ac fuerint, pingunt res Romanas, et etiam augent exteras res Carthaginensium, Gallorum, Germanorum etc. ut inde maior Gloria Romanorum appareat, quia de iis nationibus triumpharunt. Idem facit de Homero supra omnes Graecos et Troianos Hectorem extollentes, ut magis laude fortitudinem Achillis, qui Hectorem superavit. Graeci autem nationum omnium aspernatores, et fastu propriae gentis laudatores suas omnes suspectas reddiderunt historias. Hinc Graecia apud Iuvenalem et alios est mendax gente levis. Curtius nimio amore Alexandri studio valde foedavit historiam. Maimburgius partibus favens scribere coepit stylo sed ut Germani Historiam referrent. Uno verbo Historici omnes redundant mendaciis, et vera est Historicus qui nec amore, et sine odio dicat, quem veri Historici characterem esse docet Tacitus. Saepe tamen accidit ut Historicus res sui sincere narrare non possit, vel Principi, aut propriae Nationi adulans ut initio Annalium monet Tacitus; unde caute legi debent Historici Politici.

53. Hinc etiam illae fabulae de moribus, literis, politia, et Religione Nationum narrantur a Viatoribus, ut nec Veterum, nec Recentium Nationum Religio aliqua certa sit, sed fere omnes plena mendaciis et imposturis, sed nullibi sane clarius intelligitur ipse Recentiore, in quem furorem agat hominum partium studium quam in libris Judaicis, quas vehementi in Monachos Clericos, omnesque Ecclesiae R. ceremonias odio flagrans scripsit Aaron ille Monachus solemnis impostor, et calumniator infamis.

Nam singulorum vitia toti Religioni Christianae imputat, istamque declamatorio stylo traducit, ut superstitiosam. Insimulat enim Ecclesiam adulterium apud nos tolerari, permittat saeculares vocari, similes civiles, sacrasque leges nostras se nescire, calumniatur. Inde vero postea nihil

ineptam, et parum piam quorundam Theologorum controversiam an hoc semel saltem in vita teneatur elicere actum amoris Dei addit perfidus Judaeus in Religione Christiana homines eximi ab amore Dei; Haec enim sunt Mosycae verba ex Lingua Italica in Latinam traducta: Gaudent ipsi (christiani) ut nos (Judaei) complectamur legem, quae nos ab amore Dei eximit. Heu quos petulantes impostoris; atque idem est ingenium eademque regnant calumniae in reliquis Sophistis. Quis itaque ferat impios istius impostores

54\. Denique ad probitatem Historici pertinet, ut pateat illius veritatis amore, et non exercendi styli gratia historias scripsisse; nam scribentes styli exercitio verosimilia narrant, reliqua negligunt. Sed Historiae huiusmodi nunc vocantur Scriptores Romanenses, inter quos Xenophontem collocant Cicero, licet Historici Moderni eandem praeferant in rebus persicis vel ipsis Ctesiae et Herodoto cuius musas eodem nomine quidam ita acceperant, ut Herodoti libris musarum nomina lapide praescripta sint gaudebant [illegible] puellarum. Stylum declamatorium affectarunt Livius, et Curtius; unde caute legendos docet Modernus, et putat eodem vitio laborasse Paulum Jovium, quem venalem scripsisse in iudiciis suis scribit Canus in 11 de locis capite 6. Quare nimius styli cura suspecta esse debet in Historico. Nunc autem canones subdam ad recte legendos Historicos.

## Paragraphus Nonus

## Canones Auctoritatis

55\. Cum ex dictis alia sit auctoritas infallibilis, ut est illa Dei, Ecclesiae Catholicae, et S. Sedis R. Alia fallibilis, ut est Humana, et cum aliquando quaestiones pendeant a sola auctoritate, aliquando a sola ratione, et aliquando ab utraque, ideo subdo canones circa auctoritatem, ne invicem definiamus quaestiones pura ratione, dum unice pendent ab auctoritate, ut facere vellent Athei captionibus suis circa corporum Resurrectionem, quae unice definiri debet auctoritate divina, sicuti Deistae quidam armati humanae rationis paralogismis contra Miracula ab Apostolis facta, quod est punctum pure historicum auctoritate definiendum. Aut ne quaestiones definiamus auctoritate, dum utendum est ratione, aut rationibus abstractis utamur cum opus est experimentis, ut facta quibusdam Physicis circa rationem Brutorum animalium qui vellent populi auctoritate definire quaestionem experimentis, ut recta ratione stabiliendam. Ne itaque abutamur auctoritate, subdo tredecim canones, quatuor circa infallibilem, et et novem circa fallibilem. Jam vero circa primam sit.

56\. Canon 1. Quae clare docet auctoritas falli, et fallere nescia, ea haberi debent ut indubitata axiomata ut patet ex n° 35. huius Dissertationis. 2. Quae clare inferuntur ex his, haberi debent ut propositiones demonstratae, ac certae ex identitate rationis. 3. Quae dictis axiomatis aut con

sequentibus clare opponuntur, falsa debent iudicari, quia ex praecitato n°. solum falsum opponitur vero, et verum contradici non potest cui ei, cui opponitur. Ultimus. Quae dicta auctoribus obscure docet, in utramque partem probabiliter disputantur, quia unus prae alio auctoribus certa non favet; unde absque ira, et odio permitti debet unusquisque in suo sensu abundare. His succedunt canones auctoritatis fallibilis.

87 Canon I. Ex quo Historicus decipi potuit, non sequitur fuisse deceptum quia a potentia ad actum non valet argumentum; ergo ob fallibilitatem Historici ab eius auctoritate discedere est desipere. 2 Narrata a pluribus, vel omnibus Historicis ocularibus nemine refragante pro certis haberi debent: si vero unus, vel alius pluribus contradicant, comparari debent dotes Historicorum, et potiores illas iudicari, ut patet ex Paragrapho praecedenti. 3 Facta ab uno, vel alio oculari Historico veras Historici dotes habente, narrata sunt proxima certitudini, quando nemini contradicit ut constat ex n°. 50. 4 Tacens aliquid Historicus non negat idem, ergo ex eo solum quod unus Historicus coevus taceat quod alter Coetaneus narrat, in dubium verti non debet, quia tacendo non negat, et non negando integra manet Historici narrantis Auctoritas. Audies Historicum tacentem peccasse contra Historiae leges quae exigebant ut non taceret sed omitto. Hinc enim non sequitur negasse quae tacuit sed sequitur solum illum accusari posse negligentiae, aut ad summum malitiae. Hinc mirum est Doctos de hoc argumento quod negativum appellant, tanto calore disputasse.

88. Quintus. Gesta ab Historicis nec coaevis nec ocularibus magno consensu narrata, vocari debent in dubium quando nullus coaevus, et ocularis historicus ea memorat data memorandi opportunitate. Nam quaero unde nam Recentes Historici ea gesta derivarunt? non alio sane ex fonte quam mendacissima fama populari. Hoc itaque est et non procedens argumentum negativum, quod viri Docti semper magni fecerunt. 6 Deficientibus coaevis, et ocularibus Historicis probabilis est Posteriorum auctoritas quando non est ratio in oppositum ut patet de se. 7. Historia claris rationibus opposita est falsa, ut constat ex n°. 34. huius dissertationis 8. Ex quo historia opponatur moribus, et opinionibus praesentibus non est contraria rationi, quia mores et opiniones mutantur. Denique Historia narrans aliqua quorum causas non intelligimus, non est falsa; hoc enim probat ignorantiam, aut infirmitatem nostrae mentis, et non historiae falsitatem

## Paragraphus Decimus
## De Fide Habenda Sensibus,
## Recto Eorum Usu et Experimentis.

89. Cum in controversiis physicis experimenta praeire debeant et succedere ratio-ciniorum experimentis innixum, cumque testes experimentorum sint sensus, ideo advertas sensibus duntaxat nos percipere, externa, et corporea, ergo in rebus purae intellectionis, idest in Metaphysica, Theologia, Jurisprudentia etc: audiri non debent sed cohiberi, ne corporeis imaginibus tumultuantibus serenam purae intellec-

tionis regionem obtenebrent, aut ne nos moveant ad rebelionem authoritatis. Quare sensibus utendum in solis rebus externis corporeis ac scientiis physicis, quae ita sensibus nituntur, ut primum natae, inde auctae, ac illustratae sint sensuum experimentis ac observationibus. Verum circa externa corporea quatuor consideranda occurrunt: Existentia, Qualitates, Relationes, et Essentia. Cum itaque intima, et essentialia corporum sub sensibus non cadant, ideo sequentes canones subdo.

60. Primus. In dignoscenda sensibilium corporum existentia sensus proprii, certi sunt iudices, licet non soli, sed comite ratione, quia organa sensuum sunt corporea, et necessario ideoque necessario moveri debent ab externo corporum tactu, tangi enim, et tangere nihil potest nisi sit corpus; ergo ex tactu corporum in organis sensuum nostrorum certo iudicamus, et inferimus corporum tangentium existentiam. Cartesius autem male concludit corporum existentiam ex ideis illorum, quia rerum ideae disiunctivae solum connectuntur cum possibilitate, aut existentia rerum; ergo ideae corporum determinatae non inferunt istorum existentiam. Dixi tamen sensibilium corporum, quia cum sensus nec nimis pulleant, et sint paulo crassiores, fieri vel plura possint existere corpora quae vel ob distantiam, vel ob eorum exilitatem sensus aciem effugiunt. Hinc existunt multa corpora, quae non sentiuntur.

61. Secundus. Sensus a Deo facti non sunt ad cognoscendas rerum essentias, quia ex n.° 99 non pertingunt ad intima, et essentialia rerum corporearum; ergo solo sensuum testimonio de intima corporum natura, constitutione, et viribus activis iudicari non potest, cum in omni corpore lateant multa, quae sub sensu non cadunt. Hinc Tertius A rebus corporeis prodire possunt effectus quorum causa in natura corporum latet; ergo ex quo nobis non constet eorum effectuum etiam mirabilium, causa naturalis, non debent illi mox iudicari supernaturales, aut Arte Magica facti. Non primum, quia divina putanda non sunt nisi ea, quae aliunde constant esse divina, aut quando certi sumus talia a natura prodire non posse; secus pro divinis haberemus phenomena naturalia, ut legitur olim fuisse Gentiles. Non 2dum, quia secus maior physicae pars in artem magicam converteretur, aut in fanatysmum eorum, quorum cerebrum variis phantasmatis continuo tumultuatur. Sed procedamus iam ad experimenta quorum discrimen ab observationibus dedi n.° 43 huius dissertationis.

62. Ad usum itaque experimentorum, et observationum duo sunt necessaria, primo ut accurate fiant, 2do ut ex iis deductae consequentiae sint legitimae; nam in nihilo magis atque neutro forte peccarunt Viri Docti, quam in his duobus. Quare ut recte fiant observationes ac experimenta, quinque sunt necessaria. Primum est, ut fiant a viris peritis in illa re, ac simul idoneis observandi instrumentis, et notandis circumstantiis aliisque, quae naturae palliaverint causam phenomeni, omissa occultant, aut indicant falsam pro vera. Hinc experimenta, et observationes facta ab imperitis in Physica medica, vident insignes Viri. 2dum est, ut cautius, et vulgo consecrata experimenta repetantur, ac denuo revocentur ad examen; multa enim huiusmodi repetita tradantur Cl. Muschenbroekius se invenisse falsa, manca, aut interpolata.

Tertium est ut eadem experimenta a pluribus facta inter se comparentur, ac sedulo notetur in quo conveniant, et in quo disconveniant. Item ut ea experimenta fiant in pluribus locis, et ita facta inter se conferantur ut supra, quia ex his observationibus facilius detegitur tum causa experimenti, aut phenomeni, tum causa variationis ejusdem. Tum denique ut experimenta fiant, et observentur phenomena animo purgato ab omni partium studio et propensione pro aliquo systemate; anticipata enim opinio in nobis tanta est, ut in omnibus experimentis vera omnis systema quod non est, ut patet ab experientia eorum, qui opposita systemata iisdem confirmant experimentis.

63 Ut autem legitima sint consequentia ex observationibus et experimentis deducta: ex uno, vel alio experimento aut observatione deduci non debent conclusiones universales ad reconditam causam rationem cujuslibet similis experimenti. haec enim est fallacia consequentis ab insufficienti enumeratione etc. est genus sophismatis. Physici omnes docent, pauci admodum physice evitant. Contra hunc canonem peccabant olim Peripatetici, et videbantur ita arguentes: Educto aere ex siphone tubulo in eo ascendit aqua, causa est horror vacui; ergo horror vacui est causa omnium similium effectuum. Peccant Cartesiani, et videntur sic arguentes: Magnes convertitur ad Polum; talis conversionis causa est materia subtilis; ergo omnium similium effectuum causa est materia subtilis. Peccant Gassendistae, et videntur sic arguentes: lapis ex aere descendit in terram; talis descensus causa est terrae magnetismus; ergo omnium similium effectuum causa est terrae magnetismus.

Nunc autem in eundem canonem nemo magis peccat Newtonianis, et nemo magis illis videt alios. Quod autem ita sit, audite. Videntes Newtoniani duas aquae guttas, modice inter se distantes in se ipsas oblongari, et ubi se tangunt in unam coalescere, dicunt, causam esse attractionem. Videntes corporum firmitatem, et partium adhesionem, repetunt causam esse attractionem. Videntes corpora nimis compressa, aut nimis tensa in pristinum statum restitui, mox assignant eandem causam attractionem. Inde causam gravitatis recinunt attractionem. O beata tempora? O felices Physici, qui nullius vocabuli ope tot nostra phenomena feliciter explicant? Sed nondum finis fecunditatis vocabuli; nam si quaeras: quid est causa reflexionis lucis? quid causa refractionis? quid causa mercurii in tubulis capillaribus? quid causa ascensus aquae inter laminas vitreas? quid causa diaphaneitatis? quid causa opacitatis corporum? quid causa fluxus, et refluxus Maris? quid causa saltem partialis originis fontium etc? quid causa motus corporum coelestium. Respondent attractio attractio. O felix attractio, fortunatum vocabulum? Hoc uno licet in se, et in causa incognito, Newtoniani intrepide majorem physicae partem expediunt.

Hoc facto animosa confidentia veluti ex tripode pronunciant ad explicanda praedicta phenomena sententias alienas esse nugas, et inanias. Inde quasi de parta victoria triumphantes exultant, sibique plaudunt magnificantes attractionem, cujus tamen causam ignorant, nec ultra perquirunt solo contenti attractionis vocabulo, quod aliquando astute mutant in vocabulum cohaesionis, gravitatis, repulsionis (idem tamen semper significantes)

malunt, inquam, ne videantur a pertinaci naturae investigatione ipsi desistere, et alios removere. Denique ne appareat eos multa agendo nihil agere, sua vitia confidenter aliis tribuunt, vel alia supponunt dicentes: hanc legem (idest attractionem) admittunt omnes Physici, qui non meditabundi sedent modo in Musaeo, sed ipsam naturam explorant, et observando detegunt quaenam hic molitur: An non satis explorant naturam, et observationes detegunt eiusdem molimina, tot nempe phaenomena unius attractionis vocabulo expedientes.

Verum, completa hac iocosa Facti verissimi narratione, serio loquendo Auditor, non miror Newtonianos tanta libertate tanti vendere huiusmodi merces; sed miror, tanta simplicitate easdem tanti emere Doctos, postea vires illas in unius vocabuli negotium resolvi. Si itaque alicubi, hic locum habet dictum Salomonis: Qui cito credit levis est corde.

64 Nunc autem subdo tres canones circa experimenta physica, et historica naturali necessarios, quorum primus est: Phaenomeni causae omnes possibiles debent investigari, et serio comparari cum illo. Ratio sunt huius canonis rationes: prima est, quia alia minora cum erroris periculo Physicus iudicat de causa phaenomeni. secunda est, quia si Physicus profunde intimeque naturam meditatur, unam veritatem inquirens, detegit plures, mentemque suam facit magis capacem, et in rebus naturalibus instructam. tertius est: Dati phaenomeni causam esse A affirmative iudicare debet, si clare pateat Phaenomenon prodire ex A, et clare pateat, ex alia causa prodire non posse. Canon patet de se. Tertius: Cum clare non constat causa phaenomeni, quaeri debet causa, a qua probabilius oritur, seu pro qua est maior valde sufficiens. Etiam hic canon de se est manifestus. His autem regulis ne dum uti debent Physici, et Historici naturales, sed etiam Medici, et Politici, quorum curae hominum vita, et tranquillitas est commissa. Si enim nedum eadem, sed maiori diligentia investigare debent a quibus causis conservatur, et a quibus turbatur hominum vita, aut tranquillitas

Verum in usu sensuum, observationum, et experimentorum moneo semper in consilium vocandam esse rationem, et sensum communem Doctissimorum Hominum, optimum sciendi Magistrum, semper curandum esse, ut sensus sint sani, et organa eorum temperata, ut si oportet armati sint optimis instrumentis, ut recte se habeat medium inter organum, et obiectum, sicut debita sit inter utrumque distantia; ita enim positis dictis ad sentiendum requisitis, non fallitur sensus, quia huius experientia in casu est purgata ab omni dubio, et instantia.

## Dissertatio Tertia

## De Ratiocinio Praesertim Evidenti

## Mediisque Ad illud Acquirendum Necessariis

Quid, et quotuplex sit ratiocinium, quid sit demonstrativum, et quotuplex, quid ratiocinium probabile, quid materiale, et quid formale, dicebam in I parte Dialecticae toto capite 3;

unde quis non est evandem recoquere. Disputabimus itaque nunc primo, an in nobis existat hoc evidens raciocinium, seu scientia mediata, et ex occasione etiam imediata contra Academicos et Scepticos. 2do an intellectus iudicatis duabus premissis evidentibus necessitetur iudicare conclusionem. 3tio an intellectus firmius adhereat obiectivis premissis quam conclusioni, et hanc respectat supra premissas. Tandem media necessaria ad comparandam scientiam expendemus; hoc autem per diversa capita dabimus. Unde sit

## Caput Primum

## De Raciocinio Evidenti.

Caput istud ordinate extendemus primo referendo errorem et prenotando necessaria; 2do statuendo conclusionem nostram 3tio diluendo obiectiones adversarias. Sit itaque

### Sectio Prima

### Apparatus

Apparatum dividendo in tres Paragraphos, quorum primus refert errorem et errantes. alius autem, et 3tius necessaria premittent ad presentem gravissimam controversiam contra Academicos, quorum sententiam nostra memoria viri nonnulli in usum, et pretium revocare nisi sunt non minore probabilitate, et Religionis periculo, quam literarum, ut docet Eminentissimus Ptolomeus...

### Paragraphus Primus

### Error et Errantes

1 Error est scepticismus, qui est opinio docentium nihil a nobis scire et comprehendi posse sed omnia dubia esse, et incerta. Originem huius erroris ducit Oculatissimus Gassendus a vetere Academia, seu Academicorum secta, cuius Princeps est Socrates, qui velut suam profferebat sententiam, hoc unum scio, quod nihil scio. Hunc secutos esse docet Platonem, Pyrronem, Carneadem, Arcesilaum, Ciceronem, aliosque dicentes nihil sciri. Inter huiusmodi Scepticos laudat Huetius in libro Gallice scripto, cuius Titulus La Foiblesse de l'entendement humain, idest de imbecillitate mentis humanae (si tamen Huetii, et non cujusdam impostoris est ille libellus) laudat enquam libro I. capite 14 Pitagoram, Zenonem, Heraclitum, Democritum, aliosque veteres Philosophos.

Hi autem ex Modernis adducunt Franciscum Pico Mirandulanum, predictum Huetium (cuius esse negat Clarissimus Muratori dictum libellum, in quo maliciose traditur nihil sola ratione naturali certo comprehendi posse, adeoque confugiendum esse ad auctoritatem) Hieronimus Hirnaim hoc edidit librum De Typho Generis Humani, sive Scientiarum Humanarum inani ac ventoso tumore, difficultate, labilitate, falsitate, iactantia, presumptione, incomodis, quo omnis Philosophiae fundamenta conatur evertere, quibus Doria addit Lockium facile Principem Materialismi Sceptici.

2 Verum Recentior docet, quod duplex est Scepticismus, moderatus nempe, et effrenis. Moderati esse ait illum, qui docet pauca nos scire, de multis opinari, et innumera ignorare, unde natam esse inquit dubitationem, quam tamquam philosophandi principium sequuntur nunc, et secuti sunt Antiqui Prudentiores Philosophi Angelicus, Augustinus, et alii ex Patribus, sicuti ex Philosophis Cartesius, Aristoteles, Alii. Effrenem e contra esse illum, qui statuit nihil penitus certi esse, sicuti nihil comprehendi posse. Ad hunc autem excessum, docet illum evexisse Pyrronem, cuius Sectatores nunc appellati sunt Sceptici, quia de rebus omnibus iudicium suspendebant, iam Zetetici, quia perpetuo continuis inquisitioni vacabant, iam Aporetici, idest dubitantes, iam Acataleptici, quia nihil comprehendi posse dicebant, iam Pyrronici a Pyrrone, inter quos Pyrronii Asseclas sunt auctores libelli sub Huetii nomine editi, et praedictus Hirnaim.

3 Quod si ita est, infra res nobis non erit cum moderato scepticismo, qui est prudens, et modesta philosophandi ratio propria mentis finitae, qualis est humana, sed nobis res erit cum effreni pestilenciali scepticismo, qui secum effrenis vagandi libidinem, et spiritum contradicendi omnibus, ita inficit hominum intellectum, ut ne dum homines faciat incredulos, sed etiam ita furentes, ut cum insignissimis Tolando, et Baelio non erubescant acclamare Atheismum religione melius convenire publicae felicitati, teste Erudito Muratorio in Praefatione libri, cuius titulus Delle forze dell'intendimento humano o sia il Pirronismo confutato.

Quare homo male voluntatis, et pyrronismo vexatus facile evadit Atheus, Deista, Epicureus, Irreligionarius etc. teste semper eodem Muratorio ibidem, inde facile inficit alios docendo haec deliria. Huiusmodi igitur Pyrronistae, aut Sceptici effrenes videntur esse ab Apostolo Actorum 20 praedicti lupi rapaces non parcentes gregi, et ... viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.

4 Qui autem Pyrronismo opponuntur, vocantur Dogmatici, sed etiam isti alii sunt moderati, et alii effrenes. Effrenes sunt qui spiritu superbiae ducti, ita humanae mentis vires exagerant, ut omnia se scire blaterent, adeoque dicant omnia generaliter affirmanda, vel neganda esse, ut dogmata certa. Moderati vero sunt ipsi Sceptici Moderati, qui docent nos certo, et clare non pauca cognoscere, plurima opinari, et innumera ignorari, inter quos sunt Sancti Patres, et Scholarum Principes cum suis Discipulis, Mathematici, aliique omnes prudenter ratiocinantes. Iam vero extrema in vitio. Nos itaque infra sequemur Moderatos Dogmaticos, et impugnabimus utrumque extremum, seu delirium.

## Paragraphus Secundus

## Praemittuntur Necessaria

5. Prenoto primo, scientiam esse cognitionem certam, et evidentem rei alicuius, quae cognitio, si talis est ex terminis, dicitur scientia immediata, si autem talis est ex rei medio, seu demonstrationis, vocatur mediata. Haec omnia patent tum Dissertatione ante, tum ex Dialectica. Praeterea cognitio certa, et

evidens existentiae rei, vel existentiae eiusdem. Si primum, dicitur scientia rei quoad an est; si 2dum dicitur scientia rei quoad quid est, seu quidditativa. Item ista est alia pure quidditativa, et alia comprehensiva essentiae rei. 1ma est solum cognitio certa et clara essentiae rei, ut ista tantum est complexum partialium. 2da ulterius importat, quod cognitio certa et clara essentiae aequet meritum cognoscibilitatis rei, seu phrasi Sancti Augustini [illegible] videntis conspectu finiatur.

6. Prendo 2do Gassendum scientiam omnem negare nobis, quia nullius rei essentiam nos clare cognoscere docet, sed suspicari duntaxat talem, aut talem esse. Docet enim medium terminum demonstrationis, ac perfectam rei definitionem quam ex eodem non habemus, quia si rei alicuius differentia a nobis perfecte cognosceretur, cum res omnis differat a qualibet alia, omnia a nobis perfecte cognosci deberent. Haec ornate quidem exponit Gassendus Tomo 3 Exercitatione 5 adversus Aristoteleos; sed falso supponit primo, scientiam omnem esse mediatam. 2do male confundit scientiam quidditativam cum comprehensiva, ut cognoscatur differentia rei alicuius non deberent alia ita perfecte cognosci, seu comprehendi, ut ille supponit. 3tio ex eius falsa doctrina sequitur contra omnes Theologos, et Philosophos Catholicos demonstrari non posse existentiam Dei, quia perfecte non cognoscimus eiusdem essentiam, quae sit medius terminus demonstrationis.

7. Prendo 3tio prudenter, ac moderate philosophantes non exaggerare vires humanae mentis ultra propriae tenuitatis limites cum superbis Dogmaticis, nec favere cum Pyrrhonistis negando omnem veritatem certam ac evidentem; sed docere solum nos inter plurima quae cognoscimus aliqua certo, ac evidenter ita cognoscere ut de illis prudenter dubitare non possimus. Tales autem sunt sequentes veritates: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quod tibi vis fieri, alteri feceris. Honorandi sunt Parentes etc. Quae sunt aequalia uni tertio, sunt aequalia inter se: Totum est maius parte etc.

Quare praesens controversia non est utrum omnia a nobis certo ac evidenter cognoscantur, neque an multa cognoscantur a nobis scientia quidditativa, vel comprehensiva; nam ingenue fatebuntur nostrae mentis infirmitatem praesertim post originale peccatum quod ignorantiam et alia mala in nos invexit. Quaestio igitur unice est utrum aliqua ex ipsis multis, quae cognoscimus aliquo scientiae genere cognoscantur a nobis in hac vita mortali ita, ut de illis prudenter dubitare non possimus. Pro hac ergo controversia solvenda

8 Prendo 4to, alios negare verbis illud: Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, quia admittunt ideas innatas; vel quia docent nos omnia in Deo videre, vel quia concedunt insitum habitum primorum principiorum, a quo iuxta illos determinatur anima nostra ad cognoscendas veritates ex terminis notas; vel tandem quia docent animam nostram se suasque operationes conscientia scire, ut alia non pauca scire meditatione, et ratiocinio. Verum omisso, quod omnes nostrae

cogitationes pendeant a sensibus, ut pendent iudicia Fidei divinae, nam ex Apostolo Romanorum 10 Fides ex auditu. Quid dum? Numquid erunt falaces? nequaquam. Nunc

9. Prendo (?) ergo cognitiones nostras etiam pendentes a sensibus fallacibus, non esse falaces ob duas rationes primo quia non pendent a sensibus quoad earum veritatem, sed quoad solam existentiam, quatenus sensus sunt causae occasionales mediis ideis adventitiis determinantes mentem ad cogitandum de rebus sensatis; ergo sicuti iudicia divinae Fidei sunt infallibilia ob intimam conexionem cum divina Revelatione, licet pendeant occasionaliter ab auditu, ita iudicia naturalia nostrae mentis: Totum est maius parte: Quae sunt aequalia uni tertio sunt aequalia inter se sunt ex terminis evidentia, licet pendere supponantur a sensibus; unde sunt etiam contingentia quoad existentiam, sed non quoad propriam veritatem. 2do quia ex n.º 61 Dissertationis anteis sensus facti non sunt ad cognoscendas rerum essentias; sed ex n.º 60 propriis ac certi sunt iudices existentiae corporum sensibilium habitis necessariis requisitis ad sentiendum, quae retuleram in fine n.º 62 quia in casu sensuum experientia purgata est ab omni dubio et instantia. Verum clamant Pyrrhonici nullum esse criterium veritatis sed circa hoc sit

## Paragraphus Tertius

### Necessaria ad Veritatis Criterium.

10. Nomine criterii veritatis hic non significatur complexum canonum Logicorum ut minus proprie loquendo dicebam in Dialectica, sed rigide significatur eo nomine legis lydius norma, seu lydius lapis logicae veritatis, scilicet ea ultima ratio qua certi sumus apprehensa a nobis iudicata sic se habere quemadmodum iudicamus, ita ut in nostris iudiciis falli non possimus. Iam vero nulla esse quae ut vera affirmare possimus, docuisse Academicos testatur Cicero libro 2 Academicarum Quaestionum; sed huic falsae Academicorum sententiae non acquiescere Pyrrhonici, sed usque ad furorem suam provehentes Acatalepsiam dixerunt nullam esse rationem discernendi verum a falso testibus Sixto (?) Budeo et Erasmio (?). Huius autem furiosae Principes Moderni Patroni sunt Cornelius Agrippa in Libro de Vanitate, et Incertitudine scientiarum. Daniel Huetius Abricensis (?) Heroum (in duobus libris n.º 1 citatis) et Petrus Baylius (impiae incredulitatis Magister teste Muratori) in pluribus locis, sed praesertim in Articulo Pirro.

11. Iam vero Epicurei tres asserunt esse veri typaras (?) sensionem ipse in rebus sensibilibus, prenotionem in intelligibilibus, et affectionem in cognoscendis bonis aut malis vitae humanae. Plures autem Recentiores cum Cartesio docent veritatis normam esse ideam claram, et distinctam. Addit Malebranchius libro 1 cap. 2 ideae clarae et distinctae intimam conscientiam. Alii distinguunt hanc veritatis typaram (?) in primum principium directum quo probatur veritas, et a falsitate discernitur, et in indirectum, quo adversarium negantem cogimus ad impossibile seu ad manifestum absurdum; cum enim ex vero sequi nequeat falsum, si ostensum

demus adversario ex opposita nostræ Thesi sequi falsam propositionem, ostendimus propositionem inferentem Thesi nostræ oppositam esse falsam, adeoque nostram contradictoriam esse veram. Hinc dicunt Tesseram, seu Criterium veritatis esse principium contradictionis, cuius vi sic argumentamur indirecte seu apagogice ut dicunt Moderni

12 Addo Pithagoricos et Stoicos olim docuisse, mentem nostram esse partem mentis Divinæ, adeoque humanam rationem esse tesseram veritatis, quia est ipsa Dei ratio. Hinc Cato apud Lucanum Libro 9 declamat

Nil facimus non sponte Dei: nec vocibus ullis
Numen eget. dixitque semel nascentibus Auctor
Quidquid scire licet.....................
.......................................
Estne Dei sedes nisi terra, et pontus, et aer
Et cælum et virtus? Superos quid quærimus ultra?
Jupiter est quodcumque vides, quocumque moveris

Et legentes libentissime arripuerunt Nefarii Fanatici Spinoza et Poiretus. Primus enim in Tractatu Theopolitico cap: 1 simul miscuit prophetiam et cognitionem naturalem dicens Prophetia est vel alicuius certa cognitio a Deo hominibus revelata. Ex tradita definitione sequitur cognitionem naturalem Prophetiam vocari posse, nam ea, quæ lumine naturali cognoscimus a sola Dei cognitione eiusque æternis decretis dependent. .... Ea iure Divina vocari potest, quatenus de ea participamus. Alius vero in opere, cui titulus Fides et ratio collatæ Paragrapho 144 et 146 scripsit Deus Omnipotens suæ hominis substantialis scintillam aliquam in tenebrosum hominis fundum iaculatus est, et quasi eidem incorporavit.... Est hæc Divina hominis scintilla ipsum illud substantiale Dei lumen, Æternumque Verbum. ... in centro ac pro modulo eius ut ita dicam fixatum

Hæc autem sunt adeo absurda, ut vel impugnare, sit valde ineptire; nam ratio Dei est simplex et infinita; ergo in partes dividi non potest, ergo ubicumque est, eadem est; ergo si in nobis est, omnia comprehensive cognosceremus, quia infinitæ rationi nuda et aperta sunt omnia. Quis adeo insipiens, ut ista sibi adulatur, nisi sit Fanaticus? Nunc

13. Moneo primo, veritates cognoscendas alias esse naturales, et alias supernaturales. Jam de criterio, seu resolutione supernaturalium veritatum Theologorum est agere, et de facto agunt ubi de regulis Fidei; si autem sunt naturales vel sunt Historicæ vel Dogmaticæ. Si primum comparatæ sunt ex Historiæ lectione seu auditu: deinde vel sunt comparatæ ope sensuum ut cognitio existentiæ corporum, vel meditatione, et ratiocinio. Pro singulis itaque istis veritatibus suam tesseram dabimus. Moneo secundo, esse clare et distincte attendendam esse intimam conscientiam pro viribus purgatam ab omni affectu; omnes enim affectibus turbatis

falsa evidentiae specie decipi sit. Item addendum esse sensum Optimorum communem, ipso jure omnium Sapientum Virorum sana rectaque ratione utentium consensum, quo habito non est periculum evidentiae falsae; sicut habita auctoritate Ecclesiae proponentis credendam veritatem revelatam non est periculum erroris in fide.

14. Hinc primo idea clara et distincta et duabus istis conditionibus affecta nequit amplius comparari cum spiritu privato, quem ut regulam interpretandi veriusque comprehendi S. Scripturam impudenter iactitant Haeretici protestantes, ut enim Ecclesiae Catholicae consensus seu auctoritas removet periculum erroris in veritate supernaturali, ita consensus Optimorum arcet periculum erroris in evidentia veritatis naturalis.

Hinc 2do Pyrrhonici repellere nequeunt mentis humanae brevitatem, ut inde inferant humanam mentem falli posse in ipsa evidentia, adeoque serio dubitandum esse de omnibus. Nam brevitas mentis humanae facit quidem, ut non omnia clare videamus; sed non ut nihil evidenter cognoscamus, sicuti brevitas potentiae visivae facit, ut non videamus objecta remotiora, non autem ut nihil videamus; Argumentari autem non omnia clare cognoscimus; ergo nihil est insolenter abuti hominum patientia. Nunc sit

## Sectio Secunda.

### Conclusiones.

### Prima

15. Scepticismus effrenis est non minus evidenter falsa, quam Religioni et virtuti inimica sententia. Est communis Catholicorum contra Pyrrhonicos et Scepticos effrenes, cujus partes habet conclusio.

Fundamentum primum est. Illud est evidenter falsum quod contradictione opponitur evidenter vero; sed scepticismus effrenis contradictione opponitur evidenter vero, ergo scepticismus effrenis est sententia evidenter falsa. Major patet ex legibus contradictionis: probatur minor. Scepticismus effrenis contradictione opponitur certitudini ac evidentiae, quam de his veritatibus: Quae sunt aequalia uni tertio sunt aequalia inter se: Quod cogitat existit: Totum est majus parte etc. ex terminis claris habemus. Item contradictione opponitur evidentiae istarum demonstrationum: Complexum partium est majus parte; sed totum est complexum partium; ergo totum est majus parte; Quod cogitat existit; sed ego cogito; ergo existo. Negat enim scepticismus illarum tum istarum nos habere evidentiam nobis claram tum ex intima conscientia ab omni affectu purgata, tum ex sensu Optimorum communi; sed dicta certitudo ac evidentia ex modo dictis est evidenter vera; ergo scepticismus effrenis contradictione opponitur evidenter vero. ergo est sententia evidenter falsa.

16. An dicet Pyrrhonicus nobis probandam esse dictam evidentiam: probavimus tum ex intima conscientia ut etiam Apostolus Romanorum 9 ait: Veritatem dico.... testimonium

mihi perhibente conscientia mea. Tunc sensu (?) hominum communi; si ergo Scepticus, aut Pyrrhonicus positus est extra sensum communem, illum remittimus ad Medicum, quo non minus eget, quam Tutore ab Judice dato. Si omnino petit aliud genus probationis, petit evidentiam evidentia dati clariorem; sed hanc nego supposito, quod sit possibilis, vera enim evidentia est sui argumentum et testis. An repetit quid si falleris? Sed hoc Scepticus insolescit veteribus Academicorum, quaesito olim facto S. Augustino. Audiat itaque quomodo S. Doctor Libro XI. de Civitate Dei capite 26 castigavit Antiquos suos Sectarios sequenti profundo ratiocinio eos aggrediens.

» Nulla in his veris Academicorum argumenta formido dicentium. quid
» si falleris? Si enim fallor sum: nam qui non est utique nec falli potest, ac per hoc sum si fallor. Quia ergo
» sum si fallor, quomodo esse me fallor, quando certum est me esse si fallor? Quia igitur essem qui fallerer etiamsi
» fallerer procul dubio in eo quod me novi esse non fallor? An non silebit Pyrrhonista egregius pondere
huius demonstrationis vere digna Magno Augustino? Nunc sit.

17\. Fundamentum secundae partis. Ea sententia est evidenter inimica et perniciosa virtuti ac Religioni, quae dubia et incerta asserit virtutis, et Religionis principia; sed scepticismus effrenis, seu pyrrhonismus dubia et incerta asserit virtutis et Religionis principia; ergo scepticismus etc. est sententia evidenter inimica, et perniciosa virtuti ac Religioni. Maior patet; ut enim est Fidei inimicus qui dubias, et incertas praedicat Fidei veritates: ita etc. Probatur minor. Scepticismus etc. dubias, et incertas asserit existentiam, et divinam Revelationem; inde dubia, et incerta asserit haec moralitatis principia: quod tibi vis fieri, alteri feceris; quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; Deus est colendus etc.; sed existentia, et Revelatio Dei sunt principia Religionis, et principia moralitatis sunt principia virtutis ut est certum ex Ethica, et Theologia; ergo scepticismus effrenis dubia, et incerta asserit virtutis, et Religionis principia. Hinc incerta Providentia, incerta immortalitas animae rationalis, incerta corona meritorum, ac criminum poena, incerta virtus et vitium, incerti Principes, incertae leges et Populi necessitatibus parva loquar.

Hinc merito ait Jo(ha)n(nes)s (?) Modernus. Ego vix mihi persuasero unquam fuisse unquam
» aut hodie esse, qui sic furere valeant, ut ex animo dicant nihil omnino nos scire. At si qui revera sunt, eos non
» monitoris, sed tutoris ab Judice dati egere censeo. Nam nisi haec manifesta sit phrenesis, fateor, ne non sanum
» quidem Orestem furentem egisse. Hactenus ille.

18\. An dicat hic Scepticus ex Libello supra citato, sub Huetii nomine edito, quod imo secta sua viam sternit Fidei, et Religioni? Nam docet se negando omnem veritatis sufficientiam in humana ratione, certam facere solam auctoritatem Dei. Sed haec portentum? Nam quaero a furenti, aut fanatico Adversario, qui ita fallaces sensus facit, et rationem ita infirmam, ut eam doceat nihil certo posse cognoscere, quaero in quam ad revelationem appellans, appellet ad Judicem penitus ignotum, vel cognitum, vel ad privatum cuiuslibet

spiritum? Tertium implicat in terminis, repugnat enim a sententiâ auctoris positis, quod certam fieri Revelationem divinam. Quartum est falsum, quia si sensus sunt ita fallaces et ratio ita infirma ex dictis, qua via, quo medio utetur Pyrrhonicus ad certam cognitionem Revelationis assequendam? Quintum denique inducit talem fanatismum, ut nullus ipse non sit error, qui impune defendi non possit: ergo pyrrhonismus disponit humanum intellectum acceptando errorem, et persuadendo Revelationi, non autem ipsa certa facit, ablata omni rationis humanae certitudine.

Hinc qui cum Religionis impudenter et malitiose nimis deprimit humanam rationem, evertit potissimum Religionis fundamentum, ipsa evidentia credibilitatis motiva, id est miracula, martyria, prophetias verificatas etc. quibus habitis, Fides, Revelatio seu Religio Catholica est moraliter evidenter credibilis. His vero non habitis non esset magis credibilis, ac sint credibiles peculiares Revelationes verae vel falsae, quas se habuisse dicunt quaedam feminae piae vel fanaticae; unde fides esset caeca, omnes eius actus imprudentes. Quare Pyrrhonicus tandem etiam sternit omni Religioni portento, errori et vitio: ergo pyrrhonismus est pestis intellectus, voluntatis et cordis humani.

**Secunda**

15. Criterium, nota, seu tessera directa veritatis realis Metaphysicae aut mathematicae est nobis idea metaphysice aut mathematice clara ex intima conscientia pro viribus ab omni affectu purgata, et ex sensu Optimorum communi. Item tessera directa veritatis realis physicae est idea nobis physice clara ex interna aut externa sensuum experientia purgata ab omni dubio et instantia, et confirmata ex Optimorum consensu. Denique tessera directa veritatis historicae est idea nobis moraliter clara ex consensu communi Historicorum, qui fuerunt Testes Oculares et coevi, ac ex communi optimorum sensu. Tres habet partes hoc criterium pro triplici diversa qualitate, sed quoad nullam eget probatione.

Non quoad primam, quia vera Metaphysica aut Mathematica cognitionum evidentia (quae patet ex duplici adiecta conditione) ex n. 16 est sui argumentum et testis. Non quoad secundam ut patet partim de se, partim ex canone statuto n. 60 Dissertationis antecedentis et partim ex dictis in fine n. 64 eiusdem Dissertationis. Non denique quoad ultimam ut patet ex Canone 2 auctoritatis humanae relato n. 57 Dissertationis antecedentis: item ex illo celebri dicto: Nemo omnes, omnes neminem fallunt, nam consensus omnium hominum vox naturae est (ut ait Cicero libro I de natura Deorum) praesertim vero si sint docti ac probi, qui sana rectaque ratione utantur; ergo si omnes sunt testes, aut fere omnes alicuius veritatis historicae vel dogmaticae, ipsum satis clare pro tali absque dubitatione habenda est. Nunc singillatim arguunt contra singula veritatum criteria Pyrrhonici, errorem suum probaturi.

# Sectio Tertia
## Momenta Scepticorum Essenium Soluta
### Paragraphus Primus
### Momenta Contra Primum Criterium.

20 Opponeș. Si daretur idea metaphysicé clara, seu evidentia metaphysica in nostris cognitionibus, daretur etiam ista: Quæ sunt eadem uni 3tio, sunt eadem inter se, sed hæc non est idea metaphysicé clara; est enim principium falsum in Trinitatis Misterio, falsum in homine ex n°. 133 Considerationis addite 1 parti Disputationis 1. principium autem falsum non est idea metaphysicé clara etc; ergo hæc idea: Quæ sunt eadem uni 3tio sunt etc non est metaphysicé clara. Hinc: ergo neque est idea mathematicé clara geometricum illud: Quæ sunt æqualia uni 3tio sunt æqualia inter se (cui tota nititur Geometria) ex paritate rationis ut aiunt alij Sceptici.

Verum non negata Geometriæ evidentia, licet infinita sint, quæ adhuc ignorantur in Geometria, quid tum? Hæc scientia nullius est momenti cum ignorantur cetera, nam vera scientia est scire causas, universæ essentiam, et finem rerum etc quæ adhuc in Democriti puteo latent. Quare Salomon postquam Ecclesiastis 1 proposuit in animo suo quærere, et investigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole, subdit: hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, ut occuparentur in ea. Inde capite 8. reddit hanc rationem: Intellexi quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum quæ fiunt sub sole, et quanto plus laboraverit ad quærendum tanto minus inveniat etiamsi dixerit Sapiens se nosse non poterit reperire; ergo etc.

21 Confirmatur 1mo. Mentes hominum sunt breves et affectibus obnoxiæ, unde libri omnes tam de divinis quam humanis rebus agentes meras crepant controversias, non enim est sententia, cui altera non sit opposita; ergo non datur idea aliqua metaphysicé clara. Confirmatur 2do. Si daretur predicta idea clara, daretur media conscientia vel ratiocinio, sed hoc medio haberi non potest, nam conscientia, phantasia, et memoria servantur ideas miré depravant ac corrumpunt. Ratiocinium vero apertos errores, quosque confirmat. Nec iuvat recursus ad cognitionem evidentiam, quia hæc oritur a brevitate mentis, a pigritia quærendi, a populari consuetudine sic iudicandi, a reverentia Maiorum alijsque causis, unde est quod hac falaci evidentia ducti etiam gravissimi Philosophi docuerunt tot errores; ergo criterium istud veritatis naturalis non est minus lubricum, ac sit spiritus privatus Novatorum in interpretandis Oraculis sacris.

Confirmatur 3tio. Solent paralogizantes sæpe credere se demonstrare, ergo potest demonstrans sæpe dubitare ne paralogizet; ergo demonstrans non habet ideam claram, quæ.

dubium omne repellit. Confirmatur 4to Non repugnat vitam nostram esse perpetuum somnium, ergo in hac vita non habetur idea metaphysicae clarae seu scientia metaphysica. Antecedens patet. Quis enim neget Deum posse nos perpetuo somno damnare? Probatur consequentia. Si non repugnat vitam nostram esse perpetuum somnium, non repugnat somniare Philosophum qui credit se demonstrare. Hinc in hac vita non habetur idea etc.; ergo in hac vita etc.

**C**onfirmatur ultimo ab experientia. Quidam ex obstinatione sua sibi persuadent errores tanta certitudine, quanta alii sibi persuadent evidenter vera, ergo quilibet serio dubitare semper debet an ex obstinatione, errore, aut evidentia aliquid affirmet; ergo nulla datur idea etc. Nunc

22. **R**espondeo ad obiectionem concessa maiori loquendo de identitate reali adaequata et pura, ut patet ex n.° 131 citatis ponderationibus; maior vero loquendo de identitate formali aut reali mixta distinctione reali, vel obiectiva intrinseca ex dictis citato n.° 133. Qui duo numeri sedulo relegantur negando mi: cum sua implicita probatione, quae non ostendit falsitatem, sed abusum principii illius, quod si solide Metaphysices ope evidenter Baylius non blateraret in suo Dictionario Articulo pirro, illud falsificari a fide Trinitatis. Hinc nego consequentiam deductam circa Geometricum Principium: Quae sunt aequalia etc. ex citato n.° 133

**A**d additum vero quorundam Scepticorum dico, quod ex non negata Geometriis evidentia sequitur pirronismi ruina, nam inter nos et scepticos non disputatur an maximam rerum partem, an plerasque an plurima, sed an omnia penitus ignoremus omni scientiae genere. Quare si vel unam rem a nobis sciri aliquo scientiae genere concedunt Scepticis nequeunt amplius contra nos recte concludere. Sed solum possunt, ut faciunt, ineptire, ducti rixandi libidine, et indigna ostentatione decipiendi.

**P**raeterea si non negant Geometriis evidentiam (licet plurima adhuc ignorentur in Geometria, contra quae plurima opponit Materialista Hobesius Libro de Principiis et Ratiocinatione Geometrarum Tomo 2 Philosophicorum) si inquam non negant evidentiam principii: Quae sunt aequalia etc. cur negabunt evidentiam istorum: Quae sunt eadem etc. Impossibile est idem simul esse et non esse. Quod tibi vis fieri alteri feceris: quae ex simplici intuitione nobis pari claritate sunt ex terminis nota? Inde quaero cur sit vera scientia evidenter scire caeteras universi essentiam et finem nostrum, et cur non sit vera scientia evidenter scire praedicta et alia? An forte erit vera scientia duntaxat eorum, quae clare non cognoscimus? Denique si est vera scientia scire causas universi, cur sciamus primam et unicam esse universi causam habemus veram scientiam ex adversariis ipsis, nisi dici velint insipientes iuxta illud David: Dixit insipiens in corde suo non est Deus.

23. **A**d locum Salomonis vero repono eundem Ecclesiastici 17 dicere de Deo, qui creavit hominibus scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, et mala et bona ostendit eis; ergo

ex ipso Salomone Deus scientiam dedit hominibus; ergo hanc habent. Ad 2am autem opposita verba ejusdem Salomonis adversto cum Moderno Theologo, et respondeo Salomonem non dixisse occupationem pessimam esse humana ratione scrutari creaturas; sed in creaturarum scrutatione ultimum finem occupare, quia omnia bona terrena, v.g.: divitiae, voluptates etc. sunt finita, mutationi obnoxia et spiritus afflictio; unde merito Horatius

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Ultima autem verba Salomonis non sunt contra nos, quia docet hominem nullam posse invenire rationem operum Dei, quod nos ultro concedimus, non exaggerantes finitae rationis humanae vires; ergo Gassendus, ut faveat Pyrrhonismo, abutitur loco Salomonis.

24. Ad primam confirmationem concesso antecedente nego consequentiam, quia mentis brevitas ex n° 14. opponitur quidem infinitae perfectae cognitioni rerum omnium, non autem clarae quarundam veritatum, quae menti nostrae sunt accomodatae; ergo brevitas mentis infert in nobis carentiam infinitae perfectaeque cognitionis rerum omnium, sed non carentiam clarae cognitionis quarundam veritatum. Multo minus effectus, quibus obnoxiae sunt mentes humanae, quia si homines tam diversi, tam multi in iisdem veritatibus consentiunt, tantum abest, ut effectus hunc consensum suspectum efficiant, ut imo certiores nos faciant de veritatibus illis; quomodo enim homines tot diversorum affectuum in idem consensissent, nisi eos coegisset veritatis evidentia? Verum autem est conjecturis, et suspicionibus a certa veritate recedere et dimoveri, sed non vero rem.

Sed aiunt Sceptici, quod implicita probatio ostendit non esse praedictum consensum; quidam enim dissentiunt. Nam nos non sumus solliciti de consensu insanientium; sed de solo consensu hominum utentium recta, et sana ratione. Hinc demonstratio convincit mentes sanas, et dociles, non autem furiosas, et protervas, ut patet in demonstratione existentiae divinae, quae non convincit Froneticos atheos. An dicent, multos sapientes negare demonstrabilem esse existentiam divinam? Dicant, solos insipientes hoc agi furore, ut eos mentis sanae credamus.

25. Ad eandem omissa maiori (quia habetur evidentia etiam ex simplici nobis veritatis in cognitione sufficiens ad extirpandum pyrrhonismum) nego minorem; ad implicitam probationem concedo conscientiam, phantasiam, et memoriam aliquas sensuum ideas quandoque mire depravari, ac corrumpi, non tamen semper, nec omnes, praesertim simplices externis sensibus acquisitas, ex quibus iuxta Canonem n°. 60 dissertationis antecedentis relatum recte inferimus corporum existentiam. Scepticus itaque adeat Dialecticos, qui eum docebunt argumentum ab aliquibus ad omnia, ab aliquando ad semper esse fallacias consistens ab insufficienti enumeratione, secundum a dicto secundum quid ad simpliciter. Item ratiocinium

Fallax, et inevidens errores aliquando confirmat, non tamen veri evidens, et perspicuum.

Nec sufficit, adversarium dicere evidentiam systema oriri a brevitate mentis, pigritia, populari consuetudine, Reverentia Maiorum etc: quia evidentia ex his fontibus oriens non est veritatis nota quam nos asserimus; sed talis est evidentia nata ex sana ratione et severo veritatis examine, cui etiam accedat intima pacatae conscientiae testimonium, et sensus Sapientum communis: quando enim evidentia habet haec, certo non oritur ex illis praeiudiciis, nam sibus Frenetiis dicat, Doctos omnes praeclara iudicii vi pollentes, et res accurata severitate examinantes, ex his praeiudiciis de re aliqua iudicare, eiusque evidentiam asserere. Nego itaque ultimam consequentiam et paritatem ex numeris **13** et **14**.

26 Ad 3tiam omisso ante nego consequentiam. Disparitas est, quia paralogizans illud potest, ex decipi a fallaci subiectiva evidentia quam habet. Contra cum demonstrans habeat veram formalem metaphysicam, aut mathematicam evidentiam quae repellit omnem prudentem suspicionem, rationabiliter dubitare non potest, ne demonstret, ergo etc. Ad 4tam nego primo antecedens, ut enim implicat spiritum esse corpus, ita repugnat vitam nostram totalem esse somnium. 2do omisso ante, nego consequentiam. Ad huius probationem denuo omissa maiori: nego minorem: quia licet non repugnet nos perpetuo somniare; hic et nunc tamen evidens est nos non somniare, quod sufficit ad tuendam scientiam directam, et reprimendam Scepticam audaciam. Ad ultimam omisso ante nego consequentiam, quia ex intima conscientia, et ex Sapientum consensu statim cognosci potest; unde oriatur firmitas iudicii:

27. Ad diluenda reliqua, quae possent opponi, adverto primo, nos habere scientiam tum de singularibus, tum de universalibus primo, quia licet nulla propositio universalis in materia contingente sit evidenter vera, nisi omnium singularium fiat enumeratio; talis tamen est in materia necessaria sine dicta enumeratione, nam ex simplici recta terminorum intelligentia omne totum est maius parte, quaecunque sunt eadem uni 3tio etc: 2do quia licet de singularibus non habeantur scientiae adaequatae v.g. Physica, Metaphysica etc: habentur tamen actus evidentes, peculiares, ut patet ex dictis.

Adverto 2do, scientiam practicam non esse de rebus necessariis ut patet ex Statica, Hydrostatica, Optica etc, quae imo exigunt contingentiam obiecti: ridicula enim est Scepticorum est directio tam rei necessariae quam impossibilis. Quare sola scientia speculativa est de rebus ita necessariis, ut aliter esse non possint, licet etiam ita possit esse de re singulari, et contingenti ex suppositione. Hoc tamen ut pateat.

28 Adverto 3tio, singularia esse physice contingentia, et variabilia, errata videlicet qualitates contingenter existunt, ipsa ita, ut possint non existere, et aliquando de facto non existant. atque de his ita consideratis haberi non potest scientia speculativa, nisi ex suppositione, aut physica saltem

habita ab experientia sensuum purgata a prudenti dubio, et instantia.

Sed singularia logicè et metaphysicè sunt necessaria, ac invariabilia. nam illud est logicè et metaphysicè necessarium, ac invariabile, cujus prædicata quidditativa ita illud constituunt, ut impossibile sit illud esse, et concipere ut possibile, vel ut existens, quin ea sint, et concipiantur ut possibilia, vel existentia: sed prædicata quidditativa rerum singularium ita constituunt singularia, ut impossibile sit hæc esse, et concipere possibilia, vel existentia, quin dicta prædicata sint et concipiantur ut possibilia et existentia: secus essent, et conciperentur absque essentia, quod implicat ex n.º 126. ponderationis criticæ additis I partis Dissertationis I Prodromi: ergo singularia sunt logicè et metaphysicè necessaria, ac invariabilia, ergo de singularibus ita consideratis potest haberi scientia speculativa metaphysica: ergo licet de etc. tum etc.

## Paragraphus Secundus

## Momenta Contra Secundum, Et Tertium Criterium

29 Opponunt 2do ex sensibus, supponendo ab his omnem nostram cognitionem oriri juxta illud: Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu; sed opponunt diverso modo; alii enim, ut Gassendus, colligunt errores oculi sensibus externis notatiores dicentes.

Oculus fallitur circa remum aqua demersum, quem licet sit rectus, exhibet recurvum, fallitur circa Lunam, cui affingit pallorem, et ruborem, dum nec rubra, nec pallida est. fallitur circa solem, et turrim quadratam; illum enim repræsentat mollis pedalis, dum est moles immensa; istam vero exhibet in distantia rotundam etc. Item ictericis laborantes vident omnia flava, ictericis omnia pallida, Hyposphaema habentes omnia rubra. Thrinitantes sentiunt amara quæ sunt dulcia etc. Hinc dicebat dictus fallacias nec eodem, nec alio sensu externo (quia non est potior ratio unius, quam alterius) nec phantasia (quia est alligata sensibus externis, et quia hæc sæpe illudit iisdem, ut patet in delirantibus) nec tandem ratione corrigi posse, quia nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Ita Gassendus.

30. Alii vero aliter colligunt dicentes superfluit dicere contra sensus postquam Platonici, Cartesiani, et præsertim Malebranchius Libro I de inquirenda veritate omnem sensuum fidem eleverunt. Omissis aliis. Oculi sunt veluti lentes opticæ, quibus res sæpè maiores, et sæpè minores videntur, quis ergo credet oculis repræsentantibus rerum externarum magnitudines, et distantias? ergo judicia sensuum ope facta sunt præjudicia. Externa sensus exhibent tantum externas rerum modificationes, et non interna principia, et substantias; ergo de rerum essentiis et causis corporum nihil certi sperandum a sensibus.

Denique, Arctissima est sensuum Provincia. Nam oculi sensuum omnium acutissimi ob [illegible] vires, sive in amaritudinem innumera corpora non vident: quæ vix per aliquod

milliaria distent, vident confusè. Deniq; corpuscula nimis exigua penè infinita fugiunt aciem oculorum; ergo pauca admodum sunt, quæ oculi vident: et idem dico cum proportione de alijs sensibus. Quid si his adderem errores circa motum, sonos etc. imposturas phantasiæ? an non ex his clarè patet, sensus valde pauca percipere, et hæc quoad pura externa, et non interna principia? Deniq; paucula hæc percipiunt modo fallaci, et illusorio; ergo deceptores sunt sensus. Cartesius itaq; merito concludit Meditatione I. Prudentiæ est nunquam illis plane confidere, qui nos vel semel deceperint; ergo nihil prudenter haberi pt. ut certum, si ex sensibus est derivatum.

31. **O**pponunt 3tiò ex humana auctoritate. Hæc, inquiunt, vel spectatur in ijs, quæ omnes percipere possunt sensibus, conscientia, vel raciocinio: aut in his, quæ hoc modo non omnes assequi possunt. Si primum; in his attendi debet ratio, et non auctoritas. Nam cur v. g. (aiunt Sceptici) Pitagoræ assentiri, quadratum hypotenusæ æquale esse duobus alijs, quæ fiunt ex reliquis duobus lateribus trianguli rectanguli? An quia ipse dixit? sed ero ridiculus. An quia Mathematici dicant id esse demonstratum? sed unde mihi patet Mathematicos non esse deceptos, nec me decipere voluisse? Nam potuerunt et ipsi falli, et me fallere, quia fuerunt homines mente breves, erroribus, et affectibus obnoxij; sed auctoritati dicentis, qui ob mentis brevitatem, præjudicia, et humanum affectum in omnibus fallipt. prudenter credi non debet; ergo etc.

**S**i 2dum; idest si auctoritas humana spectatur in ijs, quæ non omnes sensibus, conscientia, et raciocinio percipere possunt, tunc quærit Pyrrhonicus, vel statuimus auctoritate unius, vel paucorum, vel plurium, vel omnium? Non inquit, unius, paucorum, aut plurium, quia decipi potuerunt, et etiam volendo decipere alios, sed neq; auctoritas omnium primo, quia argumentum pessimi turba est, ipse populi consensus. 2do quia consensus omnium in una re non reperitur; nam quot capita, tot sententiæ.

**T**ertio quia hunc consensum vel attendemus in factis, vel in rebus speculativis. Si primum: alicui facto multi quidem, sed non omnes interesse potuerunt; si autem hoc factum manavit ad alios; non istorum, sed illorum tantum habenda est ratio. qui enim non interfuerunt non faciunt auctoritatem; ergo factum redit ad paucos, vel multos, et non ad omnes; sed illi decipi potuerunt. ergo etc. Si vero 2dum nulla est sententia consensu omnium approbata; nam prolixè ostendit Baylus, ne id quidem, adeo obtinuisse divinam existentiam; ergo ab auctoritate humana nullum repetitur veritatis præsidium.

32. **A**ddunt auctoritatem fundari in Scientia, et Probitate dicentis; sed illa ostendit, nos auctores compertos fuisse: ista vero, auctorem noluisse nos ex arte decipere; præterquamquod cum amor Patriæ, Sectæ, Religionis, metus, odium, spes, aliique affectus mentem humanam labefactent, quid a probitate sperandum? (hinc videtis apertam viam Scepticis seu Pyrrhonijs ad revelationem, et auctoritatem

divinam extirpandam se posse, et radicitus evellendam Religionem ex corde humano: non, impugnata auctoritate humana, aggrediuntur miracula, martyria, prophetias, traditionem, scripturas, dogmata, ut Tyssi Moderno magna pompa passim fit a Baelio, et Argentio. Et ecce, si verum dixi numeris 3, et 18 quod dum ceteris ostendunt, se humanam rationem deprimere, vires pervasis magna impietate conantur fidem elevare) tandem concludunt dicto Ciceronis libro 1 de Natura Deorum aientis: Quam bellum est velle confiteri potius nescire, quod nescias, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere. Quae cum ita sint, omnium Philosophorum, inquiunt, Prudentissimi sunt Sceptici. Ita ne?

## Paragraphus Tertius

## Solutio Relatarum Rationum.

33. Respondeo itaque ad primum contra sensus quaerendo, an Sceptici nomine sensus significent organa sensoria, ut oculi, aures etc. vel motiones in istis factas ab objectis externis, vel perceptiones dictarum motionum. Jam vero debet dici primum, tum quia id ostendit argumentum adversariorum, tum quia, cum motiones non sint a sensibus, sed ab rebus externis factae, et perceptiones motionum necessario determinentur ab ipsis motionibus, quibus correspondent, videtur, quod in his fallacia argui nullatenus possint sensus; ergo dici debet primum. quo supposito certo

Respondeo itaque ad totum illud argumentum probat unice sensus fallere nos posse circa corporum qualitates; non autem circa ipsorum existentiam, aut essentiam: nec circa existentiam, quia eam mediis sensibus tuto cognoscimus ex Canone 1 relato n.° 60 Dissertationis antecedentis. Sed nec circa essentiam eorundem, quia tum ex confessione adversariorum, tum ex Canone 2 ejusdem Dissertationis n.° 61 relato rerum corporearum essentias sensuum ope non cognoscimus.

Imo nec penitus nos possunt decipere circa corporum qualitates, quas non absolute, sed relative cognoscimus; unde licet nos possint decipere circa absolutam, non possunt tamen nos fallere circa relativam scientiam quantitatis corporum v.g. quae scientia relativa sufficit ad tuto regendam vitam, et societatem nostram; nam parum refert, me absolute aut relative cognoscere quantitatem cibi, aut potus v.g. dummodo certo sciam illam sufficere alendo corpori; quia etiam corporis quantitatem relative cognosco. Unde sic tuto discurri potest. Magnitudo, et distantia relativa est in ratione magnitudinis, et distantiae absolutae; ergo si magnitudo absoluta sufficit absolute, sufficit etiam relativa relative; ergo sensus primo nos fallere nec possunt circa corporum essentiam, nec circa eorum existentiam, nec circa scientiam relativam qualitatum; ergo non sunt illi deceptores, qui finguntur ab adversariis

34\. Hæc autem responsio conformis est Evangelio. Christus enim Lucæ 24 invitat omnes Apostolos ad palpandum, et videndum reale suum corpus: Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet. Item Joannis 20 sensuum testimonio redarguit Thomam incredulum, cumque sic invitat ad sui corporis contactum: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum et noli esse incredulus, sed fidelis. Et Joanni Evangelistæ in prima sua Epistola Canonica dicenti: Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris... et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ... quod vidimus, et testamur, et annunciamus vobis etc.

Tertio S. Augustino libro 3 contra Academicos capite 9 docenti: Verumne est quod de remo in aqua oculi vident? nam cum accedente causa ita videatur, si demerso in aqua remo rectus appareret, magis oculos meos falsæ renunciationis arguerem. Hoc de turrium motu, hoc de ceteris innumerabilibus dici potest. Ergo sensus præsertim quoad rerum existentiam non sunt fallaces; potissimum si habeant necessaria requisita ad sentiendum n.° ultimo Dissertationis antea exposita, in quo peccat inductio Gassendi, quæ ideo potest restringi in sensibus habentibus requisita necessaria ad sentiendum.

35\. Præterea dico falsa supponi ea Scepticorum argumentatio, meliusque fallacia. Primum est, quod omnis nostra cognitio maneat oriatur et pendeat a sensibus, quod est falsum, ut constat tum ex principio contradictionis, tum ex principio exclusi medii: Quidlibet est, vel non est, ergo falsum est vetus illud: Nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu. Secundum est, quod omnis nostra cognitio pendeat a sensibus quoad veritatem, quia dato etiam, quod omnis pendeant a sensibus quoad existentiam, non pendent ab illis quoad veritatem ex 5° Argumentato.

Qua ergo fronte quasi triumphans Pyrrhonicus intrudit lentes opticas, decantat avitam sensuum provinciam, et regulam illam Cartesianam concludit, dum præ manibus habet argutam tot Dialectici peccatis deformem? An ignorat lineas immediate sequentes a Cartesio scriptas? Audiat itaque, et miratur dignam se ipso panegyrim. Sensus interdum circa minuta
» quædam, et remotiora nos fallunt, pleraque tamen alia sunt, de quibus dubitari plane non potest quamvis ab
» iisdem hauriantur, ut jam me hic esse, foco assidere, hiemali toga esse indutum.... Manus vero
» has ipsas, totumque corpus meum esse, qua ratione posset negari? nisi me forte comparem nescio quibus
» insanis..... Ut constanter asseverent vel se esse Reges, cum sunt pauperrimi, vel purpura indutos
» cum sunt nudi. ...Sed amentes sunt isti. Usque nunc Cartesius. Sed jam.

36\. Respondeo ad aliud contra humanam auctoritatem. Si ita est, nec Græcos, et Græciam, nec antiquam Romam et Romanos, nec Carthaginem, et Carthaginenses fuisse credam. Cur enim id credam? an quia referunt Historici? sed non ne sunt meæ breves acceptoribus, et affectibus

obnoxii? Observent ergo et ipsi falli, et me decipere ego credam? An quia scientia et probitate sunt praediti? sed primo ostende, rem ipsis compertam fuisse. 2do vero, eos ex arte noluisse me decipere. sic itaque credam? an quia dicunt omnes? sed argumentum pessimi turba est. deinde omnes non interfuerunt etc. et sic continuando retorsionem ostendes, Scepticum nec tangere certitudinem, ac evidentiam moralem, sed tantum apparate evincere solum, nos circa veritatem historicam carere tum Physica, tum Methaphysica evidentia, si autem carentia utriusque dictae evidentiae sufficeret ad evertendam certitudinem et evidentiam moralem non essent moraliter certi Principes, Superiores, Amici, Parentes etc. Quae quis serio dicat, nisi delirat?

37. Moraliter itaque certa sunt, quae tradunt omnes, vel fere omnes Historici coetanei et oculares scientia, et probitate donati, quibus accedit Optimorum consensus ut testantur Joseph Habreus (?), et Huetius in definitione demonstrationis Evangelicae, et hinc Clericus in Arte Critica et Huetius ibidem docent: genuinos esse Sacrae Scripturae libros, quia tota antiquitas eos genuinos habuit. Consensus enim omnium hominum vox naturae est. Unde totius antiquitatis testimonium nos reddit moraliter certos.

Quare ut Sceptici nos ab hac persuasione removeant robusta debent argumenta proferre et non levitate suspicionum generalium efficere. Huiusmodi enim pueros removent a veritate, non viros. Maiores nostri demonstrationum, et miraculorum momentis debellarunt gentilismum. Hoc rationum pondere evertitur publica persuasio, et non levitate suspicionum, nec consensus hominum desinit esse communis, ex quo refractarius malitiosus aut stupidus, vel pauci huius furfuris refragantur. An quia phanaticus Idealista negat corpora existere, officit communi sensui hominum certo habentium corporum existentiam? Nunc (?).

38. Respondeo ad argumentum, et primo quoad primam partem dico, quod in iis, quae omnes sensibus, conscientia aut ratiocinio percipere possunt, non debet attendi sola auctoritas, sed haec, et ratio simul. Nec obest brevitas mentis affectibus, et erroribus obnoxiae ex n° 21. Nego itaque ultimam minorem, quia, quod auctoritati dicentium, licet fallibilium, accedit Optimorum consensus, imprudenter ac temere solum negatur consensus, et fides. Ad 2dam vero partem dico, standum esse auctoritati Historicorum ocularium, et coaevorum, quibus accedit sensus Doctorum communis, in iis videlicet quae non omnes assequi possunt sensibus, conscientia, et ratiocinio. Nec obest illud Turba est argumentum pessimi, quia turba est populus effrenis, et non sensus communis Sapientum. 2do quia ex n° 21 citato non sumus solliciti de sentientium (?), aut stupidorum consensu, unde nego, non haberi in una re consensum omnium, aut quasi omnium recta et sana ratione utentium.

Tertio ad dilemma dico et in facto, et in dogmate haberi laudatum consensum: in facto, quia, licet omnes Docti facto interesse physice non possint, possunt tamen intentionaliter

seu moraliter, quatenus examinando factum, circumstantias locorum, temporum, personarum et documenta, et alia, et non inveniendo motiva negandi aut dubitandi a prudentia coguntur factum iudicare verum. In dogmate etiam, quia soli insipientes dicunt non est Deus, sicuti soli furentes negare possunt principium contradictionis, et similia, sola intuitione nota ex terminis. Hinc patet Baelis imprudentia.

39. Denique additum probat vivice praedictos Historicos Coevos et Occulatos decipi, ac decipere potuisse; sed non actu esse deceptos et actu decipere; unde enim id colligit Scepticus paralogizans a potentia ad actum? an ex suspicionibus ab relatis recurrit ad potentiam? sed nos ne prudentia nostra abutatur remittimus illum ad Dialecticos. Erubescat itaque, ac obmutescat, denudata sceptica petulantia, et a vobis auribus Pyrrhonicus utilior audiat M. Augustinum Libro 19 de Civitate Dei Capite 18. Antiquos Academicos ita arguentem. Omnino Civitas Dei talem dubitationem tamquam dementiam detestatur, habens de rebus, quas mente ac ratione comprehendit, etiamsi parvam propter corpus corruptibile, quod aggravat animam, quoniam dicit Apostolus ex parte scimus, tamen certissimam scientiam creditis sensibus in rei cuiusque evidentia, quoniam miserabiliter fallitur, qui nunquam putat eis esse credendum. Hactenus S. Doctor.

Quae cum ita sint an non Pyrrhonici sunt omnium Philosophorum petulantissimi. Concludat ergo Doctissimus Cardinalis Palavicinus rem hanc, ac Scepticum aliosque moneat aurea illa sententia, qua Libro 15, Capite 7 Historiae Concilii Tridentini docet. Le Dottrine poco sane in materia di Fede somigliano le Febri etiche le quali nel principio non per altro sono pericolose che per non esser conosciute pericolose. Haec sententia vere aurea, et digna tanto Cardinale.

## Paragraphus Quartus. A

## Corolaria

## Primum.

40. Pura auctoritate humana etiam probantur fuisse vera miracula ab Hebraeorum Prophetis, Christo, et Apostolis facta, quia ipsa tota antiquitas vel testis occulatus ad nos ea demandavit ab hominum imposturis defaecata. Vera autem miracula ex veritate doctrinae veritas doctrinae ex lumine rationis et ex veritate tum doctrinae, tum miraculorum probatur divina Revelatio. An dicent Corolarii Obiciens? Miracula esse opera Daemonum; sed quaero, Daemonum ne, an malorum? Si primum. ergo nequiverunt imposturare, quia boni sunt, ergo perinde est a Deo, ac ab illis Deo iubente facta esse. Idem dici non potest, quia edita sunt contra Daemonum doctrinam ad dissipandum Regnum Tenebrarum.

Miraculum autem non est opus cuius nos non tam facile causam et rationem pervidemus (ut impius Spinoza in Tractatu Theologico Politico Capite 6 corrupit ideam miraculi

siculi ex nº 12 prodidit illam Prophetiae vel sensibilis quaedam operatio captum spectatoris transcendens, cujus opinione cum quae non contraria qua pro divina habetur (ut ait supradictus Lochius) in Discursu Posthumo de Miraculis Spinozae exacte secutus). Miraculum itaque est opus superans totius non creaturae vires, seu Wolffii phrasi Opus cujus ratio sufficiens in essentia, et natura rerum creatarum non continetur, uti corpora penetrare, resuscitare Mortuos, illuminare Caecos etc. Item ex eodem Antiquitatis consensu probatur genuinitas Librorum Sacrae Scripturae, Prophetiae etc.

## Secundum

41. **M**edia via philosophari oportet incedendo tum ab immoderatis Dogmaticis, qui obliti humanae infirmitatis ita mentis vires exagerant, ut temere dicant se omnia scire, scibilique omnia certa esse; tum ab impugnatis Scepticis, qui nimis ingrati beneficio naturae veritatem meridiana luce clariorem impudenter negant asserentes omnia esse dubia, et incerta. An huc intrudet aliquis Dubitationem Cartesii fingentis falsa, quae sunt evidenter vera? cum certe ejusdem maliciei genius summe potentis et callidus, cujus tota industria in eo posita est, ut nos decipiat etiam in iis, quae nobis apparent evidenter vera? vel dicat nos ignorare an Deus nos tales fecerit ut semper fallamur etiam in iis, quae nobis videntur clarissimae veritatis.

**S**ed primum, ipse fingere falsa evidenter vera est desipere, et non philosophari; nam vel ita fingendo serio agimus, vel non? Si primum; ergo omnia penitus judicamus falsa. Quomodo ergo veritatem inveniemus, si ex falso sequitur falsum? Secundum; quid prodest fictio quam vanam agnoscimus? Item adeo est fabulosum, Poetis potius, quam Philosopho dignum. ad quid enim fingemus hujusmodi fabulas, ipse Cartesii genios. Denique, genium debet esse certo falsum; ut enim a Deo summo bono produci non possunt voluntates intrinsece ad malum seu peccatum determinatae, quia Deus sic esset Auctor peccati; ita a Deo summo vero produci non possunt intellectus intrinsece determinati ad falsum, quia sic Deus esset causa erroris, et falsitatis; nam sicuti Divina Sanctitas summe opponitur peccato, ita falso Divina Veracitas ergo certi sumus Deum nos tales non fecisse ut semper fallamur. Merito itaque Huetius inquit hoc Cartesii argumentum esse auribus Christianis inauditum, et alius Modernus vocat Temerarium, et invalidas, et meditatas Cartesii rationes.

## Tertium

42. **H**umana scientia arctis limitibus inclusa, quam defendimus, veluti consepulta non reviviscit per Platonicam Reminiscentiam. Hoc enim falso supponit primo animas rationales conditas esse longe ante corporum generationem. Falso supponit secundo earum transmigrationem de corpore

in corpus. Falso supponit Plato, ideas spiritibus illis in creatione fuisse ingenitas, quae, dum animae in corpora tanquam carcerem truduntur, perturbantur, ex quarum idearum perturbatione iuxta Platonem oritur ignorantia, quae postea depellitur ideis advenientiis, dum istarum ope excitantur, pristinoque ordini restituuntur ideae innatae, sicque dicitur reviviscere scientia per reminiscentiam Platonicam. Sed cum tria dicta supposita sint falsa, scientia opere, labore et studio nostro comparatur a nobis, ut ostendit etiam experientia. Quod quidem rei alicuius reminiscimur, nos illam praenovisse recordamur, sed quod postea discimus, nihil eorum nos praenovisse recordamur, ergo omnia discimus nova et non per Platonicam Reminiscentiam.

Nec obest Adolescentem praeclari ingenii interrogatum de primis veritatibus recte respondere, et nos desiderare scientias antequam illas ediscamus. Non primum; quia sicut obiecta sibi proportionata licet non antea inspecta, immediate videt oculus, (idipsum dico de auribus aliisque sensibus) ita mens humana primo veritates ex terminis notas, licet non antea cognitas immediate cognoscit. Sed nec secundum; nam scientias ita desideramus, quia eas a Maioribus nostris, et Viris sapientibus laudare audivimus, non autem ob falsam praeviam cognitionem, quam somniat Plato. Quare voluntas nostra desiderio suo non fertur in incognitum contra illud: Ignoti nulla cupido.

## Quartum.

43. Scientia discriminatur ab intelligentia, sapientia, prudentia, et arte. Nam intelligentia est notitia primorum principiorum, et axiomatum communium. Sapientia est rerum universalium, et praestantissimarum scientia habita ex principiis universalissimis, (aut iuxta Veteres) est rerum divinarum et humanarum, causarumque quibus hae res continentur scientia, (vel ut placet Modernis) est animi dispositio ad recte sentiendum de rebus et recte agendum in vita. Prudentia est recta ratio agendorum, seu virtus docens, quid in particulari agendum sit in ordine ad ultimum finem. In Logica tamen dicitur esse habitus cum vera ratione activus, sicut ars dicitur habitus cum vera ratione factivus, ubi licet activus significat actus virtutis moralis perfecte operantem; factivus vero significat perfectionem physicam operis arte facti. Hic autem omnia ista intelligentia, sapientia, scientia, prudentia, et ars dicuntur in genere esse virtutes intellectuales, quae in scholis definiuntur habitus infallibiliter inclinantes ad verum, et virtus moralis inclinat ad bonum. Error autem habitualis dicitur esse habitus inclinans ad falsum, ut malus habitus voluntatis inclinat ad malum in genere moris. Sed de his abunde diximus.

# Caput Secundum.
## Absolvuntur Alia Discursus Controversa
## Sectio Prima
## Solutio Primi Controversi
### Paragraphus Primus
### Status Questionis, et Conclusio.

44 Status questionis presentis est, an et quomodo intellectus iudicans duabus legitimis premissis evidentibus necessitetur iudicare conclusionem. Ut autem id pateat, adverto necessitatem potentiæ in genere esse determinationem potentiæ ad unum; sicut eius oppositam libertatem in genere esse carentiam determinationis potentiæ ad unum. Dicta necessitas alia est contradictionis seu exercitii, et alia contrarietatis, seu specificationis. Prima est determinatio potentiæ ad unum ex contradictoriis, ita ut potentia debeat erumpere in actuale exercitium extremi, ad quod est determinata, etc. ita necessitantur in Patria Beati ad actualem amorem Summi Boni, impotentes illud odisse, vel eius amorem suspendere. Contra libertas contradictionis est carentia determinationis potentiæ ad unum ex contradictoriis. Necessitas vero contrarietatis est determinatio potentiæ ad unum ex contrariis, ita ut potentia specifice determinata possit quidem non agere, sed ex suppositione quod agere vellet, debeat agere illud specificum extremum ad quod est determinata non autem oppositum; et sic humana voluntas est determinata circa primum bonum finitum, quod potest nec amare nec odisse at ex suppositione, quod circa illud agere vellet, debet amare, non enim potest odisse. Contra libertas contrarietatis est carentia determinationis potentiæ ad unum ex contrariis, ipse potentiæ indifferens ad extrema contraria. His premissis sit

### Conclusio.

45. Intellectus iudicans duabus legitimis evidentibus premissis debet iudicare conclusionem, unde ab illis ad istam necessitatur necessitate contradictionis. Est communis Scholasticorum contra paucos.

### Fundamentum

Quælibet causa necessaria in actu primo proximo completo ad agendum constituta necessario debet agere (hæc maior est certa ex inductione omnis causæ necessariæ proxime expeditæ ad operandum v.g. solis ad illuminandum, ignis ad calefaciendum, oculi ad videndum etc.) sed intellectus est causa, seu potentia necessaria, et iudicans duabus legitimis evidentibus premissis est in actu primo proximo completo ad iudicandam conclusionem constitutus, ergo debet necessario iudicare conclusionem; ergo nequit suspendere conclusionis exercitium, ergo ad hanc necessitatur necessitate contradictionis. Sola minor eget probatione

quoad 2dam partem. 1ma enim supponitur certa ex communi Metaphysicorum. Probatur itaque 2da pars minoris.

Si intellectus iudicans dictas etc. non esset in actu primo proximo completo ad iudicandam conclusionem constitutus, vel ideo esset, quia hanc in praemissis non apprehenderet, vel quia clare non videret connexionem praemissarum evidentium cum conclusione, vel quia posset se exercere circa conclusionem, apprehensione, cuiusque assensu implicito, sed primae duae causae sunt falsae, et 3tia nulla est; ergo iudicans etc. intellectus est in actu primo proximo etc. Probatur minor per partes.

46. Falsa est prima, quia cum ex omnium consensu praemissae sint causa conclusionis, illae praecontinent conclusionem; ergo in illis iudicans intellectus apprehendit conclusionem. Falsa 2da, quia in praemissis evidentibus clare iudicans v.g. identitatem seu aequalitatem extremorum cum 3tio, sed clara identitas aut aequalitas extremorum cum 3tio sunt clara connexio identitatis aut aequalitatis extremorum inter se, quae est ipsa conclusio; ergo iudicando praemissas clare videt connexionem praemissarum cum etc. 3tia denique nulla est, quia licet sol v.g. circa aerem, et ignis circa lignum aridum possint se exercere duplici actione, calore primo, et illuminatione 2do, in actu primo proximo completo consistit ad utramque necessitantur, ergo a pari. Antecedens verum insuper intellectus iudicans dictis praemissis non est in actu primo proximo etc. ad apprehensionem aut implicitum conclusionis assensum iam datum iudicando praemissas, sed est in actu primo proximo completo ad expressum formale iudicium conclusionis; ergo necessitatur formaliter expresse iudicare conclusionem; ergo etc.

## Paragraphus Secundus

## Solutio Obiectionum.

47. Opponunt plura adversarii, quorum primum est. Ad actum positum proximum intellectus, (idest ut intellectus habeat omnia requisita necessaria ad iudicium conclusionis) requiritur etiam imperium voluntatis, quia subest ipsius imperio, ergo iudicans evidentibus praemissis a voluntatis imperio suspendi poterit iudicium, seu assensus conclusionis, sicuti iudicans evidentibus credibilitatis motivis ab imperio voluntatis suspendi potest iudicium Fidei Theologicae. 2dum est. Iudicans praemissis probabilibus intellectus non necessitatur iudicare conclusionem probabilem; ergo a pari. Probatur primo antecedens. Veritas conclusionis probabilis est obscura etiam iudicans praemissis probabilibus; sed intellectus non necessitatur iudicare veritatem obscuram; ergo iudicans praemissis probabilibus non necessitatur iudicare conclusionem probabilem. Probatur 2do etiam consequentia paritatis. Non minus conclusio probabilis evidenter sequitur ex praemissis probabilibus, quam evidens ex evidentibus; sed ex probabilibus ab illis non necessitatur ad conclusionem probabilem; ergo ab istis etc.

Tertium est. Ab assensu unius contradictorii evidenter veri necessitatur

intellectus ad dissensum oppositi evidenter falsi. ab assensu aequivalentis, aut conversae non necessitatur ad assensum convertentis, vel alterius aequivalentis propositionis; ergo ab assensu praemissarum evidentium etc. Ultimum solum bonum infinitum intuitive cognitum rapit voluntatem ad amorem sui; ergo solum verum infinitum intuitive cognitum rapit intellectum ad assensum sui. Nunc

48. Respondeo ad primum negando antecedens, et distinguendo implicitam ejus probationem intellectus directe, vel indirecte subest voluntatis imperio concedo: semper immediate et directe subest etc. nego implicitam probationem. Intellectum directe, seu immediate subesse voluntatis imperio est ita subesse, ut voluntas pro libitu suo possit imperare et impedire intellectus assensum. E contra intellectum mediate et indirecte solum subesse voluntatis imperio est ita subesse ut voluntas tantum possit intellectum distrahere et impedire, ne cogitet determinatum objectum avocando illud ad alterius objecti cogitationem.

Jam vero quando intellectus versatur circa objectum obscure propositum, directe subest voluntatis imperio, quia pro libitu suo potest voluntas in casu imperare et impedire assensum intellectus praestandum objecto obscure proposito, cum intellectus non rapiatur ad assensum objecti, quod potest esse falsum, quale est objectum obscure propositum. E contra quando versatur circa objectum clare propositum, indirecte solum subest voluntatis imperio, quia haec in casu non potest impedire intellectus assensum, quia intellectus indole sua immediate rapitur ad assensum veritatis evidentis, ut oculus ad visionem objecti illuminati, sed in judicatis praemissis evidentibus, intellectus versatur circa objectum conclusionis clare propositum; ergo immediate rapitur etc.; ergo etc.

49. Hinc nego consequentiam et concedo implicitam probationem adductam in paritatem disparitas autem est, quia evidentia credibilitatis motiva clare non proponunt veritatem divinitus revelatam, sed solam credibilitatem talis veritatis extrinsecam, et ideo ad actum Fidei Theologicae requiritur adhuc pia affectio voluntatis moventis intellectum ad assensum revelatae veritatis obscurae. E contra praemissae evidentes judicatae clare ostendunt veritatem conclusionis, ergo intellectus in casu non eget motione voluntatis ad judicium conclusionis. ergo licet judicatis evidentibus credibilitatis motivis a voluntatis imperio suspendi possit judicium Fidei, tamen judicatis etc. suspendi non potest judicium conclusionis evidentis.

Ad 2dum ant. concesso anti. nego consequentiam evidentiae more tradita rationis. Ad probationem vero negatae consequentiae nego ma: quia conclusio praemissarum evidentium evidenter sequitur ex illis tum ut consequens tum ut consequentia. E contra conclusio probabilis solum evidenter sequitur ex praemissis probabilibus ut consequentia est, quia est propositio legitime ex illis deducta, non autem

ut constat est, quia non sequitur ut propositio evidenter conformis obiecto, unde eadem conclusio esse potest evidens evidentia consequentiae, et obscura obscuritate consequentis.

50. Ad 3tium concesso anteced. quoad primum membrum nego consequentiam. Disparitas est, quia intellectus in contradictorio evidenter vero iam iudicato non apprehendit propositionem evidenter falsam. Econtra in praemissis evidentibus iudicatis ex fundamento apprehendit claram veritatem conclusionis. ergo licet etc., tunc etc. Circa alia duo membra vero antecedentis quaero ab Adversario, an iudicatis aequivalente, et conversa ipse reponat intellectum proxime expeditum ad iudicium alterius aequivalentis, et convertentis, vel non? Si primum: tunc nego antecedens, et paritas favet nobis. Si 2dum omisso anteced. nego consequentiam, et disparitas est responsum adversarii.

Ad ultimum concesso anteced. nego consequentiam ob duas disparitates. Prima petitur ab obiectis potentiarum quia bonum cum patiatur incrementum, et decrementum ex quo non est infinitum, apparet malo mixtum; at ex quo non est intuitive propositum non apparet sub omni ratione boni. verum econtra cum nequeat esse maius, et minus, verum, inquam, etiam creatum etiam finitum, non apparet sub ratione falsi, aut falsitate mixtum. 2da desumitur ex ipsis potentiis; voluntas enim est potentia formaliter libera quando rapit solum bonum infinitum intuitive cognitum; intellectus econtra est potentia formaliter necessaria quando ad assensum rapit omne verum evidenter cognitum. ergo nulla ex paritas.

51. Ubi ad solvenda reliqua moneo primo praedictam intellectus necessitatem non oriri a veritate radicali intellectus, non ab evidenti veritate praemissarum, non a clara istarum conexione cum veritate conclusionis seorsim sumptis; sicut necessitas urendi in igne non oritur a virtute combustiva, non ab approximatione, non a materia recte disposita seorsim sumptis; ergo sicut haec tria simul sumpta duntaxat necessitant ignem comburere; ita illa tria solum simul sumpta necessitant intellectum iudicare. Argumentum autem a sensu distributivo ad collectivum ex Dialectica non concludit primo in forma, sed neque in casu concludit ratione materiae, ut ostendit paritas adducta. Moneo 2do, facta hypothesi, quod minor sit ultimus actus intellectus; sicut supposita Revelatione sequentium praemissarum Quod Deus revelat est verum; sed Deus revelat trinitatem non esse in intellecto auctoritate quaestionis, quia intellectus deficit virtutis activae et divini concursus neque ex voluntatis imperio posse iudicare conclusionem, unde ex his nihil colligi potest.

Tertio, de ratione habitus scientifici est quod eadem adveniat intellectui 2dum se indeterminato, ut est intellectus humanus; non autem simpliciter indeterminato, ita ut intellectus a solo habitu scientifico determinari possit ad conclusionem. Praeterquamquod habitus

scientificus nedum determinat ad conclusionem, sed etiam ad praemissas. Ex his autem quae dixi evidenter sequitur intellectum a iudicatis praemissis evidentibus a fortiori necessitari quoad assensum ad conclusionem quia conclusio contradictoria conclusioni evidenti est evidenter falsa, et intellectus nequit assentiri evidenter falso.

## Sectio Secunda
## Solvuntur Alia Duo Controversa
### Paragraphus Primus
### Necessaria et Conclusiones.

52 Disputatur hic ulterius primo ad melius penetrandam vim syllogismi, an intellectus firmius adhaereat obiecto praemissarum quam conclusionis. 2do an intellectus reflectat supra praemissas.

Circa primam status quaestionis unice est, an mens quando syllogizat v.g. sic: *Omnis homo est mortalis, sed omnis Rex est homo, ergo omnis Rex est mortalis*; an inquam mens firmius assentiatur obiectivae veritati praemissarum quam conclusionis. Circa 2dam vero status quaestionis est, an conclusio reflectat supra praemissas hoc sensu, quod conclusio formaliter expresse intrinsece attingat obiectum praemissarum, seu praemissas *ut quod* ita, ut obiectum praemissarum sit formale intrinsecum obiectum conclusionis. Conclusio autem dicitur intrinsece attingere obiectum praemissarum, seu praemissas *ut quod*, quando conclusio formaliter exprimit praemissas eas repetendo sub propositione causali sic: *Omnis homo est mortalis; sed omnis Rex est homo, ergo omnis Rex est mortalis quia omnis homo est mortalis et omnis Rex est homo*, aut sic quia verae sunt praemissae: *Omnis homo est mortalis; sed omnis Rex est homo.*

53 Ubi ad intelligentiam terminorum adverto primo, quod si conclusioni concedatur dicta specialis reflexio, seu formalis expressio praemissarum conclusio dicitur attingere praemissas ut motivum intrinsecum, et physice pure movens intellectum ad conclusionem, quia in casu praemissae nedum movent intellectum ad conclusionem, sed etiam formaliter exprimuntur a conclusione. Si autem negetur ea conclusionis reflexio, et concedatur sola cognitio connexionis praemissarum cum conclusione, tunc conclusio dicitur attingere praemissas ut motivum extrinsecum, et pure movens intellectum ad conclusionem, quatenus conclusio formaliter non exhibet praemissas.

Secundo, motivum conclusionis tam intrinsecum quam extrinsecum vocatur obiectum formale conclusionis. In phrasi enim scholastica obiectum formale conclusionis est quod ut cognitum movet intellectum ad conclusionem. Denique obiectum istud formale dicitur *motivum intrinsecum*, et attingi *ut quod*, quando clare exprimitur a conclusione, e contra dicitur *motivum extrinsecum* pure movens, et attingi solum *ut quo*, quando expresse non repraesentatur a conclusione quia in casu

duntaxat est id, quo medio ac movente attingitur obiectum conclusionis. Nunc sit.

## Conclusio Prima.

54. Intellectus syllogizans non semper firmius assentitur obiectivae veritati praemissarum quam conclusionis. Ad hoc autem probandum, praemitto duos sequentes syllogismos: Omne risibile est homo, sed Christus est risibilis; ergo Christus est homo. 2do verum asserunt Viri Sapientes est verum; sed Viri Sapientes asserunt verum Axioma. Totum est maius parte; ergo est verum axioma Totum est maius parte. His praemissis argumentor sic.

Si intellectus syllogizans semper firmius assentiretur obiectivae praemissarum veritati quam conclusionis, hic firmior assensus, seu maior adhaesio intellectus vel oriretur ab imperio voluntatis, vel a maiori claritate obiectivae veritatis praemissarum quam conclusionis; sed utrumque est falsum; ergo intellectus syllogizans non semper firmius etc. Probatur minor quoad primam partem. Nulla voluntas catholica imperabit menti fideli ut firmius assentiatur veritati quae non est saltem expresse de Fide, quam veritati clare revelatae, et expresse de Fide; sed praemissae primi syllogismi non sunt veritates saltem expresse de Fide seu clare revelatae, dum conclusio est clare revelata, et expresse de Fide, ergo a nulla voluntate catholica imperabitur menti fideli ut firmius assentiatur veritati praemissarum omne risibile etc quam veritati conclusionis Christus est homo; ergo hic firmior assensus non semper oritur ab imperio voluntatis. Nunc

Probatur eadem minor quoad 2dam partem. Si firmior assensus veritatis praemissarum quam conclusionis semper oriretur a maiori claritate veritatis praemissarum quam conclusionis, veritas praemissarum semper esset clarior veritate conclusionis; sed hoc est certo falsum in 2do syllogismo, cuius praemissae sunt moraliter duntaxat evidentes, dum conclusio est metaphysice evidens, adeoque certo clarior; ergo firmior assensus veritati praemissarum quam conclusionis non semper oritur a maiori claritate veritatis praemissarum quam conclusionis; ergo vera est minor primi syllogismi quoad utramque partem. ergo etc. Dixi tamen in Thesi non semper, quia saepe accidit mentem firmius adhaerere praemissis quam conclusioni; saepius enim praemissae sunt clariores conclusione; unde discursus dici solet progressus a noto ad ignotum vel a magis noto ad minus notum.

## Secunda.

55. Conclusio necessario non reflectit supra praemissarum obiectum.

Fundamentum est primo superfluitas dictae reflexionis super obiectis praemissarum: non enim apparet ratio cur fieri debeat praedicta reflexio. 2do est experientia qua constat nos regulariter syllogizare absque tali reflexione: 3tio est argumentum indirectum. Ideo conclusio necessario reflecteret supra praemissas, seu attingeret obiectum praemissarum ut quod et tamquam motivum intrinsecum quia

saepe obiectum praemissarum realiter identificatur cum obiecto conclusionis, sed haec ratio nulla est; ergo conclusio necessario non reflectit etc. Probatur minor: licet obiectum conclusionis realiter identificetur cum obiecto praemissarum, tamen praemissae non reflectunt super conclusionem, id est non attingunt ut sic conclusionis obiectum; ergo licet obiectum praemissarum realiter identificetur cum obiecto conclusionis, tamen conclusio non etc. Dixi tamen in conclusione necessario non reflectit, quia licet superfluat haec specialis reflexio, cum tamen nec repugnantiam involvat nec absurdum inducat, saepe dari potest et aliquando datur, esto non sit necessaria.

## Paragraphus Secundus.
## Solutio Obiectionum.

56. Oppones primo contra primam: Obiectum praemissarum est evidentius obiecto conclusionis; discursus enim est progressus mentalis a noto ad ignotum, aut magis noto ad minus notum; ergo intellectus semper firmius adhaeret obiecto praemissarum quam conclusionis. Confirmatur: Propter quod unumquodque tale et illud magis; sed propter praemissas certum et evidens est obiectum conclusionis; ergo certius et evidentius est obiectum praemissarum; ergo huic intellectus semper firmius adhaeret quam obiecto conclusionis. Accedit illud Dialecticorum: conclusio sequitur debiliorem partem; ergo certior conclusione semper est saltem una praemissarum; ergo huic saltem intellectus semper firmius adhaeret, ergo etc.

Respondeo negando antecedens ex puncto conclusionis, ex quo nego etiam implicitam probationem si eam afferat adversarius ut definitionem discursus; nam aliquando discursus est progressus ab aeque noto et aliquando etiam a minus noto ad minus notum, ut patet ex citato puncto, licet regulariter sit progressus a noto ad ignotum aut magis noto ad minus notum. Ad confirmationem data maiore retorqueo argumentum subsumendo: sed propter Patrem aeternum Filius est Deus; sed propter gratiam sanctificantem homo est amicus Dei etc.; ergo Pater aeternus est magis Deus quam Filius; ergo gratia sanctificans est magis amica Dei quam homo etc. Universim itaque prolatum illud axioma est falsum in omni genere causae.

57. Nam est falsum primo in genere causae efficientis physicae, efficientis moralis, causae remotae et quasi indirectae, causae formalis intrinsecae et extrinsecae, causae materialis et causae finalis. Nam Deus est causa Petri, quin sit magis homo quam Petrus. Magister est causa moralis doctrinae discipuli, quin semper sit doctior isto. Vinum est causa remota ebrietatis hominis, quin sit magis ebrium homine; gratia est causa formalis intrinseca amicitiae divinae cum Deo, quin sit magis amica Dei quam homo; visio est causa formalis intrinseca ob quam corpus est visum, quin sit visa; materia est causa materialis formae substantialis absolute corruptibilis ex natura [illegible], quin materia sit corruptibilis; Deus est causa finalis rerum omnium, nam universa propter semetipsum operatus est, adeoque vult omnia, quin

velit se ipsum. Ridicula enim est consultatio et volitio rei simpliciter necessariæ ut est Deus. Quid ergo mirum quod sit falsum etiam in cāā logica, seu intellectualiter motiva, quatenus premissæ determinant intellectum ad conclusionem specificative certiorem se ipsis?

58. Itaq ad prolequij veritatem quinq conditiones sunt necessariæ. prima est ut cāā sit capax perfectionis seu talitatis cuius capax est effectus quia quod est incapax positivi, a fortiori est incapax comparativi. 2da est ut ea perfectio patiatur magis et minus, quia si consistit in indivisibili ex terminis nequit ēē maior in cāā quam in effectu. 3tia est ut ea perfectio unicè tribuatur effectui ab ea cāā, quia si perfectio oritur ab alia cāā distincta, dicta perfectio non debet ēē maior in cāā, a qua non oritur quam in effectu, ut patet in amore supernāāli qui oritur etiam ab humana voluntate, quæ non est magis supernāālis dicto amore, imo nec supernāālis. 4ta ut non sit sermo de cāā libera quia cum cāā libera sit ne dum circa substantiam, sed etiam circa modum effectus viz amoris potest velle, aut nolle amare, item amare A propter B, attamen magis amare A quam B. Addit Recentior 5tam, nempe ut ea talitas idest perfectio per se primo conveniat cāā, quia si huic conveniat per accidens potenit ēē maior in effectu quam in cāā. His itaq habitis prolequium est verum. In casu autem objectionis non habetur 3tia conditio quia certitudo conclusionis specificative sumptæ non oritur a premissis, sed aliunde, ergo etc.

59. Ad illud autem Dialecticorum respondeo dicta n.° 38 2dæ partis Dialecticæ, nempe conclusionem reduplicative sumptam sequi partem debiliorem quoad falsitatem, improbabilitatem, impossibilitatem, incertitudinem, inevidentiam et contingentiam, non autem specificative sumptam, sicuti neq reduplicative sumptam sequi partem debiliorem quoad supernāālitatem, perfectiones ex obiecto aut principio influente quantitatem, qualitatem et modalitatem. Ratio primæ partis est quia unicum fundum seu ratio veritatis, probabilitatis, possibilitatis, certitudinis, evidentiæ et necessitatis conclusionis reduplicativè ut veræ probabilis possibilis, certæ, evidentis, et necessariæ unicum inquam fundum est simultas veritatis probabilitatis etc premissarum. sed dato una premissa est falsa, improbabilis etc ex terminis non est simultas veritatis probabilitatis etc premissarum; ergo in casu conclusio reduplicativè talis, idest ut nata, et ut effectus talium premissarum non est vera probabilis etc; ergo falsa etc.

Hinc conclusio omnis hōō est aāl rāāle licet specificativè sit vera, tamen reduplicativè ut nata et cognita tantum ob istas premissas omnis lapis est aāl rāāle; sed omnis hōō est lapis est falsa quia nemo dat quod non habet. Hinc si aliqua conclusio oriatur ex unica premissa, nil sequitur contra nos loquentes de conclusione ut illata ex utraq premissa tanquam propositione copulativa.

60. **R**atio 2dæ partis est, quia Junctim veritatis, probabilitatis, possibilitatis, certitudinis, evidentiæ, ac necessitatis conclusionis specificativè sumptæ non est simultas veritatis etc. præmissarum, ut patet ex conclusionibus duplicis sequentis syllogismi: omnis leo est aïal rationale sed omnis homo est leo, ergo omnis homo est aïal rationale. Si Petrus existit, omnis Divina Perfectio existit; sed Petrus existit, ergo omnis Divina perfectio existit. Nam conclusio primi specificativè sumpta est vera, certa etc. dum præmissæ sunt falsæ, impossibiles etc; conclusio autem 2di est universalis necessario vera absoluta etc. dum una præmissarum est singularis contingens, et alia condicionalis; ergo conclusio specificativè sumpta non sequitur partem debiliorem etc. quia conclusio ita sumpta habet aliud proprium veritatis Junctim.

**R**atio 3tiæ partis est, quia conclusio etiam reduplicativè sumpta potest esse supernaturalis, quin talis sit una præmissarum juxta communionem Theologorum, eodem ipso quo infertur ex duplici præmissa una evidenti, sed naturali, et alia supernaturali, et hinc conclusio ex obiecto, et principio supernaturali sufficiente potest habere perfectionem, qua caret præmissa debilis. Item conclusio potest esse universalis, absoluta etc ex hoc eodem numero, quin talis sit una præmissarum; ergo conclusio quà talis non sequitur partem debiliorem quoad supernaturalitatem, perfectiones ex obiecto. Nunc.

61. **O**ppones 2do contra 2dam. Intellectus est proximè expeditus ad negatam reflexionem supra præmissas, nam istæ exibent intellectui suum obiectum, quod est motivum conclusionis; ergo intellectus potest reflectere etc, ergo necessario reflectit supra præmissas, quia potentia necessaria ad agendum proximè expedita necessario agit, quantum potest ex n° 45. Confirmatur primo. Obiectum præmissarum aliquod saltem est realiter idem cum obiecto conclusionis, sed conclusio attingit obiectum suum ut quod, ergo etiam obiectum præmissarum, quia quidquid verè dicitur de uno ex identificatis etc. Confirmatur 2do. Fidelis credere nequit veritatem revelatam, quin actus Fidei feratur in Revelationem, ergo nequit intellectus iudicare conclusionem quin feratur in præmissas.

**R**espondeo distinguendo antecedens Intellectus habito voluntatis imperio est proximè expeditus etc concedo, non habito voluntatis imperio est etc nego antecedens, et consequentiam. In casu conclusionis inter requisita necessaria ad actum primum proximum completum intellectus ad negatam reflexionem supra præmissas est imperium voluntatis, quia intellectus semel iam iudicatis præmissis, non est ab intrinseco determinatus ad novam superfluam negatam reflexionem præmissarum, ergo determinari debet ab imperio voluntatis, ergo hoc imperium est necessarium requisitum etc. Hinc non est paritas a iudicatis præmissis ad iudicium conclusionis.

**A**d primam confirmationem concessa majori distinguo minorem: sed conclusio sub suis terminis attingit obiectum suum ut quod concedo, sub terminis præmissarum nego minorem et distinguo consequens ergo etiam attingit obiectum præmissarum sub terminis conclusionis concedo sub terminis præmissarum nego

consequentiam. Ex Theologis quidquid vere dicitur de uno ex identificatis vere dicitur etiam de alio sequitur solum, quod eo modo quo attingitur obiectum conclusionis, attingatur etiam obiectum praemissarum, et non diverso; sed obiectum conclusionis attingitur a conclusione sub terminis conclusionis, et non praemissarum; sicuti ab ipsis attingitur obiectum conclusionis sub solis terminis praemissarum, ergo a conclusione attingi debet obiectum praemissarum sub solis terminis conclusionis. Ad 2dam confirmationem P. Tonkius negat antecedens quia iste habet actus fidei quo fidelis credat veritatem revelatam, quin eodem formaliter credat revelationem. Sed distinguo antecedens: Fidelis nequit credere veritatem revelatam quin eodem actu feratur in Revelationem ut quod concedo, ut quo nego antecedens, et distinguo consequens, ergo intellectus nequit iudicare conclusionem quin feratur in praemissas ut quo concedo, ut quod nego consequentiam. Distinctio patet ex nº 45.

63. Hinc autem clarum esse debet quod physicae syllogismi quantitas in concreto est moralis ex tribus iudiciis composita, quorum 3tium sequitur ex vi utriusque praemissi; sicuti in abstracto est motio, seu vis illa, qua praemissae movent intellectum ad conclusionem, id est connexio praemissarum cum conclusione. Ubi adverto quod haec connexio alia est obiective vera, et talis mentaliter apparet; alia est obiective vera et talis menti non apparet; alia denique menti apparet vera, et talis obiective non est. Hoc autem ideo dico, ut pateat mentem nostram ratiocinari non posse absque connexione saltem mentaliter apparente, quia ut intellectus eruat 3tium iudicium, virtualiter iudicare debet praemissas ut connexas cum consequente, seu iudicando praemissas debet apprehendere istarum connexionem cum conclusione ut in praemissis inclusa. Quapropter praemissae sunt causa moralis aut physica conclusionis.

## Caput Tertium

## De Mediis Inquirendae Veritatis Et Comparandae Scientiae.

Praeter superius dicta Dissertatione 2 de Arte Hermeneutica, de Evidentia, Fide praesertim humana recto sensuum usu, et experimentis praecipua comparandae scientiae media sunt Moderata Philosophandi Libertas, accurata meditatio et recta dispositio. De his itaque distinctis sectionibus agere

### Sectio Prima

### De Moderata Philosophandi Libertate.

#### Paragraphus Primus.

#### Praeiudicia, Et Philosophandi Libertas.

64. Ut Philosophus est veritatis investigator, ita philosophari est veritatem investigare seu inquirere. Cum autem veritatis inquisitioni nil magis praeiudiciis adversetur monet effatum illud: Primus gradus sapientiae est stultitia caruisse cui consonat Poeta. Sincerum

nisi res, quodcunque infundis, accepit. Ideo primo manifestare oportet praejudicia, quae tot errorum causa sunt, quaeve adeo sistunt Physicae, et Philosophorum progressum. Praejudicia itaque sunt vitia mentis immature et inconsiderate iudicandi, aut habendi vera vel falsa, quae nondum sunt debito examine discussa.

Haec autem praejudicia oriuntur a nimia credulitate Parentibus, et Magistris, ab inveterata consuetudine ita credendi, a nimia Veterum observantia, et Recentiorum contemptu, a principiis semper suppositis, et nunquam examinatis, a suffragiorum multitudine, a novitatis amore, et odio vetustatis, spe utilitatis, et honoris, partium studio, amore Patriae, Sectae etc. quae omnia mentem nostram depravant, et iudicia nostra ita corrumpunt, ut falsum pro vero, bonum pro malo, uno verbo nubem pro Junone amplectamur.

Sed haec omnia vitia reduci possunt ad duo illa capitalia, nempe praeventionem, et praecipitantiam. Praeventio seu praeoccupatio est vitium mentis cuius causa nimis leves, et incauti pro certis et veris habemus errores, fanatismos, absurda, et aliquando aliena deliria. Praecipitantia vero est vitium mentis ratione cuius deceptis signis, vel non satis exploratis immatura, et inconsiderata iudicia ferimus. Unde praejudicium, seu anticipata opinio non est idem ac iudicium falsum, ut similiter dicebam de improbabili; sed est iudicium in nobis sive verum, sive falsum natum ex vitio praeventionis, aut praecipitantiae.

65. Utinam quoque non adverterent perniciosissimum adolescentibus vitium, quo nunc in Europa dominante iuvenes producunt Parentes, et Magistri non pauci, dum immensa vocabulorum farragine iuvenum memoriam exornant, ingenium vero, et iudicium negligunt. Placet dico
» (ait Muratorius Italus) nihil tantum pueris nocet, quam ipsos nequaquam in linguis exoticis instruendi; haec
» enim puerorum conatus igneam ingenii vim, quae in pueris ebullit, retundit, atque hebetat,
» quippe dum totum conatum exercent in excolenda memoria, ingenium, et iudicium negligunt. Pu-
» blicum malum et cui vix ullum est hodie in Europa remedium. Hinc fieri puto, quamobrem in Graecia
» plures fuerint uno saeculo Viri Doctissimi, quam pluribus in tota Europa. Graeci
» enim, cum linguas exoticas discere non cogerentur ab ipsa infantia philosophabantur
» nec ingenium usu memoriae conterebant, sicut Moderni. Sed redeo unde discesseram.

66. Qui itaque cupit philosophari, seu veritatem serio inquirere, debet primo radicitus extirpare praejudicia, quod faciet prudenti ac moderata rerum omnium dubitatione, quae suspendat iudicium, donec res, de qua ferenda sententia, severo examine, omnique ope, ac diligentia pro rerum nostrarumque conditione recte discussa, et explorata fuerit. Sedati enim, et sequentes viri consultata lente et deliberata diu celeriter efficiunt. Hinc primo nullius fronti recipiet mens quam nemini [illegible] minus credet ex dubitatione discens. Viros etiam Magnos, Doctrina, Sanctitate, et canitie Venerabiles aliquando errare, et errare posse

consequentiam. Ex Antiloquio quidquid vere dicitur de uno ex identificatis vere dicitur etiam de alio sequitur solum, quod eo modo quo attingitur obiectum conclusioni, attingatur etiam obiectum praemissarum et non diverso; sed obiectum conclusionis attingitur a conclusione sub terminis conclusionis, et non praemissarum; sicuti ab ipsis attingitur obiectum conclusionis sub solis terminis praemissarum, ergo a conclusione attingi debet obiectum praemissarum sub solis terminis conclusionis. Ad 2dam confirmationem P. Antonius negat antecedens, quia potest haberi actus fidei quo fidelis credat veritatem revelatam quin eodem formaliter credat revelationem. Sed distinguo antecedens: fidelis nequit credere veritatem revelatam quin eodem actu feratur in revelationem ut quo concedo, ut quod nego antecedens, et distinguo consequens, ergo intellectus nequit iudicare conclusionem quin feratur in praemissas ut quo concedo, ut quod nego consequentiam. Distinctio patet ex n.º 45.

63. Hinc autem clarum esse debet, quod physica syllogismi essentia in concreto est oratio ex tribus iudiciis composita, quorum 3tium sequitur ex vi utriusque praemissi; sicuti in abstracto est motio, seu vis illa, qua praemissae movent intellectum ad conclusionem, idest conexio praemissarum cum conclusione. Ubi adverto quod haec conexio alia est obiective vera, et talis mentaliter apparet, alia est obiective vera et talis menti non apparet, alia denique menti apparet vera, et talis obiective non est. Hoc autem ideo dico, ut pateat, mentem nostram ratiocinari non posse absque conexione saltem mentaliter apparente, quia ut intellectus emat 3tium iudicium, virtualiter iudicare debet praemissas ut conexas cum consequente, seu iudicando praemissas debet apprehendere istarum conexionem cum conclusione, ut in praemissis inclusa. Quapropter praemissae sunt causa moralis aut physica conclusionis.

## Caput Tertium

## De Mediis Inquirendae Veritatis Et Comparandae Scientiae.

Praeter superius dicta Dissertatione 2 de Arte Hermeneutica, de Evidentia, Fide praesertim humana, recto sensuum usu, et experimentis praecipua comparandae scientiae media sunt Moderata Philosophandi Libertas, accurata meditatio et recta dispositio. De his itaque distinctis sectionibus agemus.

### Sectio Prima

### De Moderata Philosophandi Libertate.

#### Paragraphus Primus.

#### Praeiudicia Et Philosophandi Libertas.

64. Ut Philosophus est veritatis investigator, ita philosophari est veritatem investigare seu inquirere. Cum autem veritatis inquisitioni nil magis praeiudiciis adversetur, ut monet jam illud: Primus gradus sapientiae est stultitia caruisse, cui consonat Poeta. Sincerum

rys res quodcumque inquirendis accingit, ideo primo manifestare oportet praeiudicia, quae tot errorum causa sunt queque adeo sistunt Physicae, et Philosophorum progressum. Praeiudicia itaque sunt vitia mentis immature et inconsiderate iudicandi, aut habendi vera vel falsa, quae nondum sunt debito examine discussa.

Haec autem praeiudicia oriuntur a nimia credulitate Parentibus, et Magistris, ab inveterata consuetudine ita credendi, a nimia Veterum observantia, et Recentium contemptu, a principiis semper suppositis, et numquam examinatis, a suffragiorum multitudine, a novitatis amore, et odio vetustatis, spe utilitatis, et honoris, partium studio, amore Patriae, Sectae etc. quae omnia mentem nostram depravant, et iudicia nostra ita corrumpunt, ut falsum pro vero, bonum pro malo, uno verbo nubem pro Junone amplectamur.

Sed haec omnia vitia reduci possunt ad duo illa capitalia, scilicet praeventionem, et praecipitantiam. Praeventio seu praeoccupatio est vitium mentis cuius causa nimis leves, et incauti pro certis et veris habemus errores, fanatismos, absurda, et aliquando aniana deliria. Praecipitantia vero est vitium mentis ratione cuius debilibus signis, vel non satis exploratis immatura, et inconsiderata iudicia ferimus. unde praeiudicium, seu anticipata opinio non est idem ac iudicium falsum, ut similiter dicebam de improbabili; sed est iudicium in nobis oriundum, seu falsum natum ex vitio praeventionis, aut praecipitantiae.

5. Utrinque vero non adiuvante perniciosissimum adolescentibus vitium, quo nunc in Europa dominante vitiones producunt Parentes, et Magistri non pauci, dum immensa vocabulorum farragine iuvenum memoriam exornant, ingenium vero, et iudicium negligunt. Verbum dico (ait Modernus Italus) nihil tam pueros nocet, quam pro praxeos eiusque in linguis exoticis instruendi, haec enim puerorum conatus igneam ingenii vim, quae in pueris elucet, retundit, atque hebetat quippe dum totum conatum evertunt in excolenda memoria, ingenium, et iudicium negligunt. Publicum malum et cui vix ullum est hodie in Europa remedium. Hinc fieri puto, quamobrem in Graecia plures fuerint uno saeculo Viri Doctissimi, quam pluribus in tota Europa. Graeci enim cum linguas exoticas discere nunc cogerentur, ab ipsa infantia philosophabantur nec ingenium neque memoriam conterebant sicut Moderni. Sed redeo unde digressus eram.

6. Qui itaque cupit philosophari, seu veritatem serio inquirere, debet primo radicitus extirpare praeiudicia, quod facit prudenti ac moderata rerum omnium dubitatione, qua suspendat iudicium, donec res, de qua ferenda sententia, severo examine, omnique ope, ac diligentia pro re, nostrumque conditione recte discussa, et explorata fuerit. Credat enim, et sapientis viri consultata lente et deliberata diu celeriter efficiunt. Hinc primo nullius fere verum recipiet nisi quia nemini egeo minus credat ex dubitatione discessus. Viros etiam Magnos, Doctrina, Sanctitate, et canitie Venerabiles aliquando errare, et errare posse.

Secundo cognoscet veritatem non omnibus obviam esse, quasi sponte se offerat etiam nollentibus eam invenire, sed esse in profundo veluti demersam, et occultam, adeoque ad illam e voragine, in qua latet, in lucem protrahendam opus esse summa cautione, studio severo, meditatione accurata, exacto ratiocinio, et accurata disputatione, ne fallamur, praesertim cum ad clariora caecutiat intellectus infirmus, circa pretiosiora vagabundam voluntatem experiamur, et circa deprehensa labilis nos prodat memoria. 2do acquiret philosophandi libertatem, quae ut bene intelligatur

Adverto duas esse philosophandi rationes, mancipatam scilicet et liberam. Mancipata est eorum, qui aliquem Philosophum sibi elligunt in Ducem et Magistrum in omnibus sequendum, ac si falli, et fallere nescius esset. Tales Philosophi sunt Aristotelici, Thomistae, Scotistae, Cartesiani, Newtoniani etc. Primi enim in suum Praeceptorem elegerunt Aristotelem, alii S. Thomam etc. Ultimi Newton. Sed Recentior vocat Philosophos uni sectae nomen dantes servum pecus, quos ne Philosophos quidem reputat ille ob hanc rationem praecipue, quod quidam sint qui prius se Aristotelicos, Cartesianos, aut Newtonianos esse profitentur, quam Aristotelis, Cartesii, aut Newtoni dogmata noscerent (sunt verba Recentioris) quare unicuique ex his Sectariis convenit illud simplex versus.

Libertate caret Dominum velut improbus, atque
Serviet aeternum ingenio, quia nescit uti

Libera vero est eorum, qui servire nolunt, sed omnes legunt, ac legendo eligunt libere, quae sibi vera, aut verisimiliora videntur. Sed haec ratio philosophandi libera seu libertas, alia est effrenis, et alia moderata. Effrenis est eorum, qui soli suae prudentiae innixi, contra monitum Salomonis ita libere legunt omnes ac eligunt quae sibi placent ut sua libertate abutantur in contemptum auctoritatis Dei, Ecclesiae, et humanae sapientiae qualem petulantiam potius quam libertatem promovere conatus Antonius Collinus De libertate cogitandi et sequuntur eum Transmontani quibus congruit gravissimum Origenis dictum. Non habet Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam Matrem. Cujus autem petulantiae, seu libertatis abusus magna exempla sunt Impiissimus Spinoza, et Tolandus Atheorum impudentissimus Teste Modarno.

Moderata autem philosophandi libertas eorum est qui rejecta servitute omnes libere legunt non curantes quis dixerit, sed quam recte dicta sint quae legunt, et inde cum perfecto obsequio et consonantia cum Divinis Oraculis, ac sine contemptu humanae auctoritatis eligunt meliora, idest quae sunt rationi magis conformia. Ubi

68. Adverto 2do, quod, sicuti sunt duae philosophandi rationes, ita sunt

Duo genera adolescentium; alij enim servire parati sunt, et alij petulanter loqui quoniam semel servi facti, et proprio ingenio ac iudicio uti non assueti audire nolunt nisi ea, quibus assueverunt, vel ex media barbarie deprompta, aut proprij Magistri documenta. Hos, ait Modernus, si conaris vehementiori aliquo remedio curare (nam leuia ita afficiunt ut fomenta podagram) ad alterum defectum extremum evadentes insolentes, confidentes, omnium contemptores, quod est vicium priore perniciosius, aut error ipsa perniciosior ignorantia. Usque nunc ille.

Secundi vero dum liberi, et critici affectant videri, sincerae Doctrinae precientes aures praebere vix possunt; nam ex suo vivere malunt quam ex alieno, sed cum eorum adhuc tenera sit ratio, ineptiis puerilibus ineptiunt. Hic (inquit praecitatus Modernus) cum ad modum conaris ducere admittunt libellus, et serviunt miseram servitutem. En extrema vobis vitanda, per quae, qui ambulabant servient, aut temultuabunt eternum qui nunquam pervenient ad veram scientiam.

69 Adverto 3tio, ut nemiam servilitem perniciosam est verae sapientiae, ita nimiam libertatem quae facile ducit ad Scepticum furorem. Quare mirum est, non minus, quam dolendum, Italos multos quorum mentis acumen, ac robur superat omnes Europae nationes, miseram servitutem in re literaria nunc servire Transmontanis, non erubescentes, se quae nata ceteros antecellunt, in ostia sequi, aut Recentiores.

Quapropter Angli nunc alacto superiores dominari praesumunt, et Neutonianae Physicae studiosos Peripateticos, et Cartesianos ita oderunt, ut si Peripatetici alicuius, aut Cartesiani
» quidpiam laudes, statim nares contrahant, quasi ceteri homines praeter quam Neutoniani, credi fuerint lateres.
» Nam et sunt quaedam accepta a Peripateticis excogitata, et Cartesianis plurima summo iudicio scripta, quae
» ideirco contemnere quod Neutoniana non sint, est pueriliter desipere. Nam Neutoniani non quasi ex
» Deorum concilio demissi, sed ut communiones dormitant aliquando, et nata cadunt. Inquit idem praecitatus Modernus. Ex Temporum ad Neues.

70. Hinc quod mirum, si Moderni quidam etiam Itali Sacrae Scripturae locum patienter audire nolint in Physica dicentes, se prorsa Fide philosophari, quasi ridiculum esset in Physica audire Verbum Dei. Sed Bone Deus? non ne summa humanae rationis regula est ratio, et auctoritas Dei? Non ne ex vero sequitur verum? Sed hic est fructus servitutis quam multi serviunt Transmontanis.

Quapropter transmontana, aut transmarina imbuti doctrina, et eruditione inuehunt aures, ne audiant Apostolum Hebraeorum 13. monentem: Doctrinis varijs, et peregrinis nolite abduci. Inde sibi plaudentes praedicabunt illud Ciceronis accademicarum quaestionum libro 4. aientes: Ego maximam actionem puto repugnare visis, obsistere opinionibus, et assensus lubricos

sustinere. Sed Timotheum suum erudiens Apostolus Epistola 2 Capite 4 id eventurum praevidit, ac pronunciavit dicens: Erit ... tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros ... et a veritate quidem auditum avertent. Quare merito clamabo iterum O Tempora, o Mores! Anquaeres cur haec dixerim? An ignoras illud juris Canonici Distinctione 83 Capite Error? Error cui non resistitur approbatur.

## Paragraphus Secundus

### Conclusio Cum Fundamento.

71. Neque mancipata, neque libera effreni, sed moderata philosophandi Ratione utendum in inquisitione veritatis. Haec conclusio, quam exemplo suo docuerunt tam Veteres quam Moderni Principes Philosophiae est conformis auctoritati, rectae rationi, et aequitati.

Fundamentum est primo ab auctoritate Senecae, Lactantii, et Augustini omissis aliis. Seneca enim Libro 4 Quaestionum naturalium Capite 3 docet: Inter nullos magis, quam inter Philosophos esse debet aequa libertas, et Capite 2 ejusdem Libri: Est Turba argumentum pessimi. Unde de Vita Beata Capite 1 concludit: Nihil ergo magis praestandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem euntes non qua eundum est, sed qua itur. Lactantius vero Libro 2 Capite 8 Divino quasi furore incitatus ait: Quare oportet in ea re maxime, in qua vitae ratio versatur, sibi quemque confidere, suoque judicio, ac suis sensibus niti ad investigandam, et perpendendam veritatem, quam credentem alienis erroribus decipi tamquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut et inaudita investigare possent, et audita perpendere. Nec quia illi (Maiores Nostri) temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesserunt, quae si omnibus aequaliter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Illibabilis est tamquam lux et claritas solis, quia ut sol oculorum, ita sapientia lumen est cordis humani. Quare cum sapere, id est veritatem quaerere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt qui sine ullo judicio inventa Maiorum probant, et ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod Maiorum nomine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur, aut illi desipuerint, quia Maiores nominantur. Haec Lactantius.

Denique S. Augustinus Epistola 19 satisfaciens quibusdam D. Hieronimi querelis scribit: Ego enim fateor Charitati tuae solis eis scripturarum libris, qui jam canonici appellantur didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum Auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam.... Alios autem ita lego, ut quantalibet Sanctitate doctrinaque praepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos Auctores Canonicos, vel probabili ratione quod a vero non abhorreat persuadere potuerunt.

sed qui mancipata philosophandi ratione utuntur non habent æquam libertatem, sequuntur antecedentium gregem pecudum ritu, sibi non confidunt suo, iudicio ac sensibus non nituntur, sed aliquid putant verum, quia ita asserunt alii; ergo non est utendum mancipata philosophandi ratione in inquisitione veritatis; ergo utendum libera; non tamen effreni, ut ostendo ratione.

72. **E**ffreni philosophandi ratione non est utendum in inquisitione veritatis, quæ est impudentissimus propriæ libertatis abusus in contemptum auctoritatis Dei, Ecclesiæ, et hominum sapientum. Quid esse potest iniquius, petulantius, et perniciosius Fidei, ac Religioni? sed libera effrenis philosophandi ratio est impudentissimus propriæ libertatis abusus ex n.º **67**; ergo in inquisitione veritatis non est utendum libera effreni philosophandi ratione. An dices, reiciendam esse libertatem contemnentem omnem auctoritatem, sed non ab ea præscindentem? Nam sive contemnas, sive præscindas ab auctoritate Dei, et Ecclesiæ; nonne a veritate auditum avertis? Quid enim est veritas divinitus revelata, et ab Ecclesia proposita? Nonne est veritas omnium possibilium certissima? si ergo a veritate præscindis, quomodo veritatem inquiris, seu philosopharis? ergo philosophari, et a veritate præscindere in bona Physica est blasphemare.

**P**ræterea [illegible] a veritate revelata, seu Fide præscindere philosophando, est in re præterire, negligere, et non curare Verbum Dei; sed præterire, negligere, et non curare Verbum Dei est contemnere; ergo si reici debet libertas contemnens, reici debet etiam libertas præscindens ab omni auctoritate etc. oritur enim ab eadem maligna radice et ducit ad eundem pessimum finem. Quare nequeo non repetere auream sententiam Cardinalis Palavicini n.º **39** relatam. Le Dottrine però sane in materia di Fede somigliano le febri etiche, le quali nel principio non per altro sono pericolose, che per non esser conosciute pericolose.

73. **H**inc Cl. Muratori in suo famoso Tractatu de ingeniorum moderatione in Religionis negotio detecta fraude, statuit duas sequentes regulas, quibus innocentiam simplicitas protegatur a versutia malignantium et exemplo eorum qui nimia credulitate se in philosophando duci patiantur a Transmontanis. Prima: Impium est incautis discipulis aliter sentire quam veritatis oracula clament. Qua posita in humana scientiæ ædificio tanquam lapide fundamentali tradit secundam, docentem moderatam quam amplectimur philosophandi libertatem. Ecce illam. Licet ingeniis in scientiis naturalibus sentire quod magis libet, dumodo verum, aut verosimilius appareat.

**D**uo enim sciebat Cl. Vir: unum est definitio Concilii Lateranensis sub **Leone X** sessione **8**, quæ sic sonat. Cum verum vero minime contradicat omnem assertionem veritati illuminatæ Fidei contrariam omnino falsam definimus: cui definitioni conforme est illud Dialecticorum: Ex vero verum. Aliud est versutiis [illegible] Ecclesiæ Dei, ac Religionis, qui sub specioso veri

libertatis praetextu maligna semina spargunt in mentibus simplicis iuventutis, inde debitam Verbo Dei et Ecclesiae summam reverentiam contemptam vocant *servitutem* et *captivitatem* humani ingenii. Denique viciata mente et corde corrupto infelicis iuventutis metunt aut saltem conantur metere triumphos (haec tamen nullo modo dixi de illis simplicibus qui sine malicia ducti genio nimiae libertatis etiam nolentes eadem peste iuventutem inficiunt), ergo nec mancipata nec libera effrenis philosophandi ratione utendum in inquisitione veritatis. ergo utendum moderata, quae nec ingenia servilia facit nec petulantia. Nunc probatur 2da pars conclusionis ex legibus aequitatis.

74. **N**ulla lex aequitatis iubet unum Philosophum recipere ac sequi cum alterius depressione, ut faciunt Mancipati Philosophi; sed iubet oppositum. Nulla docet auctoritatem adeo valere, ut sine ratione vincat, quia nulla docet temere credere; hoc enim opponitur rectae rationi, et Salomoni dicenti: *Qui cito credit levis est corde*; sed his legibus conformis est moderata philosophandi libertas. docet enim humanam rationem immediate obsequi in iis, quae clare tradit Auctoritas Dei, et Ecclesiae iuxta Canones supra, et etiam circa credendia positos Dissertatione antecedenti numeris 35, 36. aequum enim est ut humana infirmitas cedat et obsequiatur superiori.

**I**nde docet, omnes recipere, et nullius ingenium, ac auctoritatem contemnere. Tandem docet standum esse auctoritati omnium, aut fere omnium Sapientum ut salva proportione dicebam nº 37. huius Dissertationis, quo in oppositum non adsit tale rationis monumentum, ut vincat pondus tantae auctoritatis, ad quod opinor opus esse demonstratione; ergo moderata libera philosophandi ratio conformis est legibus aequitatis, ergo etc.

76 **H**inc mirum sane est, tanto ingenio pro D. Thoma pugnare Thomistam contra Schotistam, et hunc vicissim pro Schoto contra Thomistam, sicuti Cartesiani pro Cartesio contra Newtonianum, et istum pro Newton contra Cartesianum, qui unquam serio cogitent primo, quod si Schotista ad Domenicanam Familiam, et Thomista appulisset ad Ordinem Franciscanum ad mutationem cuculli utrius, mutasset placita cum Praeceptore sicuti adi, quod si Cartesianus in principiis Newton, et Newtonianus educatus fuisset in Doctrina Cartesii, Cartesianus Newton esset Deus alicuius Philosophorum et Newtonianus Cartesius est Philosophus ex Deorum Concilio demissus. Haec autem vera erit philosophandi ratio. Hic candor Philosophicus? Hic amor veritatis? Quicumque ergo veritatem amat praeiudiciis abrenunciet Antiquo Aristotelis Effato: *Amicus Socrates, Amicus Plato, sed magis amica veritas*, imo hoc veritatis oraculo libri 3 Capite 4: *Magna est veritas, et praevalet*.

## Paragraphus Tertius
## Objectiones Adversariæ.

76 Opponis plura simul. 1° Proverbiorum 3 ait Salomon: Prudentiæ tuæ ne innitaris; sed qui libere moderate philosophatur, prudentiæ suæ innititur, ergo etc. 2 docet Aristoteles Libro 1 Topicorum. Vera sunt et approbanda, quæ videntur omnibus... vel maxime claris et notis, quæ propositio ex n°. 74 est vera; sed Philosophia Aristotelis videtur, seu approbatur a maxime claris, et notis Philosophis, ut a D. Thoma, Alberto Magno, Scoto, aliisque et præsertim Thomas Aristotelica et Schola Peripatetica eam invexit in Theologiam (idem cum propositione dicitur de D. Thoma); ergo Philosophia Aristotelis est approbanda. ergo libere philosophandum non est.

Tertio. Melius est in Republica sub uno capite regi, quam multis; ergo melius est sub uno duce philosophari quam per diversas vagari Philosophorum doctrinas, præsertim cum non omnibus datum sit vera a falsis distinguere, et eligere meliora. Ultimo. Philosophandi libertas nocet Religioni, paulatim enim distrahit a debita summa Reverentia tum Verbo Dei, tum auctoritati Ecclesiæ; ergo melius est, se uni Sectæ mancipare, quam libere philosophari. Nunc

77 Respondeo ad primum, Salomonem non minus nos docere non esse cito, et leviter credendum verbis illis: Qui cito credit levis est corde, quam docere homini fidendum non esse soli suæ prudentiæ, verbis oppositis ne innitaris prudentiæ tuæ; sed Philosophus moderate libere non nititur soli suæ prudentiæ, nam legit omnes, et cum plurimis eligit meliora; non autem solus resistit omnibus ex superdictis. ergo illa locus non est contrarius Philosopho moderate libero; sed effreni aliorum sapientiam contemnenti ex fixto

Ceterum ibi Deus ore Salomonis docet hominem specialem fiduciam et prudentiam supernaturalem quæ non facit ad rem; premittit enim verbis oppositis. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo (inde immediate subdit) et ne innitaris prudentiæ tuæ in omnibus viis tuis, cogita illum, et ipse diriget gressus tuos (immediate autem addit) ne sis sapiens apud temetipsum. Time Deum, et recede a malo. Hinc prosequitur docendo obedientiam Divinæ Legis, et obedienti Filio promittendo bona; ergo ille locus non facit ad rem disputatam.

78. Ad 2dum respondeo primo, illud pati retorsionem in Philosophia Platonis quæ ab Adventu Christi usque ad finem seculi octavi (sicut ab hoc tempore usque ad initium Seculi 17 regnavit illa Aristotelis) approbata est a PP. Græcis et ex Latinis ab Augustino; et hinc Phrasis Platonica elucet in operibus Veterum PP. Respondeo 2do falsam esse minorem, quia Philosophia Aristotelis non fuit approbata ab Antiquis PP. Græcis, nec a S. Augustino, nec approbatur

a PP. Modernis Galileo, Gassendo, Cartesio, Neutono, Leibnitio, Wolfio, aliisq; ergo etc.

Tertio maior objectionis est vera; quod omnibus, aut maxime claris et nostris videntur, ex unico veritatis amore philosophantibus, quia in casu absq; demonstratione suppositum vincere nequit pondus autoritatis eorum. sed est falsa minor; quod videntur praedictis Viris ex praeventione, lege, aut Religiosa obedientia philosophantibus, aut quia in casu autoritas eorum omnium reducitur ad solam autoritatem illius quem alii ex lege etc sequuntur, ea ratione, qua suffragia plurium dicentium se aliquid audisse a tertio reducuntur ad ipsius testimonium; sed autoritas unius tantum non potest, ut sine ratione vincat; ergo etc.

79. Ad 1mum nego primo antecedens, quia facilius est in Regimine errare unum, quam multos, et quia securius publicae felicitati prospiciunt multi quam unus. inde quod futurum, si ille unus fuerit stupidus, aut crudelis etc. 2do dato antecedenti nego consequentiam. Disparitas est, quia utrobique non militat eadem ratio, et finis. finis enim Reipublicae est subditorum pax, quies, et harmonia ad evitandas seditiones, rebelliones etc. atque haec facilius forte eveniunt, si plura capita imperaverint; et ideo forte melius est ab uno regi, quam multis. At in philosophando non quaeritur pax, et quies, nisi in veritate inventa; sed circa inveniendam data opera excitantur dissidia, et bella literaria, ut facilius veritas exploretur. unde nulla consequentia. Ad implicitam probationem dico, neque omnibus datum esse capere Aristotelem, quare merito cuivis adversarius: Ex omni ligno non fit Mercurius, ita cuivis nos: Non omnibus datum est adire Corinthum. Qui itaque Philosophiae studium viribus suis majus experiuntur dimittant, et planius amplectantur; non enim est aliud huius mali remedium.

Ad ultimum nego antecedens, quia licet id verum sit de effreni, non tamen de moderata philosophandi libertate, quae, ex dictis, nullatenus potest opponi, aut nocere Religioni, nisi huic dicatur opponi recta ratio: quo quid impius dici potest, si suprema humanae rationis regula est ratio, et autoritas divina? an dicent recta ratione philosophantes praeterire, vel videre omnem autoritatem? sed melius dixissent id agere Juvenes, qui Medico indigent potius, quam Magistro.

## Sectio Secunda

## De Accurata Meditatione

80. Accurata Philosophica Meditatio est ita concatenata series idearum et cogitationum, ut novae semper veritates ex veritatibus semel cognitis legitime prodeant. Haec autem meditatio fit cudendo bonas definitiones, ex his inferendo veritates immediatas, dictas axiomata, ex his mediatas, vocatas corollaria; inde veritates magis remotas, nuncupatas a Geometris Theoremata etc facta comparatione definitionum, axiomatum, et corollariorum inter se, aut e contra resolvendo

Theoremata in corolaria, et haec in axiomata, et definitiones tandem in sua principia. Accurata itaque meditatio, definitio docente est series cogitationum quaesita ad leges, et exacto ordine instituta humana mens vel nova semper veritates ex veritatibus semel cognitis oriantur. Hinc a vera scientifica meditatione excludantur vulgares illae meditationes, quae nil aliud sunt quam inconnexarum, et inordinatarum cogitationum acervus.

81. Ordo autem in dicta meditatione servandus vocatur methodus, quae duplex est, una, qua veritates deteguntur, dicitur analytica, idest resolutionis, alia vero qua iam detectae docentur, vocatur synthetica seu compositionis, aut Geometrica, quia hanc potissimum servant Geometrae; In eo autem conveniunt ambae methodi, quod a notioribus ad minus nota ambae progrediantur; secus in eo disconveniunt, quod in methodo analitica a minutis, et singularibus, ab hypothesibus, a casibus possibilibus, uno verbo a confusa, quasi silva rerum procedimus ad demonstrandam rem, quam ab omni ambage extricatam. In synthetica autem principiis generalibus brevissimo, arctissimoque nexu ligatis procedimus ad demonstrandam propositionem.

Hinc prima methodus amplior, et feracior, sed longe difficilior, altera brevior, lumine fortior, et facilior, unde etiam ad docendam iuventutem accomodatior. Utraque autem procedit a notionibus et facilioribus ad difficilia, et minus nota ob legem primam disputationis data n.º 6 partis 2 dialecticae, nam sine solido principio nec veritatis investigatio nec inventis institutio nec dispositio rerum potest. Ecce primam regula utriusque methodo communem.

82. Praemissis itaque definitionibus, axiomatis, observationibus, experimentis et tamquam basi, cui nititur meditatio, ecce aliam regulam. In tota iudiciorum serie pro viribus conservari debet evidentia, certitudo, aut alte probabilitas, ut iudicia ipsa antecedentia semper conectantur cum suis respectivis consequentibus quia sola hac via mens illustratur, et acquirit scientiam; inconnexa enim farrago idearum, et iudiciorum, quae plerique mirantur, non facit mentem doctam, sed memoriam fecundam, quia scire non est meminisse; Hoc autem vitium pedantissime vocatur a Gallis teste Moderno Italo Genuensi idest in libris Gallorum, qui mente parum, memoria non mediocriter valent. ii frustula quaedam satis docta producunt, sed ea ita consarcinant, ut nec pes, nec caput longe insit sermoni. Ita ille.

83. Tertia Verbis claris, et precise ad explicandas ideas necessariis utendum, secuti stylo simplici, facili, et naturali quia nimia verborum copia res facit captu difficiliores, et stylus Declamatorius, aut Tragicus confundit, et non docet. Philosophus autem cum intendat docere, non debet affectuum perturbatione, sed verum pondere assensus extorquere. Hinc qui fructuose docet proiicit ampullas et sesquipedalia verba. Quarta Res de qua agitur accurate dividi debet in sua membra iuxta divisionis regulas, inde membra debent sedulo examinari; nam qui ita dividit, ac minutatim examinat, separat certum ab incerto, cognoscit quid cuique conveniat, aut repugnet si facilius veritatem inves=

agat, discernit ac docet. Merito itaq. Pallavicinus chi ha per se la verità, cerca la chiarezza, e questa suol esser compagna della distinzione. Hinc quinta. Quaestio composita in suas simplices exacte dividi debet tum ex modo dictis, tum ex dictis n° 62 2dae partis Dialecticae. Sexta. Sedulo quaerere debent ac examinari res cum quaestione connexae, sicuti comparari quae lumen afferunt quaestioni, quia debent undequaq. investigari praesidia ad enodandam quaestionem, et veritatem detegendam.

Septima. Terminis ac rebus claras definitiones praemittere, iisdemq. semper definitionibus uti necesse est, tum ne paralogizemus, tum ne a quaestione turpiter evagemur in carcere extra disputationis, ita enim saepe disputavimus egregie ignorantes rem disputatam. Octava. Attente perpendi debet an solutio quaestionis pendeat a ratiocinio, experimentis, vel auctoritate, ne has tria misce. Quin imo, saepius controversias theoreticas, et pure intelligentiae, ridiculae solutiones auctoritate, sicuti pendentes a pura experientia abstractis ratiociniis etc. contra 2dam disputationis legem n° 64 partis 2 Dialecticae traditam.

84 Ubi ex occasione moneo, non esse eadem ratiocinandi principia in omni genere rerum, nam quantitatum aequalitas quaeritur hoc principio: Quae sunt aequalia uni tertio, sunt aequalia inter se. sicuti inaequalitas earum hoc alio: Quod uno aequalium est majus, aut minus, est etiam majus aut minus alio aequalium. Quantitatum autem proportio regitur principiis Geometriae, et Algebrae, quae profecto non spectant ad munus puri Philosophi, paucis tradi nequeunt, et multis non debent. Principium contradictionis est: Implicat idem simul esse, et non esse. Principium identitatis: quae sunt eadem uni 3tio etc. sicuti principium distinctionis: Quae repugnant uni 3tio etc. cui substituit hoc aliud Modernus Negruti: idem constare ex iis quae se mutuo destruunt, an bene, viderit ipse, ego sane non vidi alium Philosophum, qui hoc idem asserat.

Principium similitudinis dici posset illud: Quae sunt similia uni 3tio eadem similitudine sunt similia inter se, sicuti sunt dissimilia, si non sint similia 3tio eadem similitudine, ut dicebam n° 100 partis 2 Dissertationis 2, ubi subdit idem Modernus similitudinem et dissimilitudinem regi principiis identitatis, et distinctionis. Item principium conformitatis dici posset: Quae sunt conformia uni 3tio: (v.g: duae actiones eidem legi) sunt conformia inter se; sicuti sunt difformia si non sint conformia 3tio. Ubi moneo, ideas nostras simplici intuitione acquisitas, ut axiomata non regi dictis principiis, sed ideas ratiocinio comparatas, quae nempe ope mediis conferuntur cum 3tio ad explorandas earum relationes.

Denique principia investigandi causas ab effectibus sunt: nihil fit absq. ratione sufficiente, nemo dat quod non habet, vel plus quam habet; unde tota perfectio

effectus praecontineri debet in causa adaequata, sicuti principia generandi effectus per causas sunt: eaedem causae eodem, et similes producunt similes effectus: causae necessariae in actu primo proximo completo constitutae necessario agunt quantum possunt, non item liberae etc.

85 Tandem moneo, tres esse dotes methodi in scientiis servandas, ipsae plenitudinem doctrinae ne diminuatur, et hinc turpis evadat scientia; principiorum cohaerentiam, seu connexionem, ne scientia degeneret in venenum, et cognitionum disparatarum acervum; et claritatem, quae ex ordinata principiorum ac doctrinae dispositione subortur et non ab affectata facilitate principiorum difficultates nodosque dissimulante; nam docet opportune Cardinalis Ptolemaei Dissertatione 3 Physico-Metaphysica.

Cave sirenem facilitatis ne illectus credas illud verum et probabilius quaedam dici- et explicatur facilius; immo vero difficultas non leve indicium est veritatis quae vel latet vel exulat: illud sane certissimum est, doctorum huiusmodi priorem fetum positum pro regula facilius, hoc est ad intelligendum vel agendum, in Theologicis progignere haeresim, in Philosophicis ignorantiam, in Ethicis flagitium. Hactenus Cardinalis.

Praedictas autem dotes saeculo 13 nobis tradidit Angelicus prima parte Quaestione 39 Articulo 8 scribens: Ad pulchritudinem tria requiruntur; primo quidem integritas sive perfectio; quae enim diminuta sunt hoc ipso turpia sunt: et debita proportio seu consonantia; et iterum claritas. Primo circa plenitudinem doctrinae teste Cabassutio in sua Notitia Ecclesiastica pagina 589 Concilium Coloniense anno 1549 celebratum, grassante Lutherana impietate ad restituendas collapsas Catholicae Religionis inter alia circa studiorum instaurationem praecipit: Ne communibus et approbatis derelictis docendi formis compendiosas quasdam regulas, et extraordinarias consectentur, ipsi Magistri. Verba sunt Cabassutii: Ne itaque rideant aut damnent, sed exhorrescant, qui compendiosas docendi leges commendant.

## Sectio Tertia

## De Disputatione Dialectica

### Paragraphus Primus

### Necessaria Ad Rem Praesentem

86. Disputatio Dialectica est sermo inter duos alternis propositionibus et responsionibus institutus, ut ex ipsa Dialecticae voce explicat Plato, seu est duarum propositionum oppositarum inter duos disserentes facta comparatio. Haec disputatio autem duplex est, una Socratica dicta quia testibus Platone et Xenophonte ea disputando utebatur Socrates, alia vero Syllogistica, qua Scholae utuntur in tradendis scientiis.

Principia Socraticae sunt definitiones et inductiones, idest similium singularium enarrationes, et comparationes inter duos factae ad docendum, probandum, aut aliquid impugnandum.

hac disputatione ex Antiquis usi sunt Plato, et Xenophon, atque ex Modernis ultimo Franciscus Algarotti in opere, cui titulus: Il Newtonianismo per le Dame. Eam itaque merito appellat Modernus Disputationem Familiarem. Dialogis enim facile et familiariter instituuntur etiam Rustici et Ancillae. Quare Disputatio Socratica est ornatus dialogus fabulis, eruditione, salibus, humanitate et adulatione compositus.

87. Principia vero disputationis sillogisticae sunt canones exacti discursus ad exactas leges dialecticae, definitiones, divisiones, contradictiones etc. unde dicitur a Viris Doctis disputatio brevior, arctior, limatior, robustior etc. qua propterea utuntur Viri Metaphysici, Theologi, Mathematici etc. pueris ac mulieribus libentissime cedentes Socraticam. Solo itaque partium studio, aut simili praeiudicio affici potest, ut Viri Docti eam iniuria dicant futilem et contentiosam. Haec itaque disputatio optime definitur a Leibnitio duarum propositionum contradictoriarum seu oppositarum legitimis ratiociniis facta comparatio. Dicitur autem primo contradictoriarum seu oppositarum, tum quia cognita falsitate unius, mox evidenter cognoscitur veritas oppositae, et mutuo, tum quia nisi fuerint contradictoriae poterunt esse simul verae, falsae aut disparatae. Dicitur 2do legitimis ratiociniis, quia paralogismis decipimur et non instruimur. Merito igitur concludit hic Modernus Italus: Itaque servanda est Scholastica disputandi methodus, sed sine odio, et ira.

88. Hinc eluet finis accuratae disputationis, qui ex Augustino est veritatis a falsitate discretio. Quare exulare debent a recta disputatione odia, convicia, aliaeque similes scurrilitates. Hoc enim est potius vitiis et dentibus rem agere, quam recte rationis usu veritatem inquirere. Sic itaque disputatio debet institui. Defensor primo clare, et absque ambiguitate proponat thesim, eiusque sensus rogatus; et ecce propositionem controversam quam impetere debet oppugnator, aut eius contradictoriam probare ne aberret a cardine.

Ubi duo advertito, unum est lex fundamentalis disputationis nempe, ut argumentans semper inferat in conclusione propositionem negatam a defendente, secus defendens omittet omnia videndo. Aliud est vitium quorundam argutatorum, ipsa immoderata argumentorum prolixitas et vocum invectio ad turbandum defendentem. Dedecet itaque Doctum arguentem ponderare adeo invecta et prolixa argumenta, ut ea ne quidem robustus agricola sine labore dolore repetere valeat. Philosophi enim est pondere rationis et non prolixitate, aut vocum invectione pugnare.

89. Impugnans itaque proponat primum argumentum iuxta dicta, et defendens fideliter repetat illud, ac singulatim respondeat concedendo verum, negando falsum, distinguendo aequivocam propositionem, aut retorquendo argumentum si mala est consequentia. Mox arguens prosequatur probando propositionem negatam, aut formaliter impugnando responsum defendentis eidem semper difficultati insistendo, non enim in unius argumenti extensione licet mutare medium terminum,

nam hoc est obiciens ordo, et non unius difficultatis extensio, aut continuatio. Non fideliter repetat defendens, ac ut supra formaliter singulatim respondeat propositionibus. Atque ita semper ambo disputatores se gerere debent continuando disputationem.

Quod si oppugnator, opponens velit in declamationes importunas evagari, vel aliter distrahere defendentem, hic iure suo urgebit advocatum ad formales probationes negatae propositionis, sicuti si defendens loco satisfaciendi argumento excurrent in probationem thesis, aut alio sermone ad aliud convertitur, arguens iure suo monebit defendentem ut in forma respondeat argumento. Defendens autem distinguens propositiones aequivocas, breviter explicet distinctiones, applicet, et paucis enervet oppositionem argumenti. Tum ut oppugnans fungi possit munere suo, tum ne sermone vago, aut prolixo puerilem memoriae pompam faciat, sed acre ingenium ostendat masculla solutione argumenti. Haec enim est scientis probatio, illa recitantis.

90 Ubi moneo, disputandum esse de rebus seriis resolutione dignis, ac utilibus, sicuti opponendas esse difficultates solidas argumentis contractis; quo breviora enim sunt iacula eo validius pugnantur comminus: inde responsa formaliter impugnanda sunt et addendae tela robur difficultatis, non autem recitanda est in disputatione oratio leporibus, vocum phaleris, figuris, eruditione et humanioribus ex n° 83, ut postea defendens recitet orationem panegyricam in laudem alicuius recitatoris; nil enim gravitatem disputationis dedecet magis huiusmodi adulatione. Haec autem omnia patent legenti gravissima Theologorum, Metaphysicorum et Mathematicorum opera, ex quibus elucet unae veritates ab illis inquiri. Verum sit

## Paragraphus Secundus.

## Conclusio, et Fundamentum

91. In inquisitione veritatis utendum Disputatione Dialectico Syllogistica. Ita Principes Scholarum Magistri, et in Praxi Schola Nobiliores.

## Fundamentum

In inquisitione veritatis utendum est ea disputatione, quae brevius, ac tutius certo parit scientiam, certius dissipat fallacias contra veritatem insidias; sed huiusmodi est disputatio dialectico-syllogistica: ergo in inquisitione veritatis utendum disputatione dialectico-syllogistica. Probatur minor. Ea disputatio brevius ac tutius certo parit scientiam, certius dissipat fallacias contra veritatem insidias, quae fit iuxta exactos Dialecticae canones. Patet haec maior ex tribus Cl. Mathematicis Wolfio, Leibnicio, Hugenio. Primus enim Tomo 2 Elementorum Matheseos universae in brevi commentatione de Methodo Geometrica ait: Demonstrationem quae plenariam convictionem pariat, fieri non posse, nisi cogitationes nostrae iuxta regulas syllogisticas dirigantur. Secundus in Actis

Eruditorum 1684. Primam esse demonstrationem, quae praescriptam a Logica formam servat. Tertius denique in Actis Eruditorum 1711 Paralogismos in Mathesi saepius vitiosa forma existere. Item probat majorem ex eo, quod canones Logici sunt principia certa detegendae veritatis, ac denudandae falsitatis ut docent Viri scientiarum Magistri; sed disputatio dialectico syllogistica fit juxta exactos dialecticae canones, ergo disputatio dialectico syllogistica brevius ac tutius certo parit scientiam, certosque dissipat fallacias etc. Probatur minor comparando inter se disputationem nostram, et Socraticam.

**D**isputatio dialectico-syllogistica fit arctissimo definitionum, axiomatum, et corollariorum nexu, contractis syllogismis firmis illationibus, ac claris distinctionibus novisque, solidis rationibus continuatur unico veritatis amore. Socratica e contra fit variis quaesitis, urbanitate, ne dicam adulatione plenis, interrogationibus et responsionibus miscendo verborum officia, intexendo fabellas, affectando stili ornatum contra indolem bonorum ingeniorum dicente S. Augustino Libro 4 de Doctrina Christiana Capite 11 Bonorum ingeniorum insignis est indoles, verum amare non verba. et in Psalmo 36 Non timeas ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam, et certiorem perveniamus.

**H**inc Nobilis Domina Marchionissa Du Chastelet supra sexum cogitans in suis physicis institutionibus inquit: Quando persuasa che un buon intelletto per debole che ancora egli sia trova maggior piacere, e contentamento in un raziocinio chiaro e preciso che in una affettata eleganza o vivezza inopportuna. An non pudebit homines occultare in veritate, quam clarius videt femina? Nunc quis poterit serio negare veritatem minoris? ergo disputatio dialectico syllogistica fit juxta etc.

93. **H**inc formidantes Haeretici vires nostrae disputationis Scholas Theologicas ea attentius probris, dictoriis, convitiis, et calumniis impudentius onerarunt. nam Wiclefus inter articulos a Concilio Constantiensi damnatos eas vocitat: Castra Cainitica. Lutherus Libro 2 de Abroganda Missa comparat Lupanaribus, ejusque discipulus Melancton in sua Apologia blaterat: Parisiis natam esse profanam scholasticam, inde obscuratum Evangelium, fidem extinctam. Denique omissis aliis Sectariis, Calvinus in suis institutionibus evomit: Tota Papatus Theologia immane est chaos, et horribilis labyrinthus, quia neglecto Christo, sibi inanibus ac vanitatis speculationibus indulget. Heu frontes hominum! studiosis ipsis serio suadentes oves, ut a se arceant [illegible] et non necessariis Molossorum contubernium.

**N**eque caruit effectu blasphemus, et calumniosus eorum sermo; nam testibus Bzovio parte 4, Tomo 2, Pagina 422, et Bernino in historia Haeresum Tomo 4 Pagina 584 in Germania apparuit sera nondum visa, nempe famosum Seculi Lutherani anniversarium. Cum enim **Paulus V. Summus Pontifex 1627** ad furorem Dei placandum, ejusque gratias obtinendas Jubilaeum

promulgasse, Joannes Georgius Saxo Elector aliud iubilaeum impie edixit a Lutheranis celebrandum. Rebus diebus orationum ac ieiunii in solemnem gratiarum actionem, ac pompam Lutheranae Rebellionis ab Ecclesia Dei: Quia tum annus 100 ab Lutheri Apostasia effluxerat, curavitque (ad perennandam tripudii memoriam) cudendam monetam auream, et argenteam cum hac Epigraphe Seculum Lutheranum 1617, quod disputationibus, iurgiis, et compotationibus, non bonis operibus celebratum est. (verba sunt Brietii loco citato) Hae disputationes Lutheranis dignae, compotationibus facta laetiores.

**A**d magis tum augendam disputationum laetitiam probabile est interfuisse Sutores, et Mulierculas magistros Theologos Lutheranos; nam docet Melchior Cano De Locis Libro 9 Capite 3

» In Germania regnante Luthero, accidit, ut Sutores, qui novum testamentum memoriae mandarant magni, et
» praeclari Theologi haberentur, atque adeo Mulierculae, quoniam Evangelia, et Paulinas Epistolas memoriter recitare
» poterant, omnes Academiarum Theologos ad disputandum provocarent, auderentque viris concurrere, non Virgines,
» sed Mulieres confidentissimae. Talis est Lutherana Theologia etc. praesertim tibi dicens Cano; Illorum et nunc habere
a Lutheranis Theologos ingenio et mentis acie praestantissimos, qui divinarum, et humanarum rerum ordinem, neram causas, effecta nullam perlustrarint, sed etiam comprehenderint. Haec sunt Lupanaria et non Sacraria Scholasticae Theologiae.

**C**um autem has tripudia viderent Calvinistae, Lutheranis posteriores, et Seculi nondum
» elapsi a sacrilega Calvini Apostasia pompam celebrare non possent, criminosas Pontificiae Potestati disputationes
» argutiis reiectis, fecerunt in solemne laetitiae argumentum. Factum refert Bonini Loco supra citato. En verba illius.

**L**i Calvinisti molto posteriori a Lutero non potendo anche essi indi-
» care simil festa al lor partito, e dall'altro canto non volendo giacer in ocio nella condizione di tanto
» giubilo per il sottratto giogo del Pontificato Romano, il Conte Palatino Antesignano di essi,
» in quel medesimo tempo ordinò dispute dottrinali contro la Podestà Papale, in forma non
» di argomenti, ma di conclusione, in cui per quiete e gaudio de Garionanti si registravano li
» motivi, e le cagioni della loro sottrazione dall'ubbidienza del Papa. En disputationes natas ad
» celebranda errorum, haeresum, et peccatorum tripudia, quas in scholas nostras intrudi curant non nulli.

**H**uiusmodi Praeceptores habent parcule illi Ortodoxi qui incaute
» hoc in bello cum speculativa Haeresi dant manus, aut quia nunquam ingressi Philosophiae,
» aut Theologiae Sacrarium, aut aliquando ingressi primas sedes, non sunt adepti ob eas rationes,
» quas tacite apud se agnoscunt, sed salvi exhibeant tibi profundos Theologos Modernos.

94. **S**ed signum maioris gloriae est id, quod omnes Heretici detestantur, ait
» olim S. Augustinus D. Hieronimus Epistola 141. Qua propter Summus Pontifex Sixtus V in sua

> constitutione 26 (postquam premisit quod Deus Ecclesiam suam per saeculorum aetates prout opus est, novis beneficiis auget novis praesidiis instruit, quod inventa est Scholastica Theologia, quam prae caeteris in Sanctorum numerum relatis ait excoluisse, ornasse, disposuisse, et pulcre explicatam posteris tradidisse Sanctos Doctores Thomam, et Bonaventuram, quam proptrema dicit **P**ontifex his periculosis temporibus per necessariam Catholicae Fidei dogmatis confirmandis, et haeresibus debellandis refellendisque (in sua ingrua constitutione ex ipso Henricorum timore explicat ut opportet dotes nostrae disputationis, quam nos tanto magis defendere debemus, quanto magis eam persequuntur Adversarii Heretici; ait enim
>
> **E**t profecto rem ita se habere ipsimet veritatis inimici sunt Judices, quibus Theologia Scholastica maxime est formidolosa, qui profecto intelligunt aptam illam, et inter se nexa rerum et causarum cohaerentia, illo ordine, et dispositione, tanquam militem impugnando instructione, illis dilucidis definitionibus, et distinctionibus, illa argumentorum firmitate, et acutissimis disputationibus (en dotes verae disputationis) lucem a tenebris, verum a falso distingui, eorumque mendacia multis praestigiis, et fallaciis involuta, tanquam veste detracta patefieri et denudari (en fructus eiusdem disputationis) Inde infert quasi cum praecitato S. Hieronimo ita prosequens: quanto igitur illi magis hanc munitissimam Scholasticae Theologiae arcem oppugnare, et evertere conantur, tanto magis nos decet hoc invictum Fidei propugnaculum defendere, et hereditatem Patrum Nostrorum conservare et tueri. Haec **S**ummus **P**ontifex non minus se ipso digna, quam Sacra Theologia, et Syllogistica Disputatione

**R**idendi itaque sunt aut sibilandi dicentes, Scholasticos subtilis distinctiunculis, et definitiunculis, amittere Italicum Philosophicum necesse esse, quasi vero iis subtilis, et Theologos Theologicum, et Jurisperitos Legale, et Geometras Geometricum Italicum amittere necesse non esse. nam ex principiis omnia. Quare Doctissimus Cardinalis Pallavicinus in Historia Tridentini Concilii Libro 8 Capite 2 docet: *Siccome ne corpi, così ne discorsi quanto più si diuide, tanto più vien esposto nella superficie ciò, che stava riposto nella profondità.* Et Libro 23 Capite 9. *Chi ha per se la verità cerca la chiarezza e questa suol esser compagna della distinzione.* Quid ad haec huiusmodi Scholasticorum Osores? quos precor benigne audire eundem Cardinalem Libro 17 Capite 8 aientem: *Non si trova al Mondo maggior abondanza, che di persone, le quali vorrebero esser i Riformatori del Mondo.*

**S**ed accum istud contra exactam disputationem et Dialecticam regnare coepit a primis Ecclesiae Saeculis in cordibus impiorum, qui verae Christi Religionis Fundi persequebantur. A Saeculo enim 4. Libro 1 contra Cresconium Grammaticum Hereticum Donatistam Capite 6 clamat Magnus Augustinus: *Falsitas, quae nudari et redargui metuit, eorum vitiorum nomine, quae veritas damnat dilligentiae veritatis*

accusat. Ubi moneo, laudatum S. Doctorem formatum celebrem librum contra praedictum petulantissimum Hereticum scripsisse ad dissipandas iustas criminationes, invectivas, et imposturas, quibus impudens ille Grammaticus Dialecticam afficiebat. Summatim itaque dabo vobis Doctrinam octo capitum eius libri, ut duo pateant primo quid sit Dialectica, eiusque usus 2do ut constet Heterorum ipse primos Dialecticae osores, a quibus Moderni quidam probra, schomata, et convicia didicerunt.

95. Incipiamus itaque a pulcherrimo loco capitis 13, ubi sic Augustinus Cresconium aggreditur: Quid enim est aliud Dialectica quam peritia disputandi? Quod ideo Cresconi putavi, quia etiam ipsam mihi obiicere voluisti, quasi Christianae non congruat veritati, et ideo me Doctores vestri velut Hominem Dialecticum merito fugiendum potius, et cavendum, quam refellendum, revinciendumque censuerint. Quod eam tibi non persuaserint, nam adversus nos etiam scribendo disputare non piguit; hoc tamen in me Dialecticam criminatus es, quo fallaciis imperitos, illos laudares, qui disputatione mecum congredi noluerant. Sed hi videlicet non Dialectica utuntur, cum contra nos scribunt? Ut quid ergo te in tantum disputandi periculum proiecisti, cum disputare non noveris, aut si nosti, cur dialecticus Dialecticam criminaris, ita vel temerarius, vel ingratus, ut aut impendas quia vinceris non refrenes, aut doctrinam qua iuvaris accuses? Ita Augustinus argumentatione se ipso digna castigat Cresconii petulantiam.

Hinc capite 14 ostendit, Apostolum Paulum fuisse Dialecticum, inde arguit Cresconium ibi dicens: Iam cave cuiquam Dialecticam pro crimine obiicias, qua usos Apostolos confiteris. Capite 15 tradit ideam Disputationis. Capite 16 assignat discrimen Rhetoris a Dialectico in eo positum quod ille late diffusius; iste vero presse atque constricte disputat. Capite 17 demonstrat Christum adversus Iudaeos agentem fuisse Dialecticum. Capite 18 explicat, quomodo de ore fallacium male eius interrogantium: an liceret reddere tributum Caesari veritatem expressit.

Hinc capite 19, praeoccupatis evasionibus Cresconii, vocem attollit ac Grammatici impudentiam ita restringit: Dic nobis tandem, quid sit Dialectica, et quantum mali habeat, quantum noceat, quam fugienda sit doce, cuius nomen invidiose solisque ignorantibus crimen ostende quae sentibus. Heu aurea verba vere digna tanto Doctore! Sed quae repetita non possunt prurientis Dialecticae osoribus, quia poco giova al Medico haver una buona medicina se l'infermo la ricusa, e non può esser sforzato a pigliarla. Ratio est Pallavicini libro 13 Historiae Tridentinae capite 14. Denique capite 20 sic exponit Dialecticae usum: Hanc ergo artem quam Dialecticam vocant, quae nihil aliud docet quam consequentia demonstrare, sive vera veris, sive falsa falsis nunquam Doctrina Christiana formidat; sicuti eam in Stoicis non formidavit Apostolus. Hactenus Sanctus Doctor

96. Quid ad haec Dialecticae, et exactae disputationis inimici? Numquid Augustinum laudare Dialecticam, sed non nostram disputationem? sed an imperitia falli non puto, sed fallere astutia. (ibidem Sanctus Doctor contra Cresconium) qui vestris improbant artem, quam disputando exercent (hic repete primum locum) sed hoc quid est aliud (prosequitur ibidem Sanctus Doctor) quam indoctis praetentare fallaciam doctis iniuriam? Doctè ergo attendite.

De ea Dialectica loquitur Augustinus, quae ex ipso ibidem est veritatis a falsitate discretio de eo Dialectico, qui pressè et constrictè disputat; sed huiusmodi est disputatio Dialectico syllogistica, sicuti disputatur in nostra sententia; ergo S. Doctor laudat nostram disputationem. Sed capio iam Adversarios, qui Dialecticam et nostram disputationem criminantur, quia timent ut Chrysippum celebrem Stoicum Dialecticum timebat olim Carneades qui hanc habebat sententiam, ut quando cum illo (Chrysippo) sibi esset disputandum, elleboro purgandum corpus esse censeret; caeteros autem vel praesens superavit. Verba sunt Sancti Augustini in Libro citato contra Cresconium Capite XIX.

97 Hinc Natalis Alexander Tomo 8 in Folio, in Historia Ecclesiastica Seculi XV, et XVI Dissertatione IV Articulo 2 recensendo acta Florentini Concilij refert hoc decretum circa famosam disputationem Latinorum contra Graecos, in qua Joannes Theologus disputavit pro Latinis contra Marcum Ephesinum Theologum Graecum refert enim decretum: Placuit Synodo Dialectico more fieri congressum, ut sermones prolixiores vitarentur. Hinc eadem nostra disputatione usi sunt Coram R. Pontifice disputantes P. Bastida Societatis Theologus, et P. Lemos Theologus Dominicanae Familiae in Celeberrima Controversia De Divina Gratia et Libero Arbitrio. Hinc Scholae cum Mathesi, tum Philosophiae, tum Theologiae, sicuti Ordines Regulares eam adoptarunt, et semel adoptatam conservant, ut medium necessarium patefaciendae veritati, et denudandae falsitati.

98. Ubi nequeo, quin vos exorem sedulo notare genium, morem et artem criminandi ignorata frequentem, et falacem in quibusdam Transmontanis, qui a se dissentientes pro fungis habent, et insectantur, dum libros, seu infantes excogitatos absque scheda Baptismatis, idest sine approbatione Censoris, sine loco impressionis, sine nomine Authoris luci exponunt libros, qui albento uoccum cortice spirant zelum veritatis; sed in recessu penetrali propinant venenum. Libros tali arte factos, ut Lectorum mentes sale, lepore, eloquentiae venustate, rerumque diversarum centone illectos ab adiscendis sanis principiis, ac introspiciendis Doctrinae recentes distrahant et avertant. Heu mos sanae et verae scientiae fatalis? Heu ars capiendis adolescentibus, et popularium

docti Jussenandis accomodata." Quis itaque huiusmodi Libros ut pestes non fugiat." Nunc tandem

## Paragraphus Tertius

## Momenta Adversaria

Opponunt itaque primo Moroses, ac Delicati, quibus Philosophiae, ac
99 Dialecticae subtilitates genus omne displicet (verba sunt Eruditissimi Velasii Theologiae Dogmaticae Principii desumpta ex Capite 3 eiusdem prolegomenon Theologicorum Dogmaticis)
Opponunt itaque primo illud Apostoli ad Colossenses 2. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, et non secundum Christum
Inde illud prima Corinthiorum 2 Ut Fides vestra non sit in Sapientia hominum. Quo ultimare videtur illud Psalmi 118 Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut Lex tua Domine. sed tamen Philosophia, quam Dialectica est sapientia hominum, immo Dialectica est inanis fallacia; ergo etc. Hoc autem ostendunt Patres.

Tertulianus enim in Libro de Praescriptionibus Capite 7 ait.
» Infoelicem Aristotelem, qui illis Dialecticam instituit artificem struendi, et destruendi
» versipellem, in sententiis coactam, in coniecturis duram, et argumentis operariam
» contentionum .. Viderint, qui Stoicum, Platonicum, et Dialecticum Christianismum
» protulerunt. Divus Gregorius Nazianzenus Oratione 26 scribit In Ecclesiam irrepsisse
» captiones sophisticas ac pravum artificium Aristotelicae artis, et huius generis alia

Divus Gregorius Nyssenus Libro 2 contra Eunomium Tomo 2 Pagina 72 saepius exprobrat assertiam Eunomio, quam a se negligi, et damnari sic asserit. Ingenue et sine rubore fatebitur, neque .... neque Dialectica subtilitatis argutias ad auxilium contra Adversarios pretendere, quae et veritatem in mendacii suspicionem apud imperitos traducit.

Sanctus Ambrosius De Arianis loquens Libro 1 de fide Capite 3 inquit Omnem vim venenorum suorum in Dialectica Disputatione constituunt.. Regnum Dei in Simplicitate fidei est, non in contentione sermonis. Idem in Psalmum 118 columna 1521 de iisdem docet. Reliquerunt Apostolum, sequuntur Aristotelem. Reliquerunt Sapientiam, quae apud Deum est, eligerunt disputationis tendiculas, et aucupia verborum secundum Dialecticae disciplinam. Augustinus Sermone 87 De Tempore quasi pingit supra dicta scribens Philosophiae artis astutiam, quae minutis ac subtilibus verborum stimulis aures terebat, et tanta caliditate circumvenit, ut decepti quique nec videant, nec intelligant unde decipiuntur. Hinc concludant Elegantissimis hisce versibus, quibus Prudentius Dialecticam mandat Hereticis, et segregat a Catholica Pietate in Praefatione ad Apotheosimum.

Fides minutis dissecat ambagibus,
Ut quisquis linguâ est nequior:
Solvunt, ligantque quaestionum vincula
Per syllogismos plectiles
Vel captiosis sycophantarum strophis.
Vel versipelli astutiae.
Nodos tenaces recta rumpit regula
Infesta disertantibus
Idcirco Mundi stulta delegit Deus
Ut concidant sophistica.

100 Confirmabunt, primo quaerendo, an utendum sit Philosophia, et Dialectica Platonica an Aristotelica, an Cartesiana etc, sed non primo, quia ex Historia Ecclesiastica habemus ex ea tribus primis Ecclesiae seculis natas sunt variae haereses, nam ex illa prodierunt Simoniani, Valentiniani, Marcionitae, Manichaei et alia nominis Christiani dedecora; sed neque Aristotelica quia ex hac emerserunt Arius, Aetius, et Eunomius, omnesque posteriores haereses. Sed neque Cartesiana, quia teste Wolfio ex ea natus est Spinosismus; ergo ut pestis humani ingenii rejicienda Dialectica, et hinc etc. Augebunt etiam hanc invidiam cum Erasmo congerente varias quaestiones ut inutiles, et nullius pretii, inter quas enumerat istas an Deus condere possit infinitum, an potuerit condere Mundum ab aeterno, an condere possit creaturam creantem, vel hominem impeccabilem, et similes quas improbat, quia satius est bene vivere quam haec tradere; Deum religiose pieque colere quam ejus omnipotentiam investigare; ergo etc.

101. Verum antequam respondeam in forma ad hanc fallaciam accidentis, praemitto Christi mandatum Joannis 5: Scrutamini Scripturas, quibus verbis jubet scrutari Sacram Scripturam; scrutari autem Scripturas ex citato Petavio in dictis Prolegomenis est illas argumentando legere. 2do praemitto S. Petrum monere nos in prima Epistola Capite 3. ut parati semper simus ad satisfaciendum omni poscenti rationem de ea, quae in nobis est spe, idest ad reddendam rationem ejus fidei, quam profitemur. 3tio S. Paulum Capite 1 Epistolae ad Titum aientem, Ecclesiae Doctorem debere exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt arguere. Sunt enim multi inobedientes vaniloqui et seductores ... quos oportet redargui .. quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide. Hoc autem fieri nequit vel aptius absque ratiocinio, quod docent Dialectica, et Philosophia.

Jam vero cohaerenter ad haec loca scribit S. Joannes Damascenus Dialogorum Capite 1: Decet Reginam Ancillis quibusdam uti Ministris, Accipiamus igitur doctrinas istas tamquam

» veritatis fabulis, et impietatem, quæ tirannico dominatu solis eas usurpaverat procul amandemus;
» neq bono male utamur, nec ad circumveniendos simpliciores convertamus artem illam disputandi
» Ac tametsi neutiquam variis istis sophisticis inventis veritas opus habeat, nihilominus ad
» avertendos malos illos impugnatores, et ad falso nomine apellatam istam repellendam
» scientiam illis utemur (idest Philosophiæ, et Dialecticæ præsidiis) Hactenus Damascenus.

**S**ed hæc prænoverat iam S. Augustinus libro 2 de Doctrina Christiana Capite 31 aiens: Disputationis disciplina ad omnia genera quæstionum, quæ in libris Sanctis sunt, penetranda, et dissolvenda plurimum valet. Tantum ibi cavenda est libido rixandi, et puerilis ostentatio decipiendi. His itaq relatis, et omissis aliis plurimis locis, quæ possent afferri, manifestum est, Patres non opponi Patribus, qui omnes uno ore detestantur, ac reiiciunt abusum Philosophiæ, et Dialecticæ in damnum Religionis, et abusum simplicium.

102 **B**ifariam vero impietas abuti potest prædictis disciplinis primo ita ut [illegible] credendi ratio fingatur humana sapientia, et non credatur, nisi quod humana ratione assequi, et probari potest; sed hæc carnalis mundana, et animalis sapientia primo adversum Christum stultitia [illegible] S. Joanne Chrisostomo Tomo 6 Homilia 2 et S. Augustino Sermone 147 De Tempore dicente In homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cernendi. Quod solent videre credunt. Quod non solent non credunt. Secundo ita ut disciplinæ, quæ indole sua sunt rationum, et argumentorum veritatis conservatrices in sophisticam, litigiosam et vanam artem decipiendi rudes ac simplices in Religionis negotio ut impie faciebant olim Heretici et Pagani ad fidei eversionem.

**Q**uapropter S. Patres zelo accensi, dum viderent Philosophiam, et Dialecticam exagitare reprobant utrumq prædictum abusum. Primum, ut Fides præcedat veluti Regina, sequantur autem Philosophia et Dialectica, quæ recte rationis usu Fidem tueantur, protegant, et persuadeant; Unde S. Augustinus Epistola 122 ait: Rationabiliter dictum est per Prophetam: nisi credideritis, non intelligetis. Ubi procul dubio discrevit hæc duo, deditq consilium, quo prius credamus, ut id, quod credimus intelligere valeamus. Proinde ut Fides præcedat rationem rationabiliter visum est. Secundum etiam, ut desinat astuta impietas fallere, ac circumvenire rudes ac simplices, sicut patet ex ipsis locis oppositis, in quibus elucet sola vanitatis astutia a Patribus reprobata. Hinc S. Clemens Alexandrinus Libro 6 Stromateon Pagina 500 separat solidam Philosophiam a sophistica, vanitate, a qua, in primo Stromateon ait, etiam Apostolum segregasse divinam Sapientiam in Epistola 1 ad Thimotheum, sicut in eodem opere 286 inquit idem Sanctus Apostolum fecisse idipsum, cum monet, ut fideles caveant ne per Philosophiam seducantur, ubi loquitur de Epicurea, et non de sincera, sana, et solida Philosophia.

103. Nunc an non pudet Adversarios opponere loca Patrum, quae vel propter tarditatem non intelligunt, vel nequitia ut calumnientur dissimulant? ait Dionysius Petavius in loco supra citato. Quid enim ex abusu colligent? an non Haeretici abutuntur Sacra Scriptura? an non impii abutuntur Sacramentis? attamen quid sanctius illa, et istis? Quare ex abusu nihil concludi potest contra Philosophiam et Dialecticam. Hinc diruta est etiam prima confirmatio, tum quia nec Platonica, nec Aristotelea Philosophia, utpote humanae Fidei destitutae, sunt sana Doctrina, tum quia iisdem abusi sunt Haeretici, et impius Spinoza abusus est Cartesiana ad cudendum suum errorem impietate et phanatismo plenum.

104. Ad additum ex Erasmo (de quo est illud dictum. Aut Erasmus Lutherizat, aut Lutherus Erasmizat, quod libenter non gustabunt delicatuli Adversarii) ad additum inquam, dico quod si dictae quaestiones, et aliae Theologico speculativae, quas enumerat Erasmus, sunt indignae, inutiles etc., vituperanda hinc est maxima pars Veterum Patrum, qui dimicarunt contra haereses illas, unde natae sunt illae quaestiones, quarum aliquas fusius ac subtilius quam fit in Scholis examinarunt. An contra Sabellianos, Arianos, aliosque Trinitatis Hostes defendi poterat Catholica Fides absque limata notitia Trinitatis, naturae, hypostasis, personae, essentiae, relationis etc. de quibus Metaphysica subtiliter disputat? numquid absque eadem doctrina (quam alias vident delicatuli nostri adversarii) domari poterant haereses Apollinaris, Nestorii, Eutychetis? sed Graeci postea callentes Aristotelem de Personarum Processione litigare coeperunt ut Spiritum Sanctum dicerent a Solo Patre procedere. Non ne statim ad resistendum illis opus fuit disputare de principii unitate quod erat fundamentum eorum argumentorum? ergo etc. Ad adiectam postea rationem dico de moribus et satis neminem disputare. Quare delicatuli Adversarii ignorant etiam Melanchtonem. Hinc patet Adversariorum miseria. Merito itaque P. Petavius ortatur illos ut stulti molesti esse desinant.

105. Opponis 2do. Ea disputatione utendum quam praescribunt Eruditi Moderni Fleuri, Mabillonius, aliique, quae planior et facilior est, qua vitantur importunae terminorum repetitiones, et vocabulorum barbaries, abbreviantur objectiones etc. non autem ea quae spinosior, subtilior, et magis metaphysica est, quae lepore et venustate dicendi non allicit, sed acri subtilitate detorquet ingenia quae proinde in eius usu pauca reddit felicia; sed prima est Socratica, 2da Dialectico-syllogistica, ergo etc. Confirmatur primo. Quaeso comparatur scientia Disputatione Socratica, ac nostra, imo melius, et firmatius illa, quam nostra; nam in ea facile interseri possunt varia diversarum facultatum principia; ergo etc. 2do. Logica non est necessaria comparandis scientiis ergo nec disputatio nostra; ergo etc.

106. Respondes negando maiorem quoad utrumque membrum; quoad

primum habens multas partes, quarum primam absolute nego, quia ea disputatione utendum quam utuntur Theologi, quam laudant Summi Pontifices, Concilia, et Patres, quae tenent Heretica etc. Ceterum Mabillonius ait solum quod satius forsitan esset non agere absque revera disputandi methodo; immo hoc judicium in suo opere de studiis Monasticis debite pronunciatum submittit peritioribus in hac arte, et ad solos Monachos restringit ad tuendam pacem, et fovendam eorum charitatem operam. Nego etiam absolute 2dam ex nº 98. 3tia vero quoad terminorum repetitiones supponit falsum, nam vitari posse terminorum repetitiones in ratiocinio, ut patet ex Dialectica, illas itaque male opponit Fleury in suo Tractatu de Studiis

Quod autem spectat ad vocabulorum barbariem, quaero vel haec vocabula barbara sunt vocabula artis, vel non? si 2dum vitari possunt in omni disputatione. Si primum nec possunt, nec debent vitari, quia determinatam habent significationem ad evitanda aequivoca, et ex arte inventa sunt ad dirimenda dissidia, cum synonimas voces non habeant, talia autem vocabula sunt in Philosophia Subsistentia, Potentia Obedientialis, Relatio etc. Ad ultimum dico, Socratica disputatione defendi nervos et artis difficultates, quas contrahit syllogismus; ergo maior quoad primam partem etc.

107. Quoad 2dum etiam, quia subtilitas Dialectico-Methaphysica (Teste Moderno edito 1750) displicet iis, qui decoro aulico student, et est inutilis iis, qui aures, et sermonum suavitates sectantur; non autem iis, qui serio meditantur veritatem, rerumque rationes profunde investigant. Hinc Dialectice canones primis sunt minutie, aliis vero regule necessarie, utpote methaphysica subtilitate eruti, ac stabiliti. Quare supervacitatem Marchionissa merito arguit in fine preambuli hominem significat aiens: La quantità onde coperte sono alcune parti della Methaphysica servono di pretesto alla dapocagine de più degl'huomini per non istudiarla. Annon supra sexus cogitat Virilis Femina? minima quippe putanda non sunt sine quibus maiora non constant. Ad additum de lepore et venustate dicendi, dico, quod quae haec quaerunt, adeant Doctos, et non Philosophos, quibus veritas nuda placet, et non vocum fuco dealbata.

108. Ad illud postea, quod acri subtilitate deterreri ingenia, et pauca vidit in eius usu felicia, dico, oppositum patere ex subtilissimis disciplinis Theologia, Methaphisica, Mathematica etc., in in quibus tot ac tanta excelluerunt hominum ingenia. Verum adversarius haec opponens vel loquitur de rudibus, vel de tardis, aut mediocribus, vel de bonis, ac preclaris ingeniis. Si primum quid? de lapidibus istis suscitabit filios Abrahe? Si 2dum: haec legant, cogitent, ac recogitent, nam gutta cavat lapidem non vi, sed saepe cadendo, secus imitabuntur eos, qui, ne bene agant, fingunt laborem in praecepto. Si denique 3tium: tantum abest, ut subtilitas deterreat preclara ingenia, ut immo ea moveat, ac invitet ad seriam meditationem; De minimis enim non curat Praetor. Ceterum ubi non est tanta difficultas, ut teste Adversario Fleury, valde arduum

est, ipsos etiam ingenio tardiores in argumentis ad formam reductis errare? Hinc iuvenes fastidientes exactam meditationem, ac Dialectico-Methaphysicam subtilitatem evadunt Musici d'aria, non già d'arte, o di scienza, ut de quibusdam Regulis ait Doctissimus Cardinalis De Luca in suo opere, cui titulus Il Dottor Volgare.

109\. Ad primam confirmationem nego antecedens, quia Disputatio Socratica ea, qua opus est, subtilitate nec introspicit rerum essentias, nec descendit usque ad ultimas differentias, nec accurate infert ut necesse est, ad acquirendam scientiam cum declinet Methaphysicae et praesertim Ontologiae principia, in quae, docente Wolfio in sua Ontologia, tandem resolvuntur omnes scientiae naturales, et matheses ipsa, haec autem non declinat, sed exequitur Disputatio nostra: tum quia nec ea claritate et ordine exponit veritates, nec eo valore ostendit earum nexum inter se, sicuti facit Disputatio nostra. Tum quia vagando per quaesita nunquam sistitur in limando, ut opus est, unius principii veritate. Hinc Disputatio Socratica iam pridem obsolevit teste Leibnitio. Falsa est ergo prima pars antecedentis.

A fortiori itaque falsa est 2da, quia vera scientia refugit fucum, et ornatum verborum, quae duo relinquit Poetis, et Oratoribus unice inquirens veritatem. Quod autem spectat ad interpressionem plurium diversarum facultatum principiorum in Disputatione Socratica, dico id esse il Guazabuglio di varie facoltà, quod vigere videtur Regnans Summus Pontifex Benedictus XIV. Tomo 3, notificatione I ubi pertractat illorum qui pueros saltare docerent, antequam didicerint ambulare; optime enim novit Summus Pontifex veritatem Adagii, qui plures lepores insectatur nullum capit. Ad 2dam confirmationem nego antecedens loquendo de necessitate morali, et de scientia in statu perfecto: quia videntur superflua substantiae rerum quae necessaria sunt integritati perfectionis earum, ut fontes in Urbe, frondes in arbore, etc. quae, licet necessaria non sint ad substantiam urbis et arboris, sunt tamen necessaria ad integritatem earundem perfectionem; ita Canones Logicae, abstracta principia, et subtilitas quibus limatur veritas in nostra disputatione sunt necessaria ad integram scientiae perfectionem, et faciendam quasi veritatis anatomen; ergo etc.

110\. Ut quid ergo nonnulli tanto rumore obstrepant contra Dialecticam, et syllogismos formales? ut quidem primo quia quasi infirmi tacto ulcere clamant, non enim pati possunt disputandi subtilitatem; sed quoad hoc audiant Ciceronem ipsum libro 2 de Officiis hoc dicentem: Alia est illa cum veritas ipsa limatur in Disputatione subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis accomodatur oratio. (De hac autem populari disputatione subdit) popularibus autem verbis est agendum, et usitatis cum loquamur de opinione populari; sed in disquisitione veritatis non agitur de opinione populari ut est certum; ergo in disquisitione veritatis subtiliter disputandum ex ipso Oratore secundo, quia primum huius consilium ad opprimendam veritatem est illum spoliare armis, et artibus, quibus Philosophum Christianum praesertim munit Dialectica,

qua utentur Scholæ; verum C. Melchior Cano capite 8 de locis Theologicis docet: Connexæ semper fuerunt post natam Scholam Scholæ contemptio et hæresum pestes: ut patet etiam ex nº 93.

Tertio ne erubescant se a Dialectico vinci. sed opportune S. Augustinus capite 17 supra citati libri contra Cresconium ait: Cum enim quisque suis responsionibus vincitur, et si male respondit non habet quod imputet disputatori, sed sibi. Huius autem rationem reddit capite 20 scribens: " Verum est, neminem disputando ad conclusionem falsam cogi posse impelli, nisi prius consenserit falsis, " quibus eadem conclusio, velit nolit, efficitur, ac per hoc qui cavet, ne se loquente consequantur falsa, " qua non vult, videns falsa caveat, quæ præcedunt. Si autem præcedentibus veris inhæsit, quæcumque consequentia perspexerit, quæ falsa existimabat, vel de quibus dubitabat, admonitus amplectitur, si veritatis est pacatissime amicior, quam contemptissime vanitatis. Ita S. Doctor Cresconium docens instruit Dialecticæ osores, quod si isti audiant, sed adhuc obstinate persistant criminando Dialecticam, nos imitabimur prudentem Medicum, qui non movetur clamoribus phreneticorum. Nunc tandem sit.

# Dissertatio Ultima

## De Natura, Proprietatibus, Obiecto, et Fine Philosophiæ

Philosophiam esse rerum divinarum, et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur scientiam (concedunt Veteres, et addunt Moderni ut eam distinguant a Theologia) ex lumine, et principiis rationis naturalis derivatam. Quare placet cum communi supponere Philosophiæ definitionem, et duas solum eiusdem proprietates expendere, an scilicet sit scientia, et an practica, vel speculativa; indeque examinare eiusdem obiectum, et finem.

## Caput Primum

### Statuuntur Duæ Physicæ Proprietates

### Paragraphus Primus

### Necessaria

1. Præter definitionem, et divisiones scientiæ Dissertatione antecedenti traditas, notandum, scientiam aliam esse speculativam, et aliam practicam; aliam adæquatam, et aliam inadæquatam; aliam subalternantem, et aliam subalternatam. Speculativa est, cuius finis est veritas, idest quæ indole sua sistit in pura contemplatione veritatis obiecti, quoad ipsius essentialia, vel propria attributa, licet ab extrinseco ordinari possit ad opus. Practica vero est, cuius finis est opus, scilicet quæ natura sua dirigit cognoscentem ad opus præscribendo regulas, aut docendo modum faciendi opus, quod est eius obiectum.

2. Ubi moneo ad cognitionem vere practicam tria requiri. Primo vel cognitio natura sua, vel fine facultatis, cuius est pars, ordinetur ad opus: secundo ut opus sit factibile

3tio ut sit factibile cognoscenti; quidquid in oppositum clament, qui, opus voluntatis concedunt, sed negant opus intellectus esse obiectum practicae cognitionis. Practicus enim est opus naturae intellectualis a ratione dirigibile, et non opus potentiae ab intellectu distinctae, ut putant Thomistae, et Scotistae ad tuendum positum.

Neque dicant ex Aristotele intellectus extensione fit practicus; nam primo non invenitur locus ille in Aristotele, 2do etsi inveniretur, quid tum? 3tio locus ait, intellectus fieri practicum extensione, non solum quo cum non potuerit intellectus fieri practicus dirigendo suos actus per alios, quin extendatur ad actus distinctae potentiae? Angelica cogitatio est essentialiter speculativa, et non praxis sed de hoc nunc disputamus.

3. Scientia vero adaequata est complexum actuum et habituum partialiter constituentium disciplinam, sicuti hic vel ille actus, aut habitus est scientia inadaequata. Scientia subalternans est quae sub se continet subalternatam dictam etiam subordinatam. Infinita autem una scientia subordinatur alteri, nempe ratione finis, ratione obiecti, ratione principiorum. Ratione finis, quando una scientia intendit, velut suum extrinsecum finem, finem alterius scientiarum: et sic Dialectica subordinatur aliis scientiis. Ratione obiecti quando obiectum unius scientiae continetur sub obiecto alterius, et sic omnes scientiae naturales subordinantur Metaphysicae, quia sub huius obiecto continentur earum omnium obiecta. Ratione principiorum tandem, quando una scientia mutuatur principia ab alia, et sic omnes scientiae naturales subordinantur Metaphysicae, quia omnes ab ista mutuantur principia.

## Paragraphus Secundus

## Duae Conclusiones.

### Prima

4. Philosophia est vera scientia. Conclusionem hanc seu Philosophiae proprietatem solum negare sit Scepticus Ipsius.

### Fundamentum.

Ea facultas est vera scientia, quae multa certo, et evidenter demonstrat et aliis disciplinis tribuit demonstrationis principia, sed huiusmodi est Philosophia ut ex huius decursu patebit; ergo Philosophia est vera scientia. Antecedens facultas includens intelligentiam et sapientiam est vera scientia; talis est Philosophia, ut postulo nunc ex decursu; ergo etc. Nec obest, quod ea comparative ad actus opinativos paucos habeat scientificos, nam ad rationem scientiae in disciplina non est opus, ut omnes eius actus sint scientifici; secus nulla facultas esset scientia; sed sufficit ut vel sint plures, quam denominatio scientiae fit a potiori in casu quoad dignitatem, et non quoad numerum actuum.

An dices: Conclusio est probabilis, si vel una praemissarum sit probabilis; ergo Philosophia est opinionum congeries cum actus probabiles longe plures habeat quam scientificos. Disparitas enim est, quia conclusio quoad veritatem, evidentiam, probabilitatem etc. unice pendet ex influxu eius simultaneo, quem habent praemissae,

ergo sicut una istarum est probabilis, premissæ non habent simultatem evidentiæ, certitudinis etc.; ergo hanc non influunt; ergo influunt probabilitatem quam habent. Contra denominatio scientiæ in disciplina non pendet ab actibus opinativis, sed a scientificis dumtaxat; ergo etc. Hinc non est ad rem proloquium: Bonum ex integra causa et malum ex quolibet defectu, quia actus probabiles non constituunt scientiam.

## Secunda.

5. Philosophia est practico speculativa. Propositio ista debet esse certa, quia ea facultas est practico-speculativa, quæ partes habet practicas, et partes speculativas; sed Philosophia habet partes practicas, et partes speculativas; nam partes Philosophiæ sunt Dialectica, Statica, Mecanica, Ethica etc., sicuti Ontologia, Theologia naturalis, Physica generalis etc.; sed primæ quatuor partes sunt practicæ, et tres posteriores sunt speculativæ vel possibilo; ergo Philosophia est practico-speculativa. Andices? Practicum, et speculativum sunt differentiæ ultimo dividentes scientias, sicuti rationale, et irrationale sunt tales differentiæ animalis, ergo sicuti istæ componi nequeunt in eodem animali; ita illæ in eadem scientia.

Jam falsum est antecedens, quia licet tales differentiæ supponantur esse pure practicum, et et pure speculativum (quæ tamen sunt differentiæ subalternæ) tales non sunt partim practicum et partim speculativum, quia Philosophia est una scientia adequata unitate ordinis, et compositionis moralis resultans ex pluribus partibus inter se ordinatis, quarum aliæ sunt practicæ, et aliæ speculativæ ex distincto etiam, eam partitam materiam esse, quia rationale est pure rationale, et irrationale pure tale, quæ deberent, si componi possent in eodem animali, cum hoc metaphysice identificari; contra practicum, et speculativum in casu non sunt pure talia, nec debent metaphysice identificari cum eodem, sed physice solum cum diversis partibus Philosophiæ. Hinc Philosophia est virtus intellectualis perfecte disponens mentem humanam ad cognitionem veritatis

# Caput Secundum

## De Obiecto, et Fine Philosophiæ

## Paragraphus Primus

### Apparatus.

6. Obiectum (ab Antiquis dictum subiectum ipsa materia subiecta artis vel scientiæ) latissime sumptum est id circa quod versatur potentia, vel disciplina. Hoc tamen obiectum aliud est materiale, et aliud formale. Materiale est id, circa quod versatur potentia, vel facultas non ratione sui sed ratione alterius. Formale vero est ratio specialis, sub qua potentia, vel facultas occupatur circa obiectum materiale, et sic obiectum materiale medicinæ est corpus humanum, formale autem est eiusdem sanitas, quia circa illud occupatur ars medica sub ratione formali sanitatis

174

Iterum hoc obiectum formale vel sumitur in concreto, vel in abstracto. In concreto sumptum importat tum obiectum materiale tum formale: et sic sumptum dicitur obiectum formale quod, atque ita corpus humanum sanum est obiectum formale quod medicinae. Econtra in abstracto sumptum importat solam rationem formalem, sub qua attenditur materiale, et sic sumptum vocatur obiectum formale sub quo, ut est sanitas ratio formalis sub qua medicinae. Ubi moneo, obiectum formale dictum specificativum extrinsecum potentiae, et facultatis nec semper, nec regulariter esse eiusdem perfectionis cum potentia, et facultate, cuius est specificativum. Econtra vero praedicatum differentiale potentiae, vel disciplinae vocatum specificativum, seu distinctivum intrinsecum ratione identitatis est eiusdem perfectionis cum potentia, et disciplina cuius est intrinsecum distinctivum.

7 Ex obiectis autem materiali, et formali resultat obiectum attributionis, quod alii dicunt esse quod est nobilius in aliqua facultate; sed alii melius dicunt esse aliquid singulare, circa quod specialiter versatur potentia, vel facultas, et ad quod ex natura potentiae et facultatis caetera omnia ordinantur. Quare obiectum attributionis est finis intrinsecus potentiae, et facultatis, quia est id, cuius gratia versatur circa alia, et ad quod alia referuntur. Hinc duplex est finis in artibus et scientiis, intrinsecus, et extrinsecus. Intrinsecus in disciplinis practicis est opus, quod docent, et praescribunt, ut in Logica est recta operatio mentalis amplectens bonam definitionem, divisionem, et ratiocinationem, sicuti in Ethica est opus moraliter bonum, et honestum. in speculativis autem est veritas, quam praecipue contemplantur, et cuius gratia caetera expendunt disciplinae speculativae, sicuti Theologiae naturalis finis intrinsecus est Deus Auctor naturae. Finis autem extrinsecus in disciplinis practicis est finis ipsius operis, sicuti finis operis honesti est cultus Dei. in disciplinis autem speculativis est finis professoris illarum.

Quod itaque refertur ad finem intrinsecum, seu obiectum attributionis disciplinae, dicitur obiectum attributum vel ut quasi proprietas ad quasi essentiam, vel est minus nobile ac nobilius, vel quasi pars ad totum. Unde aliqui vellent obiecta materiale, et formale sub quo seorsim sumpta dici posse obiecta attributa. Cum autem obiectum dividatur etiam in adaequatum, et inadaequatum, ideo explico utrumque. Adaequatum est complexum ex omnibus de quibus agit facultas; inadaequatum vero est pars obiecti totalis. Nunc sit.

## Paragraphus Secundus

### Conclusio

8. Obiectum materiale adaequatum universae Philosophiae sunt res omnes materiales, formale vero sub quo, qua parte est speculativa est veritas naturalis naturaliter cognoscibilis, qua parte vero est practica, est rectitudo tam logica, tam mecanica, tam moralis respectiva

operis naturaliter factibilis; obiectum autem attributionis in partibus speculativis sunt praecipuae earum veritates, et in practicis est opus earum iam logice iam mecanice, iam moraliter rectum, quorum omnium finis ultimus Philosophiae, atque extrinsecus est naturalis hominis felicitas.

Fundamentum est. Philosophia versatur circa res omnes naturales naturaliter cognoscibiles ex consensu sapientum; ergo res omnes naturales naturaliter cognoscibiles, quaecunque sint, sunt obiectum materiale adaequatum universae Philosophiae. Quod autem ita sit, patebit ex sequenti partitione. nam si Philosophia res omnes naturales, ut praecisas a veritate et rectitudine naturali iam logica, iam morali, iam mechanica expendit ratione veritatis et rectitudinis. Res omnes naturales sunt obiectum materiale adaequatum Philosophiae, et obiectum formale sub quo eiusdem, qua parte est speculativa, est veritas naturalis naturaliter cognoscibilis; sicuti qua parte est practica, est rectitudo iam logica, iam mecanica iam moralis, sed naturaliter factibilis; sicuti etiam obiectum formale, quod sunt obiectum materiale, et formale sub quo in concreto sumpta, item ex utroque obiecto materiali et formali resultat obiectum attributionis, quod est illud singulare ad quod ex natura sua refert alia omnia, quae examinat. Denique obiecta attributa sunt obiecta partialia, materialia, et formalia praesertim minus praecipua Philosophiae. Quod autem ita esse patet ex consensu Philosophorum. Hinc ad specialia partium Philosophiae obiecta.

9. Obiectum itaque adaequatum logicae mentalis est recta mentis operatio quae ut a rectitudine logica praecisa (suppono enim illam practicam) est obiectum materiale, et ipsa rectitudo, idest conformitas operationis cum regulis Dialecticae, est obiectum formale sub quo; sicuti recta operatio complectens definitionem divisionem et argumentationem est obiectum attributionis; alia vero, de quibus agit, sunt obiecta attributa. Ratio est, quia operatio mentalis, ut a logica rectitudine praecisa, est id, circa quod proxime versatur Dialectica, et ipsa rectitudo est ratio formalis sub qua versatur circa mentis operationes. Denique operatio recta amplectens definitionem, divisionem, et ratiocinium est illud singulare, ad quod alia refert: ergo operatio recta ita considerata iam est obiectum materiale, iam etc. Dialectices.

Item adaequatum Metaphysices universae obiectum est ens praecisive, et positive immateriale ita ut ens praecisum a veritate, seu naturaliter cognoscibile sit eius obiectum materiale; naturalis autem veritas illius obiectum formale sub quo, illud enim contemplatur Metaphysica sub ratione formali suae veritatis, complexum autem ex utroque est obiectum adaequatum, sed ita ut relative ad diversas Metaphysicae partes obiectum attributionis iam sit prima causarum, iam Deus Optimus Maximus, iam anima rationalis; unde facile est cognoscere etiam obiecta attributa.

Tertio adaequatum Physices obiectum est corpus naturale tam generatum,

iam spatialem, iam speculative, iam physico mechanice examinatum, ita ut corpus praescindens a veritate naturali, seu naturalitate, sit obiectum materiale et naturalitas corporis sit obiectum formale sub quo; complexum vero ex utroque sit obiectum attributionis. Denique adaequatum Philosophiae Moralis, seu Ethicae obiectum est actus humanus (idest voluntarius et liber) moraliter rectus (videlicet conformis regulis morum) pro ut amplectens omnes actus naturales voluntarios et liberos hominis, ita tamen ut actus humanus praecisus a rectitudine naturali in genere moris sit obiectum materiale, rectitudo moralis, seu naturalis honestas actus sit obiectum formale sub quo, et actus moralis ex his consurgens sit obiectum attributionis; ergo etc.

10 Ut ad solvendas obiectiones adverto primo, quod licet Metaphysica agat de Deo, non egreditur confinia purae Philosophiae, quia aliud est agere de Deo ex lumine supernaturali idest Divina Revelatione, et aliud est agere de Deo ex puro lumine rationis naturalis. Primum est proprium Theologiae supernaturalis, quia Divina Revelatio est istius obiectum formale sub quo ea expendit veritates divinas, secundum vero est proprium Philosophiae, quia omnis veritas naturalis naturaliter cognoscibilis, adeoque etiam Divina est obiectum Philosophiae.

Nec obest, quod idem sit utriusque obiectum materiale, quia parte utraque agit de Deo, quia adhuc utraque habet diversum obiectum formale adeoque diversum specificativum ergo licet ex identitate obiecti materialis utriusque sequatur, quod Metaphysica agens de Deo sit Theologia naturalis, non sequitur tamen quod sit Theologia supernaturalis; ergo fines scientiae naturalis non egreditur. Hinc Principes Universitatis, et Nobiliores Philosophi agunt de Deo, inter quos Christianus Wolfius habet integrum Tomum, cuius Titulus: Theologia Naturalis.

11 Adverto 2do, in disciplinis practicis obiectum materiale vel logice praesupponi ad formale; non autem semper physice. Illud dicitur physice praesupponi ad aliud, quod tempore praecedit istud, ut tela praecedit picturam, et marmor statuam. Illud vero dicitur logice praesupponi ad aliud quod tamquam terminus superior praecisus ex inferiori infertur ex alio respectu inferiori, sed non mutuo; et hac sola prioritate logica actus humanus, et logicus praecedunt eorum respectivam rectitudinem; valet enim illatio: est rectitudo logica, vel moralis, ergo est actus logicus, vel humanus; sed non vicissim. Quando vero obiectum materiale realiter distinguitur a formali, ut in medicina corpus a sanitate, illud physice praesupponitur ad formale; quando vero obiectum materiale est realiter idem cum formali, illud logice solum praesupponitur ad formale, ut in saltatoria saltus praesupponitur suae rectitudini; sed actus humanus et logicus recti sunt realiter idem cum sua respectiva rectitudine; ergo logice solum etc.

12. Adverto 3tio, actus humanos, et logicos physice spectatos esse rectos, aut irrectos, quia sunt realiter idem cum rectitudine, aut irrectitudine sua respectiva, adeoque ita sumptos

non esse dirigibiles, quia non sunt physice indifferentes ad rectitudinem etc. tanquam formam realiter distinctam, sed actus humani, aut logici logice sumpti, idest ut praescindentes a rectitudine; non sunt recti nec irrecti, sed logice sunt indifferentes ad rectitudinem, et irrectitudinem etc. adeoque dirigibiles, dum fiunt, vel antequam fiant mediis praeceptis Dialecticis aut moralibus, quibus operando diriguntur intellectus et voluntas humana etc.

Et ecce finem Prodromi simul cum Dialectica dirigentis ad veritatem, et scientiam, cuius fastigium est Methaphysica. La Metafisica è il colmo del edificio non aduco Testimonium Scholisticorum, aut Methaphysicorum Recentium ne rideantur ab osoribus, (quibus aplicari posset illud Scripturae: Nolite proiicere Margharitas ante porcos) exacti vaccorinij sed Feminae Viriles, quae in hoc Feminarum feliciter Dominantium saeculo forte benigne audient (Ele erudite alla moda) ait Marchionissa Du Chatelet in Prologo Institutionum physicarum, in quo versus finem eiusdem proprium Filium erudiens concludit

Le Verità Metafisiche, che noi possiamo conoscere, influiscono
» tolanto sopra quelle, che scoprir si possono nelle altre parti della Filosofia che io credo
» sia indispensabile incominciare dalla spiegazione di esse, affinchè non essendo il vostro
» intelletto da alcuna nuvola oscurato, voi possiate vedere con una vista sicura
» e distinta le verità, onde io voglio istruirvi. Illa laudata Virilis Marchionissa
proprium Filium docet veritatem, qua ego et experientia non minus, quam auctoritatem Principum Philosophorum motus Methaphysicam aggredior.

# FINIS